plici fraternitate no. per Io. An. in c. Ioannes. ĵ. de re-
4 gularibus. ¶ † Item no. præsumi pro illo qui non q̄rit
subterfugia. sed offert se paratum. facit. ĵ. de restitu.
spo. literas. secus si quærit subterfugia. ut ĵ. de presu.
5 in c. nullus. ¶ † Item not. quemlibet teneri ad implen
dum mandatum diuinum,& maximè Papam. facit
quod not. gloss. 2. q. 4. presul. ¶ Item not. ꝙ etiam in
nia denunciationis admittuntur rationabiles exce-
6 ptiones. de quo in glo. fi. & super ea. ¶ † Item not. ꝙ
cognitio feudi spectat ad dominum de iure, nisi per
speciale priuilegium, vel per contrariam consuetudi
nem aliud sit inductum: & ex hoc not. ſm Abbatem
argumentū pro hoībus de monte pessulano, ut sub
rege non rñdeant, sed sub Epo, cum est qō inter regē
& eos. quia sic diu extitit obseruatū. ¶ Item not. ex
isto textu. coniuncto eo, quod not. ŝ. eod. cæterum, ꝙ
satis dicitur cognitio feudi spectare ad dominum
saltem lato sumpto vocabulo, qñ spectat ad eius cu-
riam, seu ad pares curiæ suæ. nam ad tales spectat co-
gnitio, qñ est qō inter dñm,& vasallum. vt not. in d.
7 c. cæterum. ¶ † Item not. hic innui comitatū Pictauiæ
esse feudum Regis Franciæ. & sic ꝙ illud habuerit in
8 feudū Rex Angliæ ab eo. ¶ † Item not. ꝙ cognoscere
de peccato, & illud coercere spectat ad ecclesiam ꝯ
quemlibet. Aduerte, tñ quia existentē intra ecclesiam
coercet directè als coercet indirectè. 2. q. j. in c. multi.
& ĵ. de iud. c. & si iudæos. ¶ In versic. non igitur. not.
exēplo, lege,& rōne probari posse ꝙ Papa pt ꝯ Regē
cognoscere de peccato. & ꝙ Rex dēt in hoc se sub-
mittere Romanæ ecclesiæ. ¶ Itē not. ꝙ nō dēt in hoc
reputari iniuriosū id, qđ fit iure pmittente. facit. ŝ. de
9 ele. cū eccřia. ¶ † Itē not. argū, ꝙ suffraganei eligant
metropolitanū, cessat tñ argumentū si dicas, ꝙ de cō
suetudine istud erat. nam de iure cōi est secus in c. j. ŝ.
10 de elec. ¶ † Item not. magnam excellentiam dignita-
tis sacerdotalis respectu regalis. quia nullus clericus
subesse

subesse potest personaliter Imperatori.& tamen Imperator,& etiam Papa in eo, q peccatores subsunt ēt simplici sacerdoti.ĩ.de pe.& remis.in c.oĩs.& facit qd not. per glo.s.de offi.deleg.sanè.& quod no.Host.ĩ.de iureiur.nimis.¶Item no.illud vulgatum,q nemo, sine crimine viuit.vide pulchrum tex.de poeni.di.ij.si enim in-
11 quit.¶†Item no.imperatorē posse excõicari à quocũq; Epõ,in cuius diœcesi existit,quod est notandum secundũ Petrũ,& Io.And.facit qd hr in c.duo.xcvj.di. & xj.q.
12 iij.si autem.¶†Item no.tenorē legis theodosij per quã dabatur potestas alteri litigantium reducere causam ad forum ecclesiasticum in quacunq; parte litis. facit etiã secundũ Host.qd habet in §.si vero contigeri. in Authē. vt differentes iudices.colla.ix. vbi si iudex maior prouin
13 ciæ lędat subditũ.Episcop' diœcesanus est iudex.¶†No. hic quis dicatur de genere alicuius. quia idem est dicere de genere,qd de descendentibus, & comprehenduntur etiam descendentes ex persona matris. nam vt dicit Host.hic rex erat descendens ex persona matris'. & re-
14 mittit ad Spe.historiarũ.lib.xvij.c.iij.¶†Item no.q potestas Papæ,non procedit ab homine, sed à Deo.ex illa videlicet auctoritate,qñ dixit beato Pe.quodcunq;ligaueris sup terra &c.de maio.& obe.solitę.nec ob.qd habetur.xvij.dist.§.huic.vbi videt,q habeat a cõciliis, qa vt ibi no.illud verũ approbatiuè,nõ originaliter,facit,q
15 no.s.de elec.significasti.¶†Itē not. illud vulgatũ,qd in iudiciis nõ debet esse acceptio personarũ,de quo in regula in iudiciis.ĩ.de reg.iur.in vj.q intellige quo ad iustitiã ministrãdã,secus quo ad poenã imponẽdã, vt s.de offi.dele.sanè.&.c.pastoralis, & eo.ti.in c.ij. lib. vj. & xxiiij.q.j.qui contra pacē.de quo in regula in iudiciis.ĩ. de reg.iur.li.vj.& s. de trãsac.& vlt.& ĩ.de iureiur. cum quidã.¶In versi.licèt no.q licèt ad Papã,& ecclesiã spectet cognoscere de quolibet criminali peccato, & reuocare peccatorē a vitio ad virtutē tñ pręcipuè spectat cognoscere de violatione pacis,& iuramẽti.facit s de ele-
16 ctio.venerabilē.¶†In ver.ne igit no.qd phibita est dissimulatio in õlato,nec mirũ,quia in eo est mortale peccatũ.de treu.& pace.c.j.lxxxiij.di.in c.error de priui.quan
17 to.& ĩ.de sen.excõ.in c.quãto cũ ibi no.¶†Itē no. differentiam inter treugam,& pacē.nam treuga est securitas præstita rebus,& personis discordia nondũ finita. Sed pax est finis discordiæ,siue guerræ.de quo ĩ c.j.de treu. & pa.¶Itē no.tria hic alternatiuè mãdari.& sic facit, q plura remedia dēt iudex quærere, & inuenire ad contumaces reducẽdos,& ad cõcordãdos,& discordes,& curãdos ęgrotos.ĩ.de do.& cõt.veritatis.& de poe. & re.oĩs.
18 & xxx.di.c.si.¶†Itē no.q cã denuntiationis dēt de plano tractari,& quòd in ea legitimè exceptiones admittuntur. & de significato huius vocabuli de plano habetur in cle.sæpe.de verbo.signi.& Bar.in extrau.ad reprimē. in verbo de plano. ¶In gl.j. in si.adde q Papa prælatis regni Franciæ mandauit,q sententiam, quã ferri contingeret per legatũ,deberēt obseruare,aliàs cõminabat q illos de inobedientia puniret.& propter hoc, & etiã, vt manifestaret intētionē suam, quã habebat circa processum per cũ faciendũ contra Regem Franciæ direxit hãc decretalē ipsis prælatis.vt patet ex superscriptione.
19 ¶†In gl.v.in fi.Et hæc est cõis opinio,q Papa hēt vtrãq; iurisdictionē quo ad habitũ per extrauagãtē Bonifacij, quæ incipit vnam sanctam.& p illud philoso.v. ethicorũ. Et oĩa volunt bene disponi. vnus ergo princeps, & ideo cum unus tñ sit ponendus princeps vniuersi,ponēdus est Papa,potius, q̃ Imperator. tum quia spiritualia sunt digniora temporalibus. Facit c.solitę.de maiori.& obe.tum etiam quia Imperator confirmatur, & coronatur a Papa.de elec.uenerabilem. non autē debemus ponere duo capita per id,quod habetur in c.quoniã in plerisquè.de offi.ordi.& vij.q.j.c.in apibus, & in autoritate prædicta philosophi.& per hoc etiã qa Christus habuit
20 vtrunque gladium.† vnde exercuit ēt tēporalē in eijciēdo emētes,& vẽdentes de tēplo,prout habetur in euangelio,& iõ eius uicari' debet dici,similiter vtrunq; gladium habere,cũ eadem sit potestas vicarij, & ipsius domini, de consue.c.ij.in vj.& facit,qd no.Inn.ĩ.ti.j.licēt. exercitiũ tamē gladij tēporalis nõ habet nisi in casib' in iure expressis.de quibus.ĩ.ti.j.cum sit generale. & de appel.l.si duobus.¶ In glos.in ipsum in fi.sed certè utroq; modo potest exponi in autoritate prædicta, vt satis põt colligi ex textu isto,& ex his quæ habentur ij.q.j.si procauerit.¶In gl.de feudo.in fine.& sic habes vnum modum per quem excusatur processus papæ.alius est,quia Rex Francię nõ debebat esse iudex in causa propria,qa volebat per suam curiam meritò suspectã Regi angliæ causam cognosci,& decidi.ideo potuit ad ecclesiam recurri per id, q habet in Auth.vt dif.iud.si uerò cõtingerit.collatione.ix.Tertio potest sustineri,processus ratione uiolationis pacis,& iuramenti,quæ sunt crimina ecclesiastica.ĩ.de fo.compe.cum.C.laicus.lib.vj.¶In glo. videlicet in fine.de hoc an licitũ sit arguere ex lege correcta.no.per gl.in c.fuerũt.vij.dist.& per glo.& Bar.in l.fina.ff.de coniungē.cũ emancipat.liberis.& per Barto. in l.fina.ff.de fal.& dixi in cap.j.s.de constitu.¶ Potes etiam dicere vltra gl.secundum Innocen.qd hæc lex de qua hic sit mentio,fuit priuilegium concessum ecclesiæ ideo adhuc hodie durat, quia nõ potuit reuocari ad ẽ-iudicij ecclesiæ secdm eũ.facit de regu.iur.decet.lib. vj.
21 Et ex hoc no.signãter sm do.Anto.& idem do. Flo.† q vbi lex , vel statutum transit in priuilegium non subditi non potest reuocari, idem si transeat in contractum. l. quod semel.cũ ibi no.ff.de decr.ab or.fa. & ibi per Bar. & in l. omnes populi.ff.de insti.& iure. Secus videtur si transeat in contractum,vel priuilegium subiecti per id, quod no. Inno.ĩ. de iniurijs in nostra,& sic trãsit d. Flo. & do.Ant. Sed fortè istud vltimum verum causa subsistēte,aliàs sine causa non videtur posse tolli etiam ius subiecti per id , quod nota. per Innocenti. in c. quę in ecclesiarum. de constitu. ¶ In gl.non ex homine. in fin. facit in Auth.quomodo oporteat episcopus.in prin.colla j.dicit tñ Io.an.q nõ habet imperator tã dignã, & tã generalē potestatē sicut papa sicut hic probatur & in d. Auth.Tu potes dicere, q potestas papæ immediatē est à Deo per illam auctoritatem quodcũque ligaueris,&c. de quo de ma.& obe.solite. sed mediate ab hoĩe , qa à conciliis approbantibus dictam potestatem xvij. di.§.
22 hic etiã.†Sed in imperatore est ecõtra. qa eius potestas immediatē est ab hoĩe,qa p electionē populi,& trãslationē potestatis factã in eũ.xciij.di.legimus.& in l.ij.§. deinde.ff.de ori.iur.Sed mediatē,& approbatiuè à Deo per illam auctoritatem.quæ sunt cæsaris reddite cæsari. de cle.coniu.c.si.de potestate tamen imperatoris,& Papæ tractauit Dãtes in sua monarchia, vbi multum nititur defensare imperium.& Ioan.de ligu. etiã in quodã suo tractatu.¶In gl.quẽlibet ibi,sed argumētũ contra. aliàs est sine hoc uerbo cõtra.& sic alle. Innocen. qui allegat
23 pro concordantia.ds in l.hęreditas.q statim allegat, † qd si testator iussit hæredes sibi facere monumẽtũ,non possunt de stricto iure cogi,sed de æqtate auctoritate põtificali, vel principali.& sic per officium iudicis ecclesiastici,vel secularis.& sic inquantum ibi dicit de ecclesiastico facit pro,inquantum dicit de seculari Potes dicere,quòd ibi propriè,& principaliter non agitur de correctione pec-peccati.sed propriè de implenda pia uoluntate, & mente defuncti.quo casu est in optione agētis,an uelit adire ad iudicē ecclesiasticum,vel secularem.¶ In ea.gl.in fi. ibi remuneraŕ certè ibi nĩl dŕ d' remuneratiõe.s si potes exponere.i.quodãmõ mereŕ remunerari. Iterũ ibi in fi.
24 dicit,† q si qs colligit oliuã alteri' nõ maturã.bñ tenet

Aquilia. q̃a dat damnum . Si autem colligit maturas,
tunc tenetur Aquilia ex eo, q̃a dominus lucratur expē
sas,quæ occurrerent , in colligendo.& sic non patit̄ dā-
num,sed luctum.ideo non competit Aquilia quæ pro-
sequitur damnum . fatendum est tñ q̄ si malo animo fe-
cit,licèt fecerit bonorum,peccasset,& de peccato debe
ret pœnitētiā agere,q̃a Deus cōsiderat aduerbia, & nō
nomina.vt no.in c.ij.j.de collusione detegēda. & sic nō
sufficit facere bonū , nisi faciat bene,hoc est bono ani-
mo.¶In gl.regibus,in fi.dic q̄ in pœnis bene defert̄ di-
gnitati.vt in iuribus allegatis.in gl. sed non quo ad iusti
tiam ministrandā.de quo.j.de iureiur.cū quidam.de re.
gu.iur.in iudicijs.lib.vj.¶In gl.pen.in fin.de hoc verbo
de plano dic,vt in extrauagan.ad repri.in verbo de pla-
no per Bar.& per glo.in cle.sæpe.de verb.sig. ¶In gl.fi.
in fi.Adde q̄ gl.procedit in denuntiatione euangelica.
25 sed in iudiciali admittetur etiam criminosus† q̃a etiam
criminosus admittitur ad prosecutionē iuris sui.iiij.q.
vj.omnibus.nisi obstaret excōicatio, vel spoliatio.j. de
excep.exceptionem.& de ordi.cogni.in c.fi.In iudicia-
li enim solum admittitur ille cuius interest.sed in euan
gelica admittitur quilibet , ideo in ipsa euangelica, se-
cus.aduerte tamen quia ēt infamis admitteret̄ ēt in euā
gelica dūmodo,sit correctus, vt quia egerit pœnitentiā.
vt no.in c.peccauerit.ij.q.j.& ibi, per gl.& Arch.de ma
teria denuntiationis etiam per Inno.& Host.hic. & j.de
censi.Romana.§.sanè.li.vj.& per Io.An. & per Garsiā.
in c.religionum.de re.do.hodie lib.vj. quæ olim erat in
ter gregorianos.& per Bar.in extrauagan.ad reprimen-
26 dum in verbo denuntiationem , & cōiter concluditur,
†q̄ quadruplex est denuntiatio,scilicet euangelica,iudi
cialis,canonica ,& regularis. & iudicialis subdiuidit̄ in
in publicam,& priuatam.¶ Item canonica subdiuiditur
in canonicam specialem,& priuatam. & canonicam ge
neralem,& publicam,de quibus prosequit̄ hic Io.And.
& etiam hr̄ in Spe.de denuncia.§.ij.ver.vt autem. dicit
tamē d.Flo.q̄ dicta vocabula sunt magistraliter adinuē
ta a glossatoribus,& doctoribus non specifice in texti-
bus.dicit tamen,q̄ possunt tolerari,quia euangelica dr̄,
quia inducta autoritate euangelii.iudicialis q̃a in iudi
cio tractatur,canonica,quia a canonibus inuēta,regula
ris quia a statutis regulariū , & religiosarum personarū
adinuenta,tene tamen menti præcipue differentiam in-
ter iudicialē,& euangelicā , quia in euāgelica intendit̄
principaliter correctio peccati , & non restitutio rei nisi
in consequentiam,si aliter nō posset pœniteri. Sed in iu
diciali etiam principaliter intenditur restitutio rei,vel re
secatio dāni.Itē in euangelica admittitur quilibet,etiam
qui non prætēderet aliquod interesse priuatum,secus in
iudiciali. Item in euangelica non admittitur perseuerās
in crimine,secus in iudiciali,vt superius est dictum . Itē
in euangelica proceditur sine figura iudicii,sed in iudi-
ciali seruatur ordo iur.& sic etiam lis cōtestabitur, licèt
aliàs de plano procedatur,vt voluit hic Hosti. Item euā
gelica habet locum in quocunq; crimine, seu pro quo-
cunq; peccato . Sed iudicialis non habet locum nisi in
certis casibus,de quibus hic per Ioan. andr. & præcipue
quando crimen est ecclesiasticum,vel quando opprimi-
tur persona miserabilis,vel quando adest defectus iusti
tiæ iudicis secularis,vel quando,quis non audiretur in
foro seculari,licèt habeat pro se æquitatem naturalē,pu-
ta obligationem ex pacto nudo,vel iuramento præstito
ab alio.q̄ liberto, vel quando crimen esset notoriū , vel
etiam si præsides prouinciæ lędat subditum.aliàs non po
test hæc denunciatio iudicialis deduci ad forum eccle-
siasticum,& per hoc patet,quod non peribit per hoc iu
risdictio iudicis secularis . Et si dicas videtur perire per
euangelicam . Potest dici,quod per illā intendatur cor-
rectio peccati , & solum per censurā ecclesiasticam coer

a Pastoralis. vid. Sp. in ti. de of. om. iud. §. 6. uer. ante lit. contest. in ti. de aduocato . §. ix. uer. sed nunquid . ubi præsens materia latè tractatur.

cebitur denuntiatus,qui forte, non curabit de censura.
& sic non erit satisfactum denuntianti , & sic oportebit
eum recurrere ad iudicium seculare.vt hic tetigit d.Flo.
do.Anto.Item processus euangelicæ de facili potest ex-
cludi,si reus dicat iudici , non pertinet ad vos cognosce
re vtrum iustè,vel iniustè teneam. quia non teneo cum
peccato,nec contra conscientiam.vnde nisi probetur , q̄
cōtra conscientiā teneā,quod erit summè difficile , non
obtinebit denūtians.nam licèt probet̄,q̄ res de qua agit̄
fuit sua,licèt in foro cōtentioso p̄sumeret̄ pro eo.si reus
aliud non probauit.l.siue possidetis.C.de proba. tamen
secus erit in ista via denuntiationis, in qua non conclu-
ditur directè ad restitutionem rei, vt voluit hic Inno.li-
cèt Host.tenuerit contrarium per dictam l. siue posside-
tis.cui Inno.respondet,vt dixi.& similiter d.Flo.Bar.ni-
titur concor.opiniones in dicta extrauag.ad reprimē.in
verb.denuntiatione . q̃a si reus confitebitur intentionē
actoris.& allegat aliquam iustam causam creditur ei. &
statur suo iuramento.& sic intelligatur opinio Inn. nec
de hoc multum habet conqueri actor, qui nō probauit
intentionem suam, nisi per cōfessionem rei.ar.l.eum q.
ff.de iureiu.Secus si actor ꝓbet aliter intentionem suā,
q̄ per confessionem rei.quia tunc potest procedere opi.
Host.& ibi etiam prosequitur. an per uiam denuntiatio
nis possit agi ad illud,quod obtinetur per falcidiā . vel
trebellianicam.vel virtute præscriptionis, vel virtute ex
ceptionis macedoniani,vel velleiani.vel virtute iniustę
sententiæ de quibus dic,vt ibi,per eum imò, & etiā hic
prosequitur d.Ant. in hoc tamen vltimo dicit hic dom.
Anto.quòd si est sententia , quæ non transeat in rem iu
dicatā bene videtur posse deduci rōne peccati ꝑ viā de
nūtiationis:sed si trāseat in rē iudicatā. tūc si pars fuit in
negligentia imputet sibi,q̃a vr̄ consensisse. iō ēt ꝑ viam
denuntiationis agere nō pōt. Secus si fecit id quod po-
tuit,vt q̃a bis appellauit,& fuit ꝓsecutus.nā tūc poterit
per viam denuntiationis rōne peccati, si sententia fue-
rit iniusta deduci ad iudiciū ecclesiæ. Sed fortè hoc non
est verum vt etiam voluit Bar.in loco præallegato, quia
ꝑ sententiam non est licitum ammodo docere de in-
iustitia . & iō nisi iniustitia esset notoria, vel nisi de il-
la cōstaret ꝑ confessionē partis.facit qd̄ no.Inn. de frigi
dis.in c.fraternitatis.nō vr̄,q̄ posset cōqueri, q̃a senten
tia claudit sibi os vt est dictū.& tene mēti dictū Inn. hic
27 qui voluit†q̄ ex pacto nudo,vel iuramento, nō oriatur
actio,de quo etiam plenius per eum & per Ioan. An. in
c.cū venissent.j.de insti.& ꝑ Bar.in l.si quis ꝓ eo.ff.de fi
deiusso.Itē diligēter tene menti dictū Inno.qui vult, qd̄
quādocūq; deficit actio de iure ciuili,si tñ subest æqtas
naturalis,quæ suadeat ius agendi , vt in obligatione na-
turali,quæ oritur ex pacto nudo,vel iuramēto,q̃a pro ta
li obligatione non pōt adiri iudex secularis, sed poterit
adiri iudex ecclesiasticus per viā denuntiationis euāge-
licę,uel iudicialis,q̄ tene menti, & adde , quod not.per
Thomam de Aquino in 2. 2.q.33.ar.3.& 4.& 5.& 7.&
in 4.sen.di.19.q.2.ar.1.&c.

*SVMMARIVM.*

1 *Proponere factum per se debent principales personæ , & non per aduocatos .*
2 *Confessio aduocati facta præsente parte ei nocet,nisi contradicat.*

a PAstoralis. [a] Nō summatur propter eius breuitatem. Duo fa-
cit,nam primo statuit,secundo a statuto
vnum casum excipit.secūda ibi,nisi fortè.
1 ¶†No.q̄ principales personæ debent ꝑ se
factū ꝓponere,& nō ꝑ aduocatos saluo, nisi sit adeo in
discretè,q̄ de iudicis licētia dēat ipsorū defectū supple
ri,facit qd̄ notauit Io.An.j.de prob.qm̄.in verbo propo
ni,unde secūdū Innoc. non esset malum si tales perso-
næ co-

ne cogerentur per alium factum proponere,& respõde
re,unde uidetur quod possit iudex interdum attenta ꝑ
sona,& qualitate rei,uel actoris permittere,qđ respon
deant positionibus per procuratores,uel aduocatos,&
hoc etiam tenuit Hostien.in c.dilecti ĩ.eo.¶In gl.j.ibi
ratione officij certe in l.nõ solum.ĩ.allegata nõ respon-
det quis per aliũ propter officiũ,qđ ipse habet, sed be-
ne respõdet pro alio, ratione officii procuratoris quod
habet,nam tenetur procurator respondere pro domino
si aduersarius hoc uult,ut ibi patet. Secus si uellet dõ-
minum potius respondere tanquam melius informatũ,
quia tunc deberet respondere dominus,& non procu-
rator.l.fina.C.de procur.& l.si actor.ff.de procura.Do.
tamen Flo.hic dicit glo.per hoc uoluisse, quod inten-
tio textus sit nõ reprobare officium procuratorum,&
sic non prohibere quominus per procuratorem quis ꝓ
ponat factum,sed solum,quod non proponat per aduo
catum,& istud sonat litera in principio,dum dicit non
per aduocatos,tamen contrarium innuit dum simplici
ter dicit,qđ principales personæ ꝑ seipsas factũ propo
nãt,& sic vr̃ velle,ꝙ nõ per aliũ,& hoc etiã sonat finis
decre.& sic ẽt videt intelligere gl. ꝑ sequẽtes fallẽtias,
quæ aliàs nõ essent fallẽtiæ,cũ in eis ꝑ procuratorẽ pro
ponat,vnde forte posset dici,ꝙ si aduersarius opponat,
& velit,ꝙ actor ꝑ seipsum proponat factum, quod tũc
poterit illum cogere iudex per hanc decre. Sed vbi hoc
non opponitur tunc procedit iudiciũ,siue ꝓponat prin
cipalis factũ per se,siue per procuratorẽ,& ẽt si aduoca
2 tus eo p̃sente proponeret,nã†cõfessio aduocati facta p̃
sente pricipali nocet ei si nõ cõtradicit.ĩ.de ap.cũ cau-
sa.cõiter tñ tenẽt hic doc.ꝙ hic non prohibeat factũ ꝓ
poni per procuratorẽ,sed per aduocatũ. Sed præcedẽs
intellectus forte de iure verior,nã eadem ratio vr̃ in ꝓ
curatore,quæ in aduocato,& melius perpendet iudex
veritatẽ,si principalis ꝓponat factũ sine illis. ¶ Et licèt
principalis aduersario opponente arctari debeat, vt ꝑ
se factũ proponat nisi in casu hic excepto, non per hoc
reprobatur vsus procuratorũ, quia poterit facta dicta
propositione procurator procedere in causa, & simili-
ter aduocatus in aliis se interponeret.

*SVMMARIVM.*

1 *Ecclesia potest vendicari ratione iuris, quod habet quis in illa.*
2 *Ecclesia potest per laicum possideri ratione iurispatronatus.*
3 *Rei vendicatio non datur possidenti, sed contra possidentem.*
4 *Actio si est inepta, iudex potest pronuntiare intentionem agentis non tenere, vel absoluere reum ab instantia iudicii, & reseruare ius agendi ex apta actione.*
5 *De vna actione licitè transitur ad aliam non contrariam.*
6 *Sequestrari potest res immobilis, seu apud sequestrum deponi.*
7 *Depositum, an habeat locum in incorporalibus.*
8 *Actionem ineptam proponens succumbit.*
9 *Causa exprimi debet in sententia absolutoria ab obseruatione iudicii.*
10 *In sequestrum, an possessio transferatur.*
11 *Sequester, an præstabis cum habeat potestatem percipiendi fructus.*
12 *Depositarius, vel commodatarius tenens a tertio non ab agente si conueniatur, & non nominet dominum iudicium procedit contra eum.*
13 *Rei vendicatio non datur ad incorporalia.*
14 *Condemnatoria sequi potest quandocunq; per confessionem constat de iure agentis.*
15 *Libellus an ex sola narratione sine conclusione procedat.*
16 *Libellus in quo petitur quis cogi, & compelli si non petatur condemnari, non tenet quia prius petitur executio quàm condemnatio.*
17 *Et an super inepto libello possit sequi condemnatoria.*

2 Xaminata. Si actor a ineptam actio
nem proponat,reus ab
soluitur,si tamẽ postea aptã proponat reus
respondere cogetur.h.d. ¶ Et diuiditur in
quatuor partes,nam primo ponitur pronũ
tiationis ratio, secundo ipsius rationis declaratio, ter-
tio pronuntiatio,quarto protestatio,secunda ibi,quia,
tertia ibi:vnde,quarta ibi:ita tñ.¶Et præmitte pro eui
dentia,qđ rei vẽdicatio nõ datur possidẽti, sed contra
possessorem,& sic requirit dominiũ ex parte agẽtis,&
possessionẽ ex parte conuenti,vt probatur in l.vnica C.
de alie.iudi.¶No.qđ pro iurepatronatus ecclesiæ cõ-
petere videtur rei vendicatio contra possessorẽ.¶Item
1 no.secđm alium intellectũ.ꝙ†vendicari potest ecclesia
ratione iuris,quod quis habet in illa.facit.l.qui taber-
nas.ff.de cõtrahẽ.emp.& l.si domus.ff.de leg.j.¶†Itẽ
2 no.ꝙ ecclesia potest possideri per laicũ ratione iurispa
tronatus,quod intellige respectu quasi possessionis cõ-
seruandi iuris,& bonorum ecclesiæ,seu respectu eccle
siæ defendendæ,& ordinandæ ad præsentationẽ suam,
non autem habet verã naturalẽ, vel ciuilẽ possessionẽ,
cũ laicus merè spiritualia possidere nõ possit.ĩ.de præ
scrip.cã.¶Itẽ no.ꝙ interdũ ineptitudo actionis propo
sitæ detegitur ex probationibus,& ideo tũc iudex a pri
cipio non reiicit libellum ex quo a principio nõ appa
3 ret ineptitudo.¶Item no.quod†rei vendicatio non da
tur possidenti,sed contra possidentẽ,de quo dixi in eui-
4 dentiali.¶†Item not.formam pronuntiandi super ine-
pta actione,quia põt iudex pronuntiare intentionem
agentis non tenere,vel absoluere reum ab instantia iu
dicii,& reseruare ius agẽdi ex apta actiõe.¶ Et ex hoc
nõ.quod cautè facit iudex in sententia protestari,& re
seruare ius cui præiudicare non intendit,in casu,tamẽ
5 isto videt potius fuisse ad cautelã. ¶†Itẽ no. ꝙ de vna
actione licitè transit ad aliã nõ contrariã aliàs esset, &
secus in l.j.C.de fur.& de elect.c.vt qui duas lib.vj. ex
cipiendo tñ, bene licet ẽt ad contrariã exceptionẽ trã-
sire,vt in regula nullus pluribus de reg. iur. in vj. & ĩ.
6 de reli.do.cũ dilectus,vbi etiam de hoc.¶†Itẽ no. ꝙ ẽt
res immobilis potest sequestrari, seu deponi apud se-
quæstrum,vt hic colligitur inquantum dicimus eccle
siam sequestratam. ¶ Potes etiã notare secđm Inn. &
7 Host.†depositũ habere locũ etiã in incorporalibus, vel
spiritualibus,vt hic colligit secđm aliũ intellectũ expo
nendo literã,dũ dicit ecclesiã eandẽ.i.iuspatronatus ec
clesiæ,posset tñ dici secđm do.Ant.ꝙ satis dicit habere
locũ in incorporalibus,& spiritualibus si deponat ec-
8 clesia ratione iurispatronatus.¶† Itẽ no. qđ proponẽs
actionẽ ineptã succumbit,& ad hoc sæpe allegitur,fa-
9 cit,ꝙ habet in l.j.§.j.ff.si mẽsor fal. mo.dixerit. ¶ † Itẽ
no.ꝙ in sñia absolutoria ab obseruatione iudicij cau-
sa est exprimenda.de quo ĩ.de re iudic. sicut, & hoc in
tãtũ dicit do.An.esse verũ,qđ aliàs nõ valet absolutio
allegat,qđ habet in Aut.de iudi.§.oportet.co.vi.& qđ
no.Io.an.ĩ c.finẽ litibus sup gl.magna ĩ additionib.de
dolo,& cõtu.Sed an istud dictũ indistictè ꝓcedit dicet
10 in d.c.sicut.¶†In gl.pe.ibi nisi ea mẽte deposuisset,&
c.& sic vult Gl. qđ in sequestrũ ĩ dubio nõ trãsferatur
possessio,&c.Sed cõtrariũ tenuit gl.ĩ c.j.ĩ.de seq.pos.&
fruc.& in l.interesse alle.in gl.cõiter dr̃ gl.istũ ꝓcedere
qñ sequestrũ eẽt necessariũ,vt qa fieret de mãdato iu-
dicis partibus inuitis,ĩ casibus de quibus in d.c.j.aliàs.
2.nã tũc nõ trãsfert possessio in sequestrum, nisi iudex
aliud agat,sed vbi sequestrum fieret de voluntate par-
tiũ,tunc ꝓcedant gl.contrariæ,quia in dubio transfer
tur possessio,nisi aliud fuerit actum per dictã.l.interes-
se.(ADDI melius facit ad hoc membrum.l.licet.§.fi.
ff.deposi.sed ad præcedens mẽbrũ bene facit. TIO.)
sustinebit tamẽ commoda,& priuilegia possessoris il-
le,qui prius possidebat per no.in d.l.interesse.& ꝑ Cy.
in l.vna.C.de seque.pecuniæ sequestrationẽ tñ quã fa
cit iudex impediet,& si facta erit tollitur satisdatio præ
standa per partem possidentem per no.Cy.ĩ d.l.vna, &
sic quotidie practicatur per. l. senatusconsulto in ti.ff.
de offi.presi.& l.litibus. C.de agri. & cẽ.lib.xi.fallit tñ
in casu cle.vnice.de seq.pos.& fruc.vbi satisdatio obla
Io.ab I.no.in j. super ij.Decr.

a Si actor idem summat hic.d. Ab. & do. And.Sicu. adde l.i.§. io ẽt.& ibi Bar.& oẽs docto.ff. si mẽsor fal. mo. dixe. & Spe.tit. de actio.& pe.§.2.post prin.

ta non impediret eam, vt no.Io.An.in addi.Spec.super rub.de sequestra.posses.in fi.& de materia sequestratio nis in regula locupletari.lib.vi.per Ioan.An.per Archi.
11 xi.q.i.quia rest.¶ † Et adde,quia dubitatur,an sequester præsentabit in casu decre.Inno.videtur velle,q sic,quia habet potestatem percipiendi fructus.ergo.&c.arg.cap. consultationibus.de iurepatro.sed Host. sentit cõtrariũ, quia non percipit,vt pars,seu nomine proprio, sed alieno.ideo non præsentabit,sicut nec creditor qui non præsentat,licet possideat,vt in c.cum bertoldus.de re iudi.& hoc sequitur do.Anto.sed forte opi.Inn.potest sustineri, quia in casu isto non esset qui præsentaret,nisi præsentaret sequester.quia propter dubium litis neutra partium posset præsentare,& per hoc cessat,quod allegat de creditore.quia ibi superest dominus,qui potest præsentare. ¶ In ea.glo.ibi,sed contra sequestrum.hoc verum, si lex fuisset finita,vel remaneret per conuentos,quominus si niretur,nam hoc secundo casu posset saltem agi præscriptis verbis contra sequestrarium,vel de dolo contra conuentos,quando sequestrarius nõ esset soluẽdo.l.si oleũ ff.de dolo,sed in primo agetur depositi.vt dicit gl.& tũc etiam poterat agi rei vendicatione,si sequester possidet. idẽ ẽt si nõ possidet rõne detẽtationis, sicut contingit in depositario commodatario,ut infra tangit glo.si autem lex non sit finita.nec remanet per conuentos , tunc non posset agi contra sequestrum vt patet in d.l.si oleũ.& in l.licet.§.1.ff.depositi.¶ In eadem gl.ibi possum rem ven-
12 dicare.Aduerte tamen,q † si conuentus teneret in depositum,vel commodatum a tertio,non ab agente poterit dominum non nominare in iudicio,& dominum nominare in iudicio,& si nominet per hoc euitabit iudiciũ. l.ii.C.vbi in rem actio.& sic debet intelligi,q no.Inno. in c.quoniam.§.si super,ut lit.non contest.Si autẽ non nominet procedit iudicium contra eum.¶ In ea.gl.ibi isto debuit agere miles . Et sic uidetur.velle gl.q huic agenti competeret negatoria cõtra milites,& similiter videtur velle,q competat etiam confessoria,quia asserit sibi seruitutem iure patronatus competere,quæ cõfessoria potest dari ei,qui non possidet,& tunc in ea cõ cludere,ut restituatur quasi possessio,quam alius tenet, itẽ datur ẽt possidenti si inquietetur ,& tunc non competit ad restituendum,sed in ea debet concludi, vt condemnetur reus ad non turbandum.¶ Sed aduerte,quia licet gl.& canonistæ sic pertranseant , & sic uideantur diuersificare cõfessoriam,& negatoriã ex mõ proponẽ di affirmatiuẽ,uel negatiuẽ,tñ ueritas est,q cõfessoria ꝓ prie daẽ ei,q ꝑtendit sibi seruitutẽ cõpetere, siue utatur quo ad alia verbis affirmatiuis , vel negatiuis, sed negatoria proprie cõpetit ei,qui prætendit rem liberam , & nemini seruam,& sic in proposito proprie com peteret episcopo neganti seruitutem iuris patronatus competere in ecclesia,& dicenti ipsam liberam . non autẽ cõpetit patrono asserenti sibi seruitutem iurispatronatus competere,ut patet ex his,quę habentur in l.i.& ii.ff.si seruitus vendi.& plene.per Barto.in l.si prius.ff.de no. oper.nuntia.¶ Et ex glo.habes,q contra milites poterat competere confessoria.Item etiam negatoria , sed de ista statim dixi.poterit etiam competere interdictũ utile vti possidetis,si erat in possessione agens,& turbabat ꝑ milites.l.i.ff.de serui.nõ aũt poterat agi possessorio adipiscẽdæ,vel recuperãdę,q illud nõ cõpetit possidenti,& sic debet intelligi gl. non aũt competebat rei uendicatio.quia milites non possidebãt,nec detinebãt , secus si possedissent,vel detinuissent,& sic actio bñ erat tũc apta,sed nõ intẽtio ex quo ipi possidebat,& nõ milites.¶ Et ex hoc habes,q cõpetit rei vẽdicatio ꝓ ecclia, & est verũ utilis,nõ directa,cũ sit res spiritualis.l.in rẽ §.j.cũ ibi notatis.ff.de rei uẽ.& l.sancimus.C.de sacrosf. ec.& no.Inn.ubi plenius examinat in c.cũ venei bilis.

§.de reli.do.ubi etiam concludit posse ecclesiã uẽdicari cũ iurib' suis † quia licẽt vẽdicatio nõ deẽ ad incor- 13
poralia.l.vẽdicatio.§.j.ff.de rei ven.& istud est verũ nisi incorporalia veniãt accessoriẽ ad rẽ corporalẽ per illud,qđ habetur in l.j.§.j.&.§.si fundus.ff.de vi,& vi armata,vbi licẽt interdictũ vñ vi,nõ deẽ ad mobilia principaliter,tñ datur in cõsequentiã qñ accedũt rei corporali,& fm hoc,vt dixi,actio bene fuit hic apta intelligẽ do,qđ agebat rei vẽdicatione,sed intẽtio fuit inepta,q volebat sibi restitui rẽ,q possidebat,& ideo dicit actionẽ fuisse ineptã,q intẽtio erat inepta.¶ Alij dicũt,q ẽt actio fuit inepta , quia nõ cõpetebat rei vendicatio,cũ vidcatur hic fuisse intentata pro iure patronatus, & sic pro iure incorporali.¶ Sed iste intellectus nõ vř de mẽ re literę,inquatũ prẹsupponit,q si milites possedissent, fuissent cõdẽnati.¶ Et potes dicere,q satis dicit vendicare ius patronatus, quando vendicat ecclesiã, ratione iuris patronatus,& hoc modo põt intelligi litera, & sic principaliter non fuisset actũ pro iure incorporali , vel secundum Inno.hic vendicatio latẽ sumeret,vt cõprehẽdat confessoriã.¶ Vel tertio hic vẽdicatio cõprehendet nõ rei vendicationẽ,sed actione in rem,quæ hoc casu erit species distincta a rei vẽdicatione , q ista daẽ ꝓ iure incorporali,sed rei vendicatio nõ,& sic in hoc sapit naturam confessoriæ,sed in alio sapit naturã rei vẽdicationis,q nõ datur possidẽti,sed cõtra possidẽtem , & in hoc discrepat a cõfessoria, & scđm istũ intellectũ hic est casus singularis qui non reperitur alibi.Quod in terdũ est reperire actionem in rẽ,quæ est species distincta a rei vendicatione,& ab aliis actionib' realib. & de ista nõ reperit in iure ciuili , nã scđm ius ciuile actio in rem est genus ad actiones reales cõprehendẽs sub se rei vendicationẽ hypothecariã,& publicianã, & cõfessoriã,& negatoriam.Actio in personam est genus com prehendẽs sub se personales instituta de actio.§.j.& in §.alic.sed quia,vt dixi de ista actione nõ cauetur in iure ciuili,iste intellectus,nõ vř tutus , ex quo possumus literã defensare,aliter uidelicet itelligẽdo,q uẽdicabat ecclesiã ratiõe iuris patronatus,tene tamẽ mẽti, q a singularis intellectus est.¶ Sed aduerte, q a uideẽ , q papa debuerit pronũtiare super iure agẽtis,& absoluere reũ qui non possidet,& nõ simpliciter pronũtiare intentionem nõ tenere,per l.si a te.§.j.& ibi casus singularis secũdũ Bar.ff.de exce.rei iud.¶ Potes soluere dupliciter primo,quod ibi cõsistit de ineptitudine, anteq̃ probare tur de iure agentis, & ideo ulterius de iure agẽtis non fuit discussum, in cõtrario,secus.Et hãc solutionẽ tenebat eximius doctor do.Io.de fantu.ut hic refert do.Flo. Secundo potes dicere,qđ ibi rei uendicatio actualiter cõpetebat agẽti,licẽt non cõtra reum, q a tertius possidebat,iõ tunc si constat de iure agentis pronũtiatur , ut ibi dicitur,sed hic actualiter non competebat, q a agẽs possidebat,& ideo tunc non declaratur ius eius, etiam si de eo cõstet,ut hic est casus singularis limitans notata per legistas in d.l.si a te.§.j.qđ est notãdum,licẽt do. Flo.dicat,quod istud cõtingit, quia est culpa agẽdo,ex quo possidet.Sed meliorem ratiõnẽ puto esse,quam.s. dixi.¶ Itẽ adde inquantum Inno.hic dicit,quod si dico rem spectare ad me iure dominii,uel quasi, quare peto cõdemnari ad restitutionem,& hoc actione ex locato, quod ex quo sola actio est inepta.Sed aliàs intentio est apta,si actor ꝓbat,intẽtionẽ obtinebit,nam licẽt Host. teneat contrarium.tamen communiter tenetur dictum Inn.ut patet ex nota per Bar.in l.j.ff.de ẽdẽ. & in Spec. in titu. de sen. prola.§. qualiter uer. quid si lis , & per Ioan.and.in addi. Spec. in ti.de actio.& pe.§. sequitur uidere uer.hoc quoq;,& est ratio, quia duplex actio ui detur intentata, una tacita quæ construit intentioni, alia expressa quæ est inepta,ideo adiectio inutilis nõ ui tiabit

tiabit vtilem arg.de reg.iur.vtile.lib.vi.Nec ob.q expref-
ſum facit ſilere tacitũ.C.de pac.cõuen.l.fi.quia iſtud ve-
rum quando expreſſio fit vtiliter,vt ibi patet,aliàs ſecus p
id,quod habeť in ſimili in l.ſi iure.ff.de lega.3.vbi ita de
mum per ſecundũ teſtamentum videtur recedi a primo,ſi
ſecundum ſit vtile. Si tamen aduerſarius à principio op-
ponat de ineptitudine , non debebit procedi ſuper libel-
lo ſecundum Io.cal.niſi detrahatur actio inepta,& iſta vi
detur vera opinio,licèt do. Ant.hic ſatis inſtat , & nitatur
defendere opi.Hoſtien.¶Item adde inquantum dicit hic
domi.Anto. quod ſi peto à te rem actione commodati,&
tu confiteris de depoſito,quod ſi poſt lit.conteſta.fiat con
feſſio, non poterit ſequi condemnatoria . Nam hoc non
videtur verum ,quia vbicũq; per confeſſionem conſtet de
14 iure agentis,videtur † quod ex quocũq; proceſſu poſſit ſe
qui condemnatoria per id,quod no.Inno.in c.qualiter,&
quãdo.el.2.de accu.& Bar.in l.ſi confeſſus,de cuſto. reo
rum,& ſic videtur,quod iudex poterit præcipere,vt ei ſol
uat,licèt lis non fuerit conteſta.in actione depoſiti per l.ſi
debitori.ff.de iudi.¶Et vltimo etiam potes addere inquã
tum dicit, quod ſi reus abſoluitur:quia nõ poſſidet, qđ vi
detur diffinitiua ſententia,nam certe imo videtur potius
abſolutoria,quia non diffinitur negotium principale, ſed
potius abſoluitur ab inſtantia facit,quod no.Bar.in l.cum
15 titia.ff.de accuſa. ¶†Et tene etiam menti iſtud, quod tã-
git hic,an procedat libellus ſine concluſione ex ſola nar
ratione,de quo etiam per gloſ.1.q.4.quia præſulatus quæ
uidetur uelle , quod ſic . Sed fortè non procedit de iure
in cauſis ciuilibus,niſi dicas ſpeciale in poſſeſſorio recu-
perandę in odium uiolenti,uel niſi ſimus in caſibus in q-
bus iudex poteſt ſupplere ex officio: aliàs non debet iu-
dex ſuum officium impartiri niſi petatur de elec. inno-
16 tuit ad fi.& l.4.§.hoc antem de dam.infec. ¶†Et no. etiã
inquantum reprobat Bart.l.1.C.de execu.rei iudi. ubi di
cit. quod ſi aſſero titium debitorem meum in x. & peto
eum cogi,& compelli ex quo non peto condemnari, non
tenet libellus , quia prius petitur executio,quam condẽ-
natio contra d.l.j.nam ſecundum do.Anto. ſuſtineri po-
teſt libellus , quia tacite intelligitur petere condemnari,
ex quo aliàs non poterat cogi.arg.l.illud.ff.de acqui. hæ-
17 re.quod ſatis placet.¶ † Tangit etiam,an ſuper inepto li-
bello poſſit ſequi condemnatoria, de quo etiam in Spec.
de offi. iudi.§. deſeruit.uer.ĩ ſũma ſniæ,& hic lati⁹ p eũ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Agere poſſunt religioſi,& clerici ſeculares pro ſuis adminiſtrationibus.*
2 *Origo nõ attenditur in promotionibus eccleſiaſticis,& defectus originis,vel qualitatis perſonæ non repellit quem ab agendo.*
3 *Infamis,an poſſit eſſe procurator.*
4 *Agere,an poſſit prælatus,vel ſuperior cui ſubiecta eſt domus,vel locus inferior pro iuribus ipſius domus,ſeu loci,vel eccleſiæ inferioris.*

a CVm deputati. Præceptores[a] templi
pro domib⁹ ſuis age
re, & defendere poſſunt. Nec obſtat eis reli-
gio. uel qđ ignota ſit ipſorum origo.h.d.Et
primo ponit iniuriam,quæ inferebatur præcè
ptoribus templi. Secundo inhibet illam fieri, ſecunda ibi
ne quis.¶No.quod præceptores, & alii præpoſiti locis re
ligioſis poſſunt agere,& defendere pro ſuis adminiſtratio
nib⁹:nec habet obſtare his duplex exceptio,de qua ĩ text.
de quo in clemẽ.j.de reſcriptis,& ibi omnino uide domi.
1 Pe. de Ancha. Et ſic no.† quod etiã religioſi nedum ſecu
lares clerici poſſunt pro ſuis adminiſtrationibus agere,fa-
cit,qđ no.ĩ.de probatio ex literis. ¶ Quid aũt ſi religioſi
uellent àgere pro aliis,dic ut in clemen.religioſus de pro-
2 curatori.& Innocẽ.in c.cũ.i.& a.de re iudicata. ¶ † Item
nota,quod in promotionibus eccleſiaſticis non videtur at
2 tendẽda origo,dũmodo aliàs probabilis uite quis exiſtat,
quia tenet promotio,& poteſt exequi ſuum officiũ, quan
doq; tamen in promotione fienda,& ante q̃ fiat,attendiť
origo iuxta notata in c.ſi proponẽte de reſcriptis.¶Itẽ no
ta,quod defectus notitię originis,vel qualitatis pſonę nõ
repellit quem ab agendo,& ſic nota,quod defectus quali
3 tatis extrinſece non nocet.¶†In gl.i.ibi.infamis non põt
eſſe procurator,hoc verum ſecũdũ canones,& ſcđm Ho-
ſtien.Secus ſecundũ leges,inſtit.de excep.§.fina. cum ibi
notatis,de quo ẽt per gl.in c.imperatorum de iura.calum.
4 ¶†Extra glo.eſt ſciendum, quod Innoc.hic tractauit qua
le ſit officium iſtorum præceptorũ,& an prælatus ſuperior
cui eſt ſubiecta domus,vel locus inferior poſſit agere pro
iuribus ipſius domus, ſeu loci, ſeu eccleſiæ inferioris , de
qua materia etiam per eum in c.olim cauſam.infra.de re-
ſti. ſpo.& ĩ.de religio.domi.in c.cum venerabilis,& licèt
do.Anto.hic ſatis latè inſtet in effectu concludit , quod ſi
agitur de iure ſubiectionis iſtud proprie ſpectat ad ſupe-
riorẽ prælatũ.ŝ.de maio.& obe.inter quatuor,ſi vero agi-
tur de iuribus,vel rebus inferioris eccleſiæ,tũc ſi priuile-
gio ſtatuto,vel conſuetudine eſt determinatum quis age-
re poſſit,& quis præfetatur illi eſt ſtandũ.Si autem hoc ali
ter non ſit determinatum,tunc ſi prælatus inferior poteſt
remoueri ad nutum ſuperioris,tunc poterit ſuperior age-
re,& præfertur etiam inferiori pręlato, quia ſi poteſt ſu-
perior prælatus remouere prælatum inferiorem a totali
adminiſtratione,multo fortius a particulari poteſtate agẽ
di arg.regulæ cui licet de reg.iur.in vj.& hoc etiam maxi
me procederet,ſi ſuperior prælatus haberet plenariam ad
miniſtrationem domus inferioris , vt quia eſſet conceſſa
in proprios vſus ipſi eccleſiæ ſuperiori.facit,quod no.ĩ.de
priuileg. paſtoralis idem tamen ſi bona ſint omnino di-
ſtincta a bonis eccleſiæ ſuperioris,nec ſint conceſſa in pro
prios vſus eccleſię ſuperiori, dum tamen inferior præla-
tus poſſit remoueri ad nutum per rationem quam ſupra .
dixi . Si autem prælatus inferior non poſſit remoueri ad
nutum , & ſic non ſit temporalis , ſed potius perpetuus ,
qui abſq; cauſa remoueri non poteſt,tunc ſi iuſta cauſa
ſubeſt poterit admitti ſuperior , vt ſi forte inferior ſit ne-
gligens , vel non ſit bene potens ad cauſam pertractan-
dam,aliàs autem regulariter non aget pręlatus ſuperior ,
ſed potius ipſe inferior cui eccleſia eſt ſubiecta dũ,tamen
aliàs ſit idoneus,& ſi concurrant eligetur magis idone⁹
& ſi magis idoneus eſſet , ille eſſet præeligendus , & ſi
hoc eſſet dubium haberet iudex arbitrari ſecundum do.
Anto.ſed forte verius eſt, quod dummodo pręlatus infe-
rior ſit idoneus,licet pręlatus ſuperior ſit magis idoneus ,
quod debet pręferri inferior,& non turbari in eius admi-
niſtratione ar.xi.q.j.peruenit,& facit, quod not. Inno. in
d.c.olim.Aduerte tamen,quod licèt quandoq; poſſit age-
re ſuperior, vt ŝ.eſt dictum,tamen dicere eccleſiam vaca
re quando non habet ſpecialem rectorem facit, quod ha-
betur in ca.j.de re.eccle.non alic. in vj. ¶ Item non po-
terit procedi contra eccleſiam inferiorem ratione con-
tumacię, niſi etiam in vtraque pręlatus ſit contumax. vt
notabiliter voluit Innoc. in d.c. cum venerabilis , & fa-
cit , quod habętur in l. hęc autem ff.ex qui. cau. in poſ.
eatur , & quod nota. per gloſſ. in clemen. i.de reſcrip.&
ibi modernos.

a ¶Præceptores.pceptores iſti à quib⁹ inſtitui debeant , quod ſi eorũ officiũ cui cõparentur , & an et q̃do defendere,& agere poſſint p domibus ſibi deputatis vide hic per Io. qui omnia hic explicat,& ad materiã huius tex. vide ſpe. ĩ tit.de autore. verſic. quid de clericis, & ſequenti , & ĩ ti.de his qui alieno no.inter iudicem tit. đ libelli cõce.§.rã nũc videdũ , & vide Bal. ĩ l.prę ſes in i.col.verſi. venio., ad quæſtiões. C. de tranſac. & Lanfrã i tractatu.de arbi. tertia pte , & p nouiſſimos ſcribẽtes huc.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iuſtitiam miniſtrare laicis debent prælati eccleſiaſtici.*
2 *Appellationi fruſtratoriæ non eſt deferendum,etiam ſi fiat a clerico contra laicum.*
3 *Clericus,an in defectum iuſtitię trahi poſſit coram iudice ſeculari, numero, 7..*
4 *Trahi non debet clericus ad iudicium ſeculare.*
5 *Conueniri an poſſit clericus coram iudice ſeculari.*
6 *Reconueniri an poſſit clericus coram laico.*

a
Valiter. Iudices [a] ecclesiastici debēt laicis de clericis iustitiam facere. hoc dicit, & primo præcipit, secūdo impedimentum remouet. tertio grauamen suspicatur, & remouet, secūda ibi & non obstantibus. tertia ibi, ne pro dese
1 ctu.¶ †No.primo, ꝙ ꝑlati ecclesiastici debent laicis face re de clericis plenam iustitiam, subaudi & etiam celerē, quia de nimis dilata potissimè conquæruntur secundum
2 Hosti.¶ †Item no.non deferendum appellationi frustratoriæ etiam si fiat a clerico cōtra laicum.de quo in c.cum
3 appellationibus de appel.in vj.¶ †Item not.ꝙ propter defectum iustitiæ coram ecclesiastico iudice clerici interdū de facto trahuntur ad secularia iudicia, licèt de iure illud fieri nō dēat, sed deberet tunc laicus recurrere ad proximum superiorem ecclesiasticum In negligentiam inferio
4 ris.vt in c.nullus.de iure pa.& ij.q.vj.anteriorum.¶ †Itē not.ꝙ clericus prohibetur omnino trahi ad iudicium seculare, & intelligo oīno.i.omni casu, siue inuitus sit clericus, siue volens, & inuito, siue consentiente episcopo suo. ſ.ti.j.si diligēti.& c.significasti.& siue agatur ciuiliter siuè criminaliter, & siue episcopus faciat iustitiam, siue nō, vt hic patet. Nec obst.xj.q.j.si qs cum clerico. & in Auth.vt clerici apud proprios episcopos.col.v.quia sunt correctæ per hoc c.nec ob.etiam.xvj.q.vj.filiis.quia ibi non aditur res, vt iustitiam faciat, sed ut si adeat, & instet, ꝙ iudex ec
5 clesiasticis faciat iustitiam.¶ †Et no.quod prohibet trahi, & sic loquitur de conuentione non autem de reconuentione quæ uidetur licita.vt no.supra.eo.at si clerici.& tangitur.infra eo.c.fi.licèt quidam per generalitatē istius
6 tex.†dicant clericum nullo modo posse reconueniri corā laico.de quo dictum fuit.supra.eod.at si clerici.super glo. ij.¶ †In gloss.ij.in fi.est ratio diuersitatis quare clerici non
7 trahuntur ad forum seculare propter defectum iustitiæ, & tamen econtra laici propter iustitiam iudicis ecclesiastici trahuntur ad forum ecclesiasticum, quia conueniens & rationabile est.quod maior suppleat negligentiam inferioris.ix.q.iij.cum scimus.eccclesiasticus autem maior est seculari.s̄.de ma.& obe.solite.( A D D I Sed contra hoc facit, quia etiam inferior potest supplere negligeniā superioris.vt patet ex bis, quæ habentur in d.c.cū scimus. & in c.ii.infra de conces.præben.& ideo forte alia ratione assignatur per doc.s.quia olim omnes causæ tam laicorum, quàm clericorū deferebant ad ecclesiam, infra qui filii sint legi.in c.per uenerabilem.circa fi.xi.q.i.relatum. & ii.q.v.si quis præsbiter.& j.ad corinth.iiii.& ideo si laicus redeat ad eius primum forum, nō uidetur eius conditio deterior.arg.eorum quæ habentur in l.si unus.§.ꝙ si non ff.de pact.& xxv.dist. ab exordio.T I O ).Et adde ēt quia Hostien.videtur hic, uelle ꝙ si iudex committat causam contra clericum non debet illam committere laico. Nam istud uidetur uerum ex honestate, quando reperiuntur clerici habiles quibus fiat commissio. Sed tamē de iure etiam tunc laico possit committere causam temporalē. vt no.gl.in c.ii.supra.eo.

a Iudices ... ōēs doc. le ... gūt illud ... ad cuius materiā vi ... de ꝑ oēs i ... at si cle ... rici. supra ... eo. & per ... do. Cardi. ... in cle.ii.§. ... nūsii. post ... solēnē gl. ... de hære.& ... in cle. fin. ... vers. quod ... se. de poe. ... vbi multa ... pulchra ... colligere ... potest.

b Iudex. ... idem sum ... mat hic d. ... And.sic.& ... do.Fely.

c Si iudi ... ces. Adde ... ad materiā ... huius tex. ... d.Card. in ... cle. i. xiii. ... q.de se iu. ... & Bar. no. ... in l.i. ii. & ... ii. eo. ver. ... circa pri ... uā partē, ... C.qā pro ... eo. nō est ... necess. Et ... facit quod ... volun. do. ... Alexan.de ... Imo.in l.i. ... ff.de fe.vbi ... vide.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudex qui est nimis fauorabilis alteri parti potest vt suspectus recusari.*
2 *Recusari potest iudex habens causam quasi consimilem.*
3 *Et ex quibus causis possit iudex recusari tanquam suspectus.*

b 
Ausam quæ. Iudex [b] habens cōsimilē causam a iudicio remouetur.h.d.Et primo recitat delegationē causæ.secundo causam remotionis vnius delegati, & aliam subrogat.secunda ibi, q.a ve-
1 ro.¶ †Nota.ꝙ iudex qui est nimis fauorabilis alteri parti, potest vt suspectus recusari.Facit.infra.vt lit.non conte
2 sta.accedens.el.ii.¶ †Item no. ꝙ iudex habens penè cōsimilē cām remoueri debet, & sic non est necesse, ꝙ oīno sit similis, sed sufficit ꝙ quasi sit similis. Facit quod no. Io. And.de præben.non potest super gloss.lib. vj. Quæ autē dicatur causa consimilis, relinquitur arbitrio superioris, seu iudicantis, secundum Inno. Et ex prędictis etiam not,
3 †ꝙ propter non pręcisam suspicionem potest iudex recusari. Et de pluribus causis propter quas iudex potest tanꝗ suspectus recusari.vide in c.causam q̄.s̄.de offic.deleg.& capitu.cum r.canonicus.& in Specu.titulo. j. §. superest. & aliqd in c. j.s̄.eo. ¶ Item etiam potes intelligere, aliàs colligere, quod vbi allegatur causa similis alicui expresse in iure pro recusatione iudicis, ꝙ illa, sit sufficiēs causa, de quo in c.legitima.de appella.in vi.¶ Vltimo not. ꝙ secūdū rescriptum, vel subrogatio, non videt ualere, nisi fiat mētio de primo.¶ In gl.j.ibi, ad omnes causas.ꝗa nō sufficit similitudo in genere.puta.ꝙ utraque causa, sit spiritualis, sed requiritur, quod sit similitudo in specie: vt patet ex sequentibus.¶ In ea.glo.ibi, sine qualibet tali suspicione, uel cōsimili supple.quæ sufficeret ad recusandum, & ex qua posset fieri recusatio, quia non est necesse, ꝙ talis sit, vt fiat subrogatio.¶ In ea.gloss.in fi. illa prima cōiter tenet.pro qua facit, quia propter similitudinem causæ ꝑsumit, qd iudex erit nimis fauorabilis alteri parti.ut hic patet. Sed vbi iudex est nimis fauorabilis vni parti. licitè potest recusari in c.accedens.el ij. ut lit. non contesta.ergo &c. Aliqui tamen dixerunt, ꝙ hoc erat arbitrariū. & sic residebat in arbitrio superioris cognoscentis de recusatione arbitraria, ꝙ sit iusta, uel nō iniusta causa.sed hæc opinio posset sustineri, quando esset dubium, an diceretur similis causa per id, quod dixi in notabilibus. ¶ Et adde, ꝙ hic in subrogatione satis fuit facta mentio priorum literarum cum fuerit facta mentio de commissione in eis facta.& ideo etiam, si non fuisset apposita clausula, non obstantibus, tenuisset subrogatio, licèt Host.& Ioā. And. aliter videantur sentire.& sic illa uerba, non obstantibus potius fuerunt posita ad cautelam.

*S V M M A R I V M.*

1 *Electus potest electionem suam prosequi sine nota ambitionis.*
2 *Electioni prælati possunt se opponere canonici.*
3 *Procuratores plures possunt ad eandem causam dari.*
4 *Interloqui potest iudex super modo procedendi.*
5 *In commissione facta iudici, si mandetur, quòd super propositis, & incidentibus negotium inquirat veritatem, non per hoc videtur deputari inquisitor.& nu.14.*
6 *Inquisitor, an debeat de exceptionibus prius cognoscere.*
7 *Iudex cognoscere, non debet simul de principali negotio, & de exceptionibus oppositis.*
8 *Iudex an possit pronūtiare procedendū ad vlteriora, reseruatis exceptionibus emergentibus.*
9 *Testes, an possint recipi lite non contestata.*
10 *Appellari an possit ab actu nullo.*
11 *Sententia proferenda est secundū modū proponendi, & agendi.*
12 *Si appellatur a pluribus grauaminibus, an sufficiat de vno constare.*
13 *Si plura proponuntur quorum quodlibet sufficit ad victoriam sufficit alterum tamen probare.& nu.16.*
14 *Attentata post legitimam appellationem debent in irritum reuocari.*
15 *Ordinis peruersio eiusdem causa vitiat processum.*
16 *Proponi possunt plura eodem libello ad eūdem effectū, & an, & quando debeant omnia probari.*
17 *Clausula reuocato in irritum quomodo debeat formari.*

c 
Xhibita. Si iudices [c] de principali, & de exceptionibus pręiudicialibus simul cognoscant, vel super principali lite non contestata probationes recipiāt ab eis licitè appellatur.h.d. Et prima, appellātis petitio.in scd̄a cōmissio. secūda
1 ibi, q.a verò.¶ †Nota.ꝙ electus pōt ꝓsequi suam electionem

nem,sine nota ambitionis.de quo per glosś.de electio.cu
pientes.§.denique. in vj.& per Innocen.de electio.cū in
2 iure peritus.¶†Item no.canonicos se posse opponere ele
ctioni prælati. & generaliter qui possunt se tali electioni
opponere.nota per Innocen.j.de accusatio. super his. &
per gloss.de electio. ut circa in glos.quæ incipit quorum
3 interest.lib.vj.¶†Item not.quòd plures procuratores pos
sunt dari ad eandem causam.de quo dicendum , ut in c.
si duo de procuratori.in vj.¶Item no.quòd exceptio cō-
spirationis,& etiam exceptio excommunicationis potest
obijci contra agentem,etiam contra electum in prælatū.
4 ¶†Item not.quod iudex potest pronuntiare , & interlo-
qui super modo procedendi. uidetur tamen,quòd si sen
tentia contineat errorem expressum sit nulla.infra. de re
5 iud.c.j..¶†Item no.q̄d licèt in cōmissione facta iudici mā
detur,q̄ super propositis , & alijs tangentibus negotium
ueritatem inquirat,non per hoc uidetur deputari inquisi-
tor,sed iudex.& pro hoc etiam,quia inquirere ueritatem
omnibus iudicibus est commune.xxx.q.v. iudicāte. & l.
iudices. C.de iudi. Et ex hoc not. secundū Vincen. q̄ in
dubio nisi patenter aliud constet,non præsumitur, quòd
fiat cōmissio in modū inquisitionis,sed in modū iudicia-
lis commissionis.de quo et in Specu.de inquisiti.§.j.uers.
quid si in litera. aliqui tamen dicunt istud hic non proba
ri , quia hic fuit apposita clausula uocatis uocandis, quæ
istud uidetur operari,quia inquisitor nō tenetur uocare ,
cum procedat ex officio , nō ad instantiam partis.Et hoc
dicit hic dominus Flo.tenere do.de Rota.deci.ccj. nec re
quiritur libellus, uel litis contestatio.& idem dicendum,
si alius de mandato iudicis inquisitionem prosequtur, se
cus tamen esset si suo motu proprio extranea persona pro
sequeretur inquisitionem:tenet Hostien.c.cum dilectus.
de purga.canoni.c.cum olim.de testi.licèt Inno.ibi uidea
tur tenere contra. tamen uide eosdem. c.cum clamor. de
testib.quandoque solet mandari,quòd inquisitor accedat
ad locum.de simo.licèt heli.& solet etiā præmitti de cla-
mosa insinuatione.de accu.in c.qualiter, & quando .
el 2. ¶†Item not.argumentum , quod inquisitor non de
6 beat de exceptionibus prius cognoscere.Sed contrarium
est uerum.secundum Gof.per.c.cum oporteat.infra.de ac
7 cusa.Nec obst.text.in uersi.quia uero.quia ibi debet sup
pleri maximè secundum Abbatem.¶†Item no.quòd de
principali negotio,& de exceptionibus oppositis ad pro-
cessum non debet simul cognosci.aliàs dicitur iudex per
uertere iuris ordinem. Et not. bene singulariter secundū
dominum Flo.q̄ iste ordo,q̄d prius cognoscatur de exce
ptionib.oppositis ad processum nō est de substātia,quia si
omittit,non uidet reddere processum nullū,sed tribuere
iustā causam appellandi.Facit,q̄d nota.in simili in l.j. C.
de appella.Sed dominus Anto. hic dubitatiuè loquitur ,
& alternatiuè.nam dicit,quòd peruertit iste ordo, quia si
mul cognoscit de ipsis exceptionibus,& de negotio prin
cipali processus redditur nullus , uel saltem tribuit iustā
causam appellandi.& quòd reddat processum nullum.fa
cit,q̄a est ordo eiusdem causæ in seipsa.nam secus q̄n est
ordo causæ ad aliam causam.& sic loquit.l.j.C. de appel
la.Facit,q̄d nota.in l.prolatam.C.de senten. de quo.j.tā
get.¶Item no.q̄ licèt ubi iudex procedit ad ulteriora ui-
deatur tacitè pronuntiare super emergentibus,& illas rei
cere.infra.de appel.ex parte.ιιι.& facit,quod not.Bart. in
l.a procedente. C. de dila.tamen secus est quando simul
procedit super emergentibus , & super principali. ut hic
8 patet. † uidetur tamen , quod iudex possit pronuntiare
procedendum esse ad ulteriora reseruatis exceptionibus
emergentibus per id,quod legitur,& not.in c. ad dissoluē
dum.de despon.impu.licèt id facere non debet,sed prius
cognoscere de ipsis emergentibus.ut not.gloss.de offi. de
9 lega. cum contingat. ¶†Item no. testes non posse recipi
lite contesta. etiam in causa electionis.& sic in illa facien

da uidetur litis contesta.quod procedebat secūdum iurm
hodie secus uidetur per clemen.ij.de iudi.iuncta clemē.
10 sæpe.de uerbo signifi. ¶†Item no.q̄ etiam ab actu nullo
potest appellari,ne forte pars de facto grauetur.de quo .p
Innocen.j.de appella.dilecto.& in l.si expressim.ubi etiā
casus & ibi per.Bar.ff.de appellatio. nec per appellatio-
nem ualidatur actus saluo nisi esset nullus propter defe-
ctum solius consensus appellantis.l.iij.§.falsus.ff.rem ra-
11 tam habe.¶†Itē no.attendi debere modū proponēdi, &
agendi.nam secundum illum formanda est sententia.vt j.
de simo. licèt heli.& ff.communi diui.l.vt fundus.& fa-
cit quod habet in l.fi.C.q ad li.procla.non licet. imò in
dubio sententia debet intelligi,ut adaptetur iuri deducto
in libello etiā impropriatis verbis. vt no. Spec.in titu. de
resti.spoli.§.spoliatos.uer.& no.de quo est glo.valde no-
ta.in l.& puto.§.j.ff.famil.ercis.¶Item no. q̄ ubi nullitas
deducitur appellationis via,necesse est appellationem iu
stificari:vt hic colligitur. ¶Item not.quòd si appellatur a
pluribus grauaminibus, sufficere videtur de vno consta-
re.& sic facit contra consuetudinē curiæ,de qua in c.cum
13 causam.j.de appella.super vltima glo.per Ioan.An.¶†Et
not.etiam generaliter quòd ubi plura proponuntur,quo-
rum quodlibet sufficit ad uictoriam. sufficit alterum tan-
14 tum probare.¶†Vltimo no.quam attentatā post appella-
tionem legitimam debent in irritum reuocari. ¶Et not.
hic de clausula, reuocato in irritū , &c.quæ hic perfectè
exprimit,licèt alī in multis locis in plēctè ponat,ut patet
de rescr.significante.de quo dicendum est, ut ibi per Ioā.
An.& facit cod.tit.rodulphus.& c.significauit.¶In gl.in-
quirerent.in fi.& pro hoc facit quia,ut tetigi in notabili-
bus,quando patenter non constat,q̄ fiat cōmissio in mo-
dum inquisitionis,præsumi debet,q̄ fiat in modum iudi-
cialis commissionis,ut hic uidetur innui. & notauit. Spe.
in titu.de inquisi.§.i.uersi. quid si in litera.& pro hoc fa-
cit,quia uerbum inquirere etiam conuenit cuilibet iudi-
ci.ut dixi in notabilibus,& ideo non dēt præsumi inquisi-
tor,& præsertim quando apponitur, clausula uocatis uo-
candis,ut etiam tetigi in notabilibus. ¶In gl.conspiratio
nem.in fi.adde,q̄ coniuratio regulariter est illicita, & in
in dubio præsumitur contra coniurantes, maximè si fiat
in perpetuum,uel generaliter.xj.q.j. si qui cle icorum.&
ibi,de hoc.& no.Innocen.j.de schisma.c.j.& Io .n.Andr.
in c.ij.de uerbo.significa.in xj.Quandoque tamen est lici
ta,ut quando fit ob causam licitam . puta, non permittāt
prælatum dilapidare bona ecclesiæ, uel ut non recipiant
prælatum excommunicatum,uel hæreticum.xxj.q.xij. sa
nè thessalonicenses.ubi de hoc.¶In gloss. excommunica
tionem.in fi.Alij dicunt,quod sequitur dominus Floren.
q̄ isti erant rei uoluntarij,quia sponte se obiiciebant, nō
citati.ideo repellebantur exceptione excommunicatio-
nis.secus in reo necessario,ut in illo qui citatur. & occa-
sione citationis comparet,ut uoluit Innocen.infra de ex-
cep.cum inter.& secundum istum intellectum,dum lite-
ra dicit contra eum agebant.ideo sic dicit,quia reus exce
ptione potest dici actor.l.i.& ii.ff.de exceptio.& l.in ex-
ceptionibus.ff.de probatio.sed Ioan.And.in c.dilecti.in-
fra.de exceptio.tenet,q̄ reus etiam uoluntarius admitti
debet pro defensione ecclesiæ per illum textum.Sed aliàs
procedet destructio Innocen.in ca.cum inter.& secundū
hoc melior est solutio glossæ,quam sequitur etiam hic do.
Anto.¶In gloss.iuris in fi.Nota bene,quia glo.forte uo-
luit,q̄ ex eo,quia peruersus fuit ordo iuris in procedēdo
simul super emergentibus,& principali,processus fuerit,
nullus,tamen quia hic interuenit defectus & peruersio
ordinis,quia processum fuit lite non contestata nō bene
potest colligi necessario,an propter præcedētem defectū
processus fuerit nullus , tamen litera & hæc glossa sa-
15 tis uidentur hæc innuere, & pro hoc facit. † q̄ uersio or-
dinis eiusdem causæ uitiat processum.licèt, quando est

peruerſio cauſæ ad cauſam.vt not.in l.j.C. de appella.& l.
prolatam.C.de ſenten.& ſi dicas ſi proceſſus fuit nullus.
quare ponderat hic papa appellationem, dum dicit ſi ex
dictis grauaminibus,&c.do.Floria.hic dicit,ꝙ ex quò pa
pa hic ponderat appellationem innuit proceſſum nō eſ-
ſe nullum. & per hoc dixit hic probari, quod ordo, vt
prius de præiudicialibus cognoſcatur non eſſe omnino
de ſubſtantia.& ſic dicit ſubtiliter conſiderando hic pro-
bari.Sed iſtæ intellectus non placet. quia hic ſaltem pro-
ceſſus erat nullus propter defectum conteſtationis. Er-
go non poteſt inſeri illud, quod ipſe dixit. Vnde poteſt
dici,quòd ad literam, dum dicit ſi appellatum conſtite-
rit, &c.ſuppleri debet maximè prout voluit Hoſtienſis:
Vel melius prout hic voluit do.Anto.ideo hic pondera-
tur appellatio,quia per uiam appellationis deducta erat
cauſa ad papam. ideo debet conſtare appellatum, & in-
fra tempus legitimum.& ex cauſa legitima.Fateor tamē,
quod etiam pro cauſa poterit deduci proceſſus nulliter
factus, propter quem etiam fuit appellatum. Fateor etiā,
quod ſi voluiſſet pars deducere per viam nullitatis cau-
ſam ad ſuperiorem potuiſſet, ſed illam viam non eligit:
ſed principaliter viam appellationis in qua etiam incidē-
ter veniet nullitas. prout not. in c. dilecto. de appella.
per Innocen. & per legiſtas. in l. 1. C. quando prouo.
16 non eſt neceſſe. ¶ † In gloſſ. vltima. in fin. Concludæ
quando plura narrantur ad eundem effectum, quòd ſi
conſtet, ꝙ quis vult ſe aſtringere ad probandum omnia,
dēt omnia probare.nā imputet ſibi quare ſic ſe aſtrinxit.
vt in l.circa.ff.de proba.& j.de probatio.licèt cauſam. iō
non obtinebit niſi omnia probet.iudex tamen ex officio
ſi eſſet caſus in quo de iure poſſit ſuppleri, poſſet ſumma
re ex vno ſufficienti probato. vt uoluit gloſſ.in dicto c.
licèt cauſam.Aut conſtet,quòd non uult ſe aſtringere, vt
quia ponit clauſulam non intendens ſe aſtringere ad nō
neceſſaria.& tunc ſi quodlibet illorum ſufficit ad victo-
riam,ſufficit alterum probari, per iſtum text. Aut ſumus
in dubio.& tunc ſi plura qualificate ponuntur in eadem
oratione.puta ſi dici, qđ teſtes corrupti falſum dixerunt,
tunc videor me aſtringere ad probandum vtrunque. &
ſic,quod fuerunt corrupti, & etiā, quod falſum dixerūt.
l.diuus.ff.de re iud.& ibi per Barto.& l.fulcinius.§.j.ff.ex
qui.cau.in poſ. eatur. Idem ſecundū Archid.ſi in eadem
oratione proponūtur licèt nō qualificatè.in c.pſentiū.de
teſtibus.in vj.Puta ſi dico teſtes fuiſſe corruptos,& dixiſ-
ſe falſum.Sed hoc nō placet in effectu Bart.in d.l.diuus.
nec do.Ant.hic,q̃a,iure nō probatur.& multo fortius nō
uidetur ſe aſtringere ſi in diuerſis orationibus proponan-
tur. vt ſi dico teſtes fuiſſe corruptos. Item dico eos non
dixiſſe falſum. nam ſufficeret probare falſitatem,licèt nō
probetur corruptio. nam non videtur ſe in dubio aſtrin-
17 gere,ex quò nō dixit qualificatè in eadē ratione.¶†Vlti-
mo adde inquantum.d.Anto. hic tangit de iſta clauſu-
la reuocato in irritum. An quando appellatum eſt pro-
pter exceptionem reſpicientem proceſſum debeat for-
mari. prout hic dicitur. An vero debeat dici reuocato
in irritum, quicquid poſt appellationem fuerit atten-
tatum in negotium ſuperſedere, curretis nam meo iudi-
cio non bene declarat. ſed melius fuit locutus Ioa. An.
in d.c.ſignificauit,quia iudex appellationis debet facere
id,quod debebat facere iudex cauſæ principalis.& iō,q̃a
hic bene admittebaẽ exceptio reſpiciens proceſſum, ſed
non prius cognoſcebaẽ de illa, ſed ſimul de negotio prin
cipali,& de illa,ideo hic fuerit appellatum propter inor-
dinatū ꝓceſſum:& ex illo fuit appellatio iuſtificata.& iō
illo reuocato ꝓceditur ad cognoſcendum de exceptione
oppoſita ad proceſſum,antequam ad merita cauſæ,q̃a ſic
debebat facere iudex cauſæ principalis. & ſic intelliga-
tur iſtæ text.Sed vbi non admittit exceptionem oppo-
ſitam ad proceſſum. & propter hoc appellatur. tunc ſi
coram iudice appellationis iuſtificatur appellatio.& ſic
probatur de ueritate exceptionis.tūc iudex appellationis
ſuperſedebit in negotio principali: ſicut ſuperſedere dēat
iudex cauſæ principalis.& ſic loquitur quod notauit Ioā.
And.in dicto.c.ſignificauit.

a Inſtantia.Addē ad materiam huius text. Bal.in c. 1. ſ.colum.ſi inter dom. & vaſal.l.s oria.& ſpecu. in titu. de leg §.6. uer.item ſi inſtātiā. & de inſtru. editio. §.2. Et facit, ꝙ voluit Archi.ſ c.nullus.de fo. compe. & do.Car. in cle. 1. 2.q. de in integrum reſt

*S V M M A R I V M.*

1 *Commiſſa cauſę deciſione,an uideatur commiſſa cauſſæ cognitio.*
2 *Inſtantia lapſa non perit iuriſdictio delegata.*
3 *Inſtantia cauſæ principalis,an expiret per lapſum triennii.& numero.5.*
4 *Appellari poteſt de iure canonico a qualibet interlocutoria, ſecus de iure ciuili.*
6 *Inſtantia cauſæ principalis,an poſsit prorogari per compromiſſum, ſicut inſtantia cauſæ appellationis.*
7 *Inſtantia in cauſa ciuili ſecundum leges durat triennio,ſed inſtantia cauſæ criminalis durat per biennium.*
8 *Inſtantia cauſæ appellationis de conſenſu partium poteſt prorogari ad certum tempus, vt ſic interim inſtantia non currat.*

a VEnerabili. Inſtantia [a] iudicij non perimi-
tur per lapſum triennii. hoc di
cit. ¶Et primo ponitur partis conqueſtio, ſe-
cundo papæ prouiſio. ſecunda ibi mandamus.
¶Not.quòd archiepiſcopus Rauenas prætendit iuriſdi-
ctionem in ciuitate ceṙnienſi. nam habet multa caſtra
ſub ſe quo ad temporalem iuriſdictionem. & ſic etiam
1 fortè illam ciuitatem. ¶ † Not. ſecundo, quòd vbi com
mittitur cauſæ deciſio, videtur etiam committi cognitio.
an autem idem econtra ſi committitur cognitio, intel-
ligatur commiſſa deciſio. not. plenè per Bartol.in l.a di-
2 uo pio.ff. de re iudica. ¶† Item not. quòd per lapſum
inſtantię non perit iuriſdictio delegata,vt hic colligitur ſe
cundum vnum intellectum. Secundum alium not. ꝙ vbi
per ſubterfugia,& cauillationes rei prorogatur inſtantia
3 vltra triennium non habet nocere.¶†Item not. ſecundū
alium intellectum qui communiter approbatur,quod de
iure canonico inſtantia cauſæ principalis non expirat per
lapſum triennij,& hoc expreſſe tenet gloſſ.j.de dolo, &
contu.c.fin.in 1.gloſſ.de iure ciuili ſecus in l. properan-
dum.C.de iudi.Item ſecus in inſtantia cauſæ appellatio-
nis,quia illa eſt vniformis ſecundum vtrunque ius, quia
durat per annum,& ex cauſa per biēnium.in auth.ei qui.
C.de tempo.appell.& infra.de appel.ex ratione.¶ In gl.
non obſtantibus,&c.in fi.ex gloſſ.iſta collige tres intelle-
ctus.vnus eſt, quòd ſecundum canones inſtantiam nō
pereat triennio. Secus ſecundum leges.& ſic lex prope-
randum ſit in hoc correcta quo ad forum eccleſiaſti-
cum. ſed in foro ciuili ſeruetur etiam clerico agente.
per not.in c.quòd clericis.infra.titu.1. & per Ioan.cal.in
ſua quæſtione, quæ incipit ſtatuto. Secundus eſt intel-
lectus. quòd per lapſum triennii benè expirat inſtan-
tia, ſed non iuriſditio iudicis. & ideo de nouo poterit in
choari proceſſus coram ipſo iudice. nam perempta in-
ſtantia pereunt acta ordinaria iudicii. vt libelli obla-
tio, lit. conteſta. & præſtatio iuramenti de calumnia.
ideo iſta in nouo proceſſu reiterabuntur. ſed acta quæ
recipiunt deciſionem negotij, vt confeſſiones. & dicta
teſtium publicata, illa non pereunt. de quo in l.geſta.
C. de re iudi. & per Inno.in c. cauſam el pizolo. j. de
teſti.& per Bart.in l.ij.ff.iudi.ſolui. Tertius intellectus, ꝙ
hic ſit ſpeciale propter ſubterfugia, & cauillationes rei,
vt non pereat inſtātia,ſed regulariter aliàs bene perit. Sed
certè hęc lectura videẽ cōtra tex.in l.arbitrio.§.dolo.ff.de
dolo.vbi patet ſecundum vnum intellectū quē ſequiẽ ibi
Bart.quòd perit inſtantia etiam quando per dolum, &
cauillationes rei dilatatur vltra triennium, & datur tūc
actio de dolo contra reum. ſecundū alium intellectū quē
ibi voluit gl.adhuc periret inſtantia per lapſum triennij,
licèt dari poſſit reſtitutio. de qua hic non videtur loqui
cum nul-

cum nulla fiat de ea mentio , & quia tunc debuisset hæc
decre.poni in ti.de resti.in integ.videtur posse dici, quod
speciale est fauore personę agẽtis,& odio rei subterfugiẽ-
tis,quod extendatur instantia vltra triennium per.l. intra
vtile.ff.de mino.Vel hic in instantia causę principalis, ibi
in instantia causę restitutionis in qua est maius præiudi-
ciũ.Vel potest dici,qđ etiam instantia principalis causæ
hoc casu nõ currat,quia ꝓlatus est perpetuus,& sic eccle-
sia non haberet recursum aduersus eũ reo viuente , secus
in minore,& sic loquitur.l.properandum in fi.C.de iudi.
Facit,qđ no.in l. nisi.§.j.ff.de tute.& ra.dis. Vnde quarta
fuit lectura,qđ sicut in l.properandũ excipiuntur a regu-
la ibi posita causæ fiscales,ita ibi propriè excipiuntur cau
sæ ecclesiæ,nõ autem causæ propriè clericorum.Sed cer-
te litera hic non fundat se ex fauore ecclesiæ. Vnde quin
ta fuit lectura,qđ pereat instãtiã per lapsum trienuij , sed
restituatur ecclesia:sed certe , vt hic patet nulla fit mẽtio
de restitutione in integrũ,ideo cõmuniter tenetur,quod
secundũ canones instãtia causæ principalis non perit per
lapsum triẽnij, & secus sit secundũ leges,vt voluit hic gl.
& in.c.fi.j̃.de dolo,& cõtu.& sic in foro ecclesiastico,vel
in terris subiectis tẽporali iurisdictioni ecclesiæ correcta
videt̃.l.properandũ:quatenus dicit instantiã perire per la
psum triẽnij,nisi statutum, vel cõsuetudo loci aliter se ha
beat,& istud sequit̃ etiã hic Hosti. & etiã Specu. in ti.j.§.
restat versi.itẽ,qđ instãtia,& vt dicit do.Flo.quia hæc opi
nio videtur cõmunis nõ est recedendũ ab illa.argu.l.mi-
nime.ff.de legi.tamẽ de rigore iuris , cũ correctio iuris sit
euitanda,de electio cũ expediat.lib.vj.Posset sustineri cõ
trarium,& responderi posset, quod decre.ista non probat
propter varietatem lecturarũ, tamen quia ille non multũ
conueniunt literæ,ideo communiter tenetur, quod dixi .
4 †Et ratio diuersitatis inter ius canonicum,& ciuile est,q a
de iure canonico a qualibet interlocutoria potest appella
ri,secus de iure ciuili,& ideo facilius potest terminari de
5 iure ciuili.¶†Quod autem si per iudicem stet,quominus
causa finiatur.Distingue inter instantiam causæ principa
lis,& causæ appellationis,vt prima currat,& non restitua
tur,sed possit agi cõtra iudicem , secunda vero non currit
secundũ cõmunem opi.vel si currat dabitur restitutio se-
cũdum Bar.iuxta no.in aut.item si.& aut.sed lis.C. de tẽ-
po.appel.no.ad prædicta facit,qđ habetur in l.de submer
sis.C.de naufra.lib.x.& vide gl.i Aut.de appel. & intra q̃
tpa col.4.& ĩ Aut.vt spõ.largi.§.hoc quoq;. col.ix. & de
his qui ingrediuntur ad appel.§.illud.col.v. & vide Bart.
in d.aut.item si.vbi distinguit inter instantiam causæ prin
cipalis,& appellationis,& idem gloss.in Aut. de appel.&
intra quæ tempora.§.j.& in.§.hoc quoque ĩ Aut. vt spon.
6 largi.prællega.¶† An autem instantia causæ principalis
possit prorogari per compromissum, sicut instantia causæ
appellationis,licèt aliquid voluerunt dicere, quod sic, vt
no.Bart.in aut.item si appellatione.C.de tempo.appel.ta
men communiter tenetur cõtrarium,vt tetigit idem Bar-
tol.in d.l.properandum,& Ioan.and.in addi.Spe.super di
cto ver.item ,quod instantia , quia non est eadem ratio
quæ in causa appel.nam in causa appellationis de maiori
præiudicio agitur , si labatur tempus, quia perit ius nedũ
in instantia secus in causa principali,ideo magis fuit sub-
ueniẽdum in causa appellationis, & per hoc patet, quod
multo minus poterit per consensum partium prorogari
instantia causæ principalis, vt etiam voluit glo.in d.l.pro
perandum , nam tale pactum censetur contra publicam
vtilitatem, vt ibi dixit glo.Aliqui tamen practicant,quòd
prorogant, vel suspendunt,& iurant non contrauenire,&
istud sæpe hic practicatur,tamen vt dicit Bartol.in d.l.pro
perandum hæc practica non est tuta,quia si iudex perpen
dit instantiam esse peremptam licèt pars non opponat po
terit absoluere ab obseruatione iudicij, & istud proce-
deret quando constaret sibi esse peremptam , tamen quia
in facto non liquet quandoq; iudicibus de ipsa perem-
ptione, & partes propter iuramentum non possunt oppo
nere contingit, quod statur de facto tali prorogationi, &
licet gloss.dicat in l.properandum iuramentum non liga
re,verum est de iure ciuili per l. non dubium.C. de legi.
secus de iure canonico per c.cum contingat de iureiuran
do. Quid autem si statutum dictat,quod infra certum tẽ-
pus omnes causę terminentur,an lapso tempore statuti,si
superest de triennio , & sic de instantia iuris communis,
poterit causa terminari. Quidam voluerunt dicere,quod
sic, ex quo aliter statutum non tollit instantiam iuris cõ-
munis . Sed contrarium voluit Ioan.and.in additio. Spe-
cu.in dicto titu.j.§.restat.versi.quid si in statuto, quia vi-
detur tempus seu instantia statuti subrogari loco instan-
tiæ iuris communis de quo etiam per eum in titu. de ap-
7 pel.nunc breuiter super ver. item licèt. ¶ † Et not. quod
secundum leges in causa ciuili regulariter instantia est
triennij. Fallit in aliquibus casibus in quibus est minor ,
de quibus in d.l.properandum , & hic per Ioan. and. In
instantia verò causæ criminalis de iure ciuili durat per
biennium regulariter , fallit in casibus de quibus in.l.i.&
2.C.vt intra certum tempus,& hic etiam per Ioan. andr.
¶ Et adde etiam, quod diligenter sunt ponderanda ver-
ba statuti,an præfigant tẽpus parti,an iudici , an instantię
an vero actioni . Et si iudici : an iudici tantum : an iudici
& iurisditioni . De quo per Ioan. and. super dicto versi.
quid si statuto, & per Cy.& latius per Bartol.in d.l.prope
8 randum in prin. ¶ † Item potest addere prædictis , quod
licèt per consensum partium possit suspendi instantia cau
sæ appellatio ad certum tempus , vt sic interim non cur-
rat instantia,tamen non poterunt partes prorogare instan
tiam, & agere, quod tempus continuo currat , sed durat
vltra tempus statutum a iure , quia hoc non permittitur
per cle. quamdiu. de appella. & sic subtiliter videtur vo-
luisse Ioan.and.super dicto versi.licèt.

SVMMARIVM.

1 *Feriarum tẽpus propter vindemias non impedit,quominus sententia exe-cutioni mandetur.*
2 *Dictio, vel, quandoque ponitur correctiuè.*
3 *Possessorio agi potest,licèt in narratione ius proprietatis fuerit narratum.*
4 *Sententia quæ fertur in possessorio dicitur diffinitiua.*
5 *Proprietas non dicitur vere de rebus incorporalibus,sed quasi.*
6 *Reconuenire clericum non potest laicus,a clerico conuentus coram iudice se-culari,finito conuentionis iudicio.*
7 *Electus ab existente in quasi possessione iuris eligendi debet recipi per subditos.*
8 *Feriarum exceptio propter vindemias non habet impedire executionem sententiæ.*
9 *Petitorij,& possessorij causa debet coram eodem iudice tractari si actor, & reus sunt eiusdem fori aliàs secus.*
10 *Reconuentio non habet locum finito iudicio conuentionis.*
11 *Feriatis diebus litigare,an possit quis cogi.*
12 *Feriatis diebus potest libellus offerri iudici,non parti.*

2 SIgnificauerunt. Non obstante[a] ex
1 ceptione † tempo
ris feriarum propter vindemias mandãda est
sententia executioni. Vel aliter. Cum actor ,
& reus sunt diuersi fori causa proprietarias ,
& possessionis potest coram diuersis iudicibus agitari.h.
dicit.Et in prima ponitur partis conquęstio,in secũda ꝓ-
uisio. Secunda ibi mandamus,illa prima facit tria , quia
primo ponit factum,& causam delegationis bimembrẽ .
Secundo reorum exceptionem.Tertio replicationẽ acto-
rum,secunda ibi verum,tertia ibi respondente. ¶ Nota ,
quod verbum potestas interdũ in fœminino reperitur, ali
bi in masculino j̃. de homi.rua . ¶ Item nota: quod iura
2 non dicũtur proprie possideri,sed quasi † & sic dictio,vel
hic

a ¶ Non obstãte ad intellectũ. huius ca. vide Bart. in l.oẽs.C. de fer. & domi . ale xã de imo. in l.i §. nũ tiatio.ff.de no.op.nun tia. & i cõ fil.cvu.i 4. parte.

hic poſita ponitur correctiue probatur in c.conqueſtus ̅ſ.
titu.i.& l.ſeruus.§.incorporales.ff.de acqu. rerum domi.
3 ¶† Item no.quod agi poteſt poſſeſſorio,licèt in narratio-
ne etiam ius proprietatis fuerit narratum,nam attendi de
bet medium concludendi.Facit,quod not.per legiſtas .in
l.j.ff.de ęden.& in l.certi conditio. maximè per Barto. in
prin.ff.ſi cer.petatur.¶Item not.quod ad eccleſiam ſpe-
ctare poteſt ius eligendi rectorem ſecularem caſtri,vel ci
4 uitatis.¶ † Item no.quod ſentētia quæ fertur in poſſeſſo-
rio,dicitur diffinitiua de quo etiam de reſtitu.ſpolia.cum
ad ſedem in gloſſ.penul.& in clemen. vna.C. de ſequeſ.
5 poſ.& per gl.& legiſtas in l.vna.C.de momen.poſ.¶† Itē
not. quod quis,non dicitur habere veram proprietatem,
incoporalium,ſed quaſi,facit quod habetur in l.ij.§.quę-
dam partis. coniuncta gl.ff.de interdic.& l.qui vſumfru-
6 ctum.ff.ſi vſusfru.peta.¶ † Item not.ꝙ laicus conuentus
per clericum,coram ſeculari, non poteſt reconuenire cle
ricum finito iudicio conuentionis , etiam ſi vellet ſuper
connexis reconuenire.& ſic videtur , ꝙ reconuentio fieri
debet pendente iudicio conuentionis.facit de reſcrip.di-
ſpendioſa.§.reus.lib.vj.& ſic debet limitari, quod no.gl.
7 ̅s.eo.at ſi clerici.in gl.ij.¶ † Item no.quod electus ab exi
ſtente in quaſi poſſeſſione iuris eligendi,debet recipi per
ſubditos.Facit de iure patronatus conſultationibus , nec
admitti debet defectus proprietatis dicti iuris,quominus
8 interim fiat executio poſſeſſorij.¶ † Item no.quod exce
ptio feriarum propter vindemias,nō habet impedire exe
cutionem ſententiæ.& ad hoc ſæpe allegatur . & præſer-
9 tim in re tempore peritura.¶ † Item no.ꝙ licèt cauſa pe
titorij,& poſſeſſorij coram eodem iudice debeant tracta
ri, ne cauſæ continentiæ diuidantur.l.nulli.C.de iudi.ta
men hoc fallit,quando actor,& reus ſunt diuerſi fori . vt
hic eſt caſus notabilis.¶Item no.quod officia ſecularia,
ſunt temporalia.de quo hic per Hoſtieñ.qui tractat in ali
quo caſu,an poſsit ciuitas rectorem ſecularem perpetuū
ſibi eligere.¶ Vltimo not.ex tex.iuncta ſupraſcriptione,
ꝙ ſecundum iſta tempora ſufficit,quod cauſa, non com-
mittatur vltra duas dietas . licèt committatur extra pro-
uinciam.de quo per gl.iij.q.vij.neminem.& per Ioā.An.
̅s.de reſcrip.nonnulli . Poſſet tamen dici , ꝙ iſtud fuit ex
certa ſcientia Papæ, de qua patebat ex notitia facti paten
tis ex tenore literarum.facit,quod no.gloſſ.de reſcrip.ſta
tutum.in princip.libr.vj.in verb.literarum.vel forte, non
fuit exceptum . de quo etiam Ioan.Andr.hic remittit ad
ſummam Hoſtien. Sed ſatis videtur, quod de iure poſsit
obijci contra reſcriptum,ſi non remanet ex certa ſcientia
Papæ.cum duplex videatur,eſſe prohibitio , vna , quod,
quis non trahatur extra prouinciam . vt dicto.c.neminē.
alia,ꝙ non trahatur extra duas dietas . vt in dicto.c.non-
nulli.& ſic videtur , ꝙ reſcriptum debeat eſſe taliter for-
matum , ꝙ nulla dictarum prohibitionum habeat obſta-
re.cōmuniter tamen teneri,videtur,quod ſufficiat,quem
non trahi extra duas dietas . licèt trahatur extra prouin-
ciam.de quo in prææallegato.c.nonnulli.& per gloſ.in di-
cto.c.neminem.¶In gloſſ.prima , ibi ſuper iuriſdictione
temporali.& ſic non erat,quæſtio de iure eligendi recto-
rem ſpiritualem . Sed Vincen.tenuit hic contrarium , &
dixit, ꝙ pro ſimplici ſpoliatione , quaſi poſſeſsionis iuris
ſpiritualis poterat agi coram ſeculari per hunc tex.& ſic,
vult,quod quæſtio poſſeſſorij ſuper ſpirituali , non dica-
tur ſpiritualis.ſed iſtud,non videtur verum:quia in illam
iurabatur,vt in ſpirituali.in ca.præſentium.de teſti.in vj.
& no.in cap.literas.de iuramen.calum . & ideo dicenda
eſt ſaltem,quaſi ſpiritualis.vt etiam voluit Specula.in ti-
tu.de poſſeſsio.& peti.§.j.ver.ſed quid,ſi agant. & ibi per
Ioan.Andr.& ideo melior videtur intellectus gl.¶In ea-
dem gloſſ.ibi diffinitiua appellatur.ſed in contrarium fa-
cit tex.infra,de inſti.cum veniſſent . Conclude,vt voluit
hic dom.An.quod ſi de poſſeſſorio erat quæſtio inciden-
ter.tunc erit interlocutoria . infra,de ordi.cogni.cum di-
lectus.ſi principaliter. tunc ſi habebat admixtam cauſam
proprietatis . vt quando agitur conditione ex l.ſi quis in
tantam.C.vnde vi,dicetur diffinitiua.Facit,quod no.in c.
paſtoralis . in gloſſ.penultim.& antepenul. Si autem , ſit
quæſtio merè poſſeſſorij.tūc poterit dici diffinitiua. quia
diffinit ipſam cauſam poſſeſsionis, nec quo ad hoc aliam
ſententiam per ſe expectat : quia tamen, non ex toto dif-
finit negotium : quia dicta poſſeſsio habita ex vi ſenten-
tiæ poſſeſſorij poterit retractari , ſi ſuccumbatur poſtea,
in iudicio propietatis . infra , de cauſa poſ.cum dilectus.
poteſt hoc reſpectu dici interlocutoria . & propter hoc
forte gloſſ.in cap.conſultationibus.de offic.delega.dicit,
ꝙ eſt quaſi diffinitiua, quaſi velit , ꝙ non ex toto diffiniat
10 negotium.¶ † In gloſſ.ij.in fina.& ſic vult gloſſ.ꝙ finito
iudicio conuentionis:non habeat tunc locum reconuen-
tio.& iſta videtur veritas,per id quod dixi in notabilibus.
& quod habetur in auth.hæc conſequenter.C.de ſenten.
11 licèt dominus Anto.hic aliter loquatur.¶ † In gloſſ.fina.
ibi ex cauſa &c.no.vnum intellectum, quare in decretali
potuit agi iſto tempore feriato. nam vult gloſſ.quòd hic,
ſit ſpeciale . quia res erat tempore peritura . Alij, tamen
dant alios intellectus de quibus hic per Ioan.Andr.ſed
præcipuè nota illum,quod hic,ſit ſpeciale:quia agebatur
de executione ſententiæ . ideo non obſtantibus ferijs in-
ductis ob neceſſitates hominum potuit hæc cauſa tracta-
ri.idem dicit Ioan.Andr. inferijs repentinis . ſed contra-
rium ſenſit gloſſ.in clemen.ſæpe.de verbo.ſignifica.& il-
lam ſequitur hic domi.Flo.& forte melius per rationem
poſitam in dicta gloſſ.quidam tamen dicunt hoc verum,
quando fit executio ſententiæ ,in re , ſuper qua eſt lata.
Secus ſi in alio , quia in præcedenti caſu , non uidetur
neceſſaria cognitio.ſecus in ſecundo.l.à diuo pio.§.ſi ſu-
per rebus.de re iudica.cum ibi nota.per Bar. & per Inno
cen.infra, de appella.ex ratione . tamen tex.hic uidetur
uelle,quod etiam,ſi cognitio aliqualis habeat fieri,quod
nihilominus poſſit talis cauſa tractari:ſed certe hic fiebat
executio ſuper eo,ſuper quo erat ſententiatum. & ſic nō
erat neceſſaria alia cognitio , unde præcedens opinio ui-
detur uera, & ſecundum illam , uidetur intelligendum,
quod notauit Ioan.Andr.in addi.Specula.in ti.de libel-
lorum concep.§.nunc dicendum . ſuper uerſi. 25. in eo
quod ibi dicit de præcepto . illud tamen uidetur certum,
quod ſi tempore, congrua commiſſa eſt executio poterit
nuntius hoc tempore facere executionem . Et no.etiam
12 ex gl. † ꝙ libellus poteſt offerri die feriata. ut uoluit gl.̅s.
intellige iudici,ſed non parti.de quo in l.miles.§.ſexagin
ta allegata in gl.& in c.j.̅ſ.de lit.conteſta.

## ¶De foro competenti. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Fori appellatione, quid comprehendatur.*
2 *Diocesis tota, dicitur territorium episcopi.*

¶Quia rei ad iudicium vocati frequenter excipiunt de
foro . ſed ſolet ſæpiſſime dubitari , quod forum ,ſic exci-
piens ſequi debeat . ideo &c.Sed de materia habetur.96.
q.3.& 6.q.3.& 4.& 16.quæſtio.5.per totum. & repetitur
1 in 6.& in clemen.¶ † Quæro,quid comprehendatur ap-
pellatione ſori.dic,ꝙ in neutro genere comprehendit ter
ritorium cuiuſcunque iudicis:ideſt ꝙ poteſt in facinoro
ſos homines animaduertere.ff.de verbor.ſignifica.pupil-
2 lus.§.territorium.† unde tota dioceſis dicitur territorium
epiſcopi . ut 16.quæſtio.7. omnes baſilicæ.Exemplum ,
quod impune non paretur de conſti.c.2.lib.6.dicitur fo-
rus in maſculino genere,locus in quo condiuntur , aliàs
calcantur vuæ.i.calcatorium . Quarto dicatur quoddam
ſpatium

ſpatium planum in manibus,& dicitur à ferendo pro eo, quia fert homines. Quinto foramē in naui per quod mittitur remus à forando, ſiue præforendo, Forulus dicitur burſa, ſiue ſcriptorium, quod crebrò, ſit perforatum, ad pennas, & ad cornua recipienda ſecundum Hoſtieñ. Appellatione tamen, fori comprehenduntur iuriſditionalia, non quæ ſunt ordinis epiſcopalis de offic. ordina. ſi epiſcopus, libr. 6. quod nota. pro priuilegijs, in quibus, inferioribus conceduntur omnia, quæ ſpectant ad forum eccleſiaſticum &c.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conueniri debet clericus coram ſuo epiſcopo, & non coram alio, ſine conſilio, & conſenſu ſui epiſcopi.*

2 *Conſilium ſuperioris, ſi requiratur videtur aſſumi conſilium, pro conſenſu.*

a SI quis. Clericus[a] coram ſuo epiſcopo debet conueniri. h.d. & non recipit cō
1 modam diuiſionem. ¶ † No. ꝙ clericus debet coram ſuo epiſcopo conueniri, & non coram alio, ſine conſilio ſui epiſcopi, ſupple & conſenſu, quia conſilium, non ſufficit hoc caſu. infra eo. c. proxi. & infra eod. Romana. lib. vj. & no. ꝙ decretalis loquitur de clerico agente contra clericum. Idem tamen dicas, ſi laicus agat contra clericum. infra eod. ſi diligenti. & c. ſignificaſti. item intellige tex. in cauſa principali. nam per appellationem poſſet deuolui ad metropolitanum. infra, de appella. Romana. lib. vj. & etiam per negligentiam, ſecundū Pe. de quo in c. j. de ſupplen. neg. prꝰla. in vj. ¶ In gl. fina. in fi. ibi, & non tenet hodie: imo etiam hodie tenet, quod ibi dicitur, ſi intelligatᷓ in cauſa criminali epiſcopi presbyteri, vel diaconi: quia electio eſt accuſati, eligere ſibi numerum epiſcoporum, qui habent tractare cauſam in concilio prouinciali. xv. vij. ſi autem. & iij. quæſtio ix. in ſumma. Si autem intelligatur in alijs cauſis: tunc debet intel-
2 ligi ſecundum iſtud. ¶ † Item no. ex hac decreta. ꝙ vbi requiritur conſilium ſuperioris, videtur tunc conſilium aſſumi pro conſenſu. ſic, & aliàs, quando exigitur conſilium, per illum, qui non habet diſcretionem. ſ. de offi. deleg. venerabili. & facit, quod notauit. ſ. gl. iij.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudex ſecularis, non debet aſtringere, ſeu condemnare clericum, ſine licentia ſui epiſcopi: ſecus ſi cum licentia, & hoc quo ad capturam, non quo ad condemnationem.*

2 *Priuilegio clericorum gaudere debet eorum familia.*

3 *Vxor clerici, an gaudere debeat priuilegio.*

4 *Laici ratione adminiſtrationis, quam faciunt, de rebus eccleſiæ poſſunt conueniri in foro eccleſiaſtico.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu, non debet ſumi, quando reſultaret ſenſus, iuri contrarius.*

b NVllus. Iudex[b] ſecularis, ſi clericū per ſe diſtringit, vel condemnat debet excommunicari. h.d. ¶ Et primo prohibet. ſecundo pœnam adijcit. ſecūda, ibi,
1 ꝙ ſi. ¶ † Not. ꝙ diſtringens, vel condemnans clericum, ſine licentia ſui epiſcopi, dicitur facere iniuriam eccleſiæ. & iſte, qui dicitur facere iniuriam eccleſiæ debet excōmunicari. iniuria enim clericorum pertinet ad Chriſtum, cuius legatione fungūtur ij. q. vj. accuſatio. in fi. & per conſequens ad eccleſiam. à contrario verò ſecus, ſi cum licentia. quod poteſt procedere in iudice eccleſiaſtico non ſuo. & idem in ſeculari, quo ad capturam. j. de ſen. excommuni. ſi clericus. lib. vj. & j. co. ſignificaſti. ſecus videtur, quo ad condemnationē per id, quod habetur in c. ſignificaſti. vel forte potes dicere idem, quo ad condemnationem reſpectu eius, quod hic dicitur: quia tunc non excommunicabitur, licèt proceſſus, non valeat. & hoc uidetur ſatis de mente literæ. poſſet etiam referri ad minores, & ſeruientes eccleſiæ laicos, quod dicitur de condemnatione, & non ad clericos.
2 ¶ † In gl. ij. in fi. vel etiam appellat hic minores cōuerſos j. de ſen. excō. parochianos ſecūdum Hoſti. & tractat hic dominus Ant. plenè, quæ perſonæ dicantur eſſe de foro eccleſiæ, & inter cætera tractat, an illi, qui ſint de familia clericorum gaudeant priuilegio fori. & concludit, ꝙ ſic. ꝑ no. in c. dilecto. de offi. arch. niſi forte eſſent ſeruitores tēporanei pro mercede. ſed forte poſſet dici, ꝙ interim dū ſeruiunt cenſentur, de foro eccleſiæ. per ea, quæ habentur
3 in d. c. dilecto, cum indiſtinctè loquatur. ¶ † An autem, vxor clerici gaudeat priuilegio. concludit ſimpliciter, ꝙ non per no. per Io. An. de cle. coniu. in c. j. lib. vj. de quo ēt per gl. xi. q. i. in c. ij. & xxxij. di. eos. & in c. ſubdiaconibus. Tu potes dicere, ꝙ ſi non habetur legitime indubitanter, non babet priuilegium. Si autem, ſit vxor legitima. vt q. a ſit clericus in minoribus habens vnicam, & virginem, & incedat in habitu, & tonſura. tunc non habebit beneficiū canonis, ſi quis ſuadente: quia illud datur ratione characteris: ꝙ non habet mulier. ſed de priuilegio fori dic, ꝙ in ciuilibus, non habet, ſicut & ipſe clericus: ſed in criminalibus. Io. An. dicit, ꝙ ex quo laica eſt, non videt quare, non debeat diſtringi per ſecularem. ſed forte de iure pōteſt dici contrarium, quia regula eſt, ꝙ vxor ſequitur forū viri. l. fin. ff. ad muni. & l. mulieres. C. de digni. libr. xij. & per hoc videtur, quod in partibus greciæ, in quibus vtuntur matrimonio contracto in minoribus etiā in ſacris poſitis, ꝙ etiam in ciuilibus ibi vxor habebit priuilegium fori, & eadem ratione filij talium clericorum. per id quod habetur in l. 2. C. de epi. & cle. licèt d. Ant. hic pertranſeat
4 cum dicto Io. An. in c. vnico. de cle. coniu. lib. 6. † In ruſticis autem eccleſię poteſt dici, ꝙ ratione adminiſtrationis quam faciunt de rebus eccleſię, poſſunt conueniri in foro eccleſiaſtico. ſed aliàs cenſentur, eſſe de foro ſeculari. 89. di. indicatum. De hoſpitalariis, qui ſunt meri laici, & contrahunt etiam matrimonium conclude, ꝙ ſunt de foro eccleſię quo ad concernentia ipſum hoſpitale. ſecus quo ad alia, niſi ex priuilegio aliud habeant. vt not. Laudunus in cle. per literas. de pręben. In fratribus autem de pœnitētia tertij ordinis ſancti Franciſci, vel in militibus gaudētibus ſanctę Marię, qui habet certum modum viuendi per ſedē apoſtolicam approbatā, & certa ſigna portant. Conclude ꝙ ſi ꝑ Papā reperiatur eis conceſſum priuilegiū fori, hoc erat clarum, ſi de hoc non appareat fuiſſe opi. in contrariū Laudunus tenet, ꝙ non ſunt de foro eccleſię. Senzelinus opp. & hoc ſequitur Io. de Ligna. in cle. cum ex eo. de ſen. excō. & ſic dicit ſe conſuluiſſe cum pluribus doct. & ſic ēt refert Bar. in l. ſemper. §. fi. ff. de iure immu. Poſſet dici, ꝙ ſi conſuetudo ſuper hoc apparet, illa ſit ſeruāda ex quo ſunt opi. ar. ſ. de conſue. cum dilectus. & l. minime. ff. de legi, Si verò, non apparet. videretur ſequenda opi. Ioā. de Ligna. & Bar. facit. xii. q. 1. duo ſunt genera. Nam tales poſſunt late dici perſonę eccleſiaſticę. & de materia hic plenius per do. An. qui etiam tangit de iheſuatis, & de his, q ſunt de iſtis fratalcis, ſeu fraternalibꝰ fruſtratorū. & de his q bona ſua, vel partē obtulerunt monaſterio, & de he-
5 remitis. ¶ † In gl. permiſſu, ibi uaca. ar. quaſi uelit, ꝙ ar. à contrario ſenſu, non debet ſumi, quando reſultaret iuri contrarius intellectus. de quo per glo. 1. q. 1. ſi qui a ſimoniacis. & de æta. & quali. c. 2. in 6. & per Ioan. And. de cle. publicato. & per leg. in l. conuenticulam. C. de epi. & cle. Potes etiam dicere, ꝙ non vacat, ſi intelligatur verbū condemnare in cauſa mere ciuili ſecūdum no. ſupra ti. 1. c. 2. ſecundum Ioan. An. ſupple, ſi fieret delegatio laico, vt ibi nam aliàs etiam de conſenſu epiſcopi in cauſa mere ciuili, non cognoſcet ſecularis. vt in c. ſignificaſti. j. co. & hoc

a Cleric[a]. idem ſummāt hic d. Abb. Feli. & An. ſic.

b Iudex. Ad materiā huius. text. adde per oēs dicto. in c. ſi iudex laicus. de ſen tent. excō. in 6. vide tex. in auſ. itē[a] nulla. C. de epiſ. & cler. & Barto. in l. cūctos populos. 6. q. C. de ſum. trin. in quibus aūt casibꝰ laicus habeat poteſtatē, in clericos. vide dom. Car. i cle. 2. § porro. de elec.

etiam voluit glo.penul.in c.1.§.eo.recte intellecta. & est ratio diuersitatis, quia delegatus fungitur uice delegantis.l.j.§.cui mandata.ff.de offi.eius cui mandata est iurisditio.& sic fungitur uice personę ecclesiasticę, quę delegauit.sed quando non fit delegatio, licet alias consentiret episcopus cognosceret ordinarius secularis ex iure proprio prorogato. quod esse, non debet: qa iurisdictio nullo modo iure proprio, debet fundari in laico contra clericum. & pro hoc faciat, quia iurisdictio prorogata est eiusdem naturæ, cum illa, quæ prorogatur.vt no.s.de offi.deleg.p. & g.¶ In glo.fin.ibi per sententiam.hoc verum, nisi facta esset districtio personæ: quia tunc ipso iure esset excōicatus.j.de sen.excom.nuper. & xvij.q.iiij.si quis suadente.

SVMMARIVM.

1 *Forum sortitur, quis ratione rei de qua agitur.*
2 *Archiepiscopus appellatur primas.*
3 *Delegans causam, si est inferior à Papa debet eā delegare infra duas dietas.*

1 Sane si episcopi. † Ratione [a] rei de qua agitur, sortit̄ quis forū.h.d. & nō diuidit̄.¶ No.q̄ hic loquitur in epis diuersarū prouinciarū: q̄a si essent eiusdē prouincię, non haberet dubiū capitulum.¶ 2 † Et no.etiam hic archiepm appellari primatem, non enim est vis in nominibus.s.de offi.ord.duo simul. & c.petitio.de procu.posset etiam cognoscere eps ille, in cuius dioecesi reus habet domicilium.& sic electio erit actoris.facit, quod no.in l.fi.C.vbi in rem actio.& quod hr̄ in l.fi.C.de præscri.lon.tēp.licet de hoc fuerunt opi.de quibus hic tangit Io.An.& s.de rescrip.dilectus.el.ij.& sic rex.iste debet intelligi, & suppleri p̄ p̄dicta.¶ In gl.j.in fi.dicit tñ Io.An.q̄ si remotus est vltra duas dietas dabit iudices propinquiores, nisi ex iusta causa impediant.forte, quia subditi suffraganei nolunt recipere subdelegationem.quod esse pōt p̄ c. 3 pastoralis.s.de offi.ord.¶ † No.bene hoc dictum, q̄a habes ex illo, q̄ & q̄n inferior à Papa delegat causam debet delegare intra duas dietas secūdū ista tēpora. & sic hodie deberet seruari.c.statutū. de rescri.in vj.Sed forte hoc solum ex æquitate procedit.nam de iure, non videt̄ ad hoc astringi per no.in d.c.statutum. Et tene etiam mēti dictū Io.An.hic, qui voluit, quod rōne rei sitæ, non possit persona distringi.Idem dicit Inn.j.e.c.si ratione fori cōtractus, vel delicti.q̄n persona est extra territoriū.nec est p̄uenta, licet in foro domicilij.Et sic facit, q̄ licet, q̄s sit ciuis Florentiæ.si tñ aliter, nō habet ibi, domicilium, sed alibi, non possit cogi per consortem ad faciendū cōpromissum, si reperiatur esse extra in domicilio suo.& sic pridie dixi in q̄one de facto: q̄a licet, si reperiretur Florentiæ posset ad hoc cogi, tamen secus videt̄ ex quo est extra iurisditionem, & alibi habet domicilium. cum per solum iudicem domicilij possit fieri districtio personalis. vnde nec posset condemnari persona eius ad aliquid dandum, ex quo ibi nō est inuentus.& hoc expresse tenuit do.An.in c.fi.j.eo.

a Rōne. Ad intelle. Gū huius. c.vide Spe cu.insti.de iud.deleg. §.7.ver.itē q̄ non est iudex. vide hic.do. Feli. & do. Andr.sicu.

SVMMARIVM.

1 *Conueniri debet clericus coram suo episcopo.*
2 *Delegatus potest dici executor.*
3 *Delegatus ab ordinario, an possit exequi sententiam suam.*
4 *Appellans à delegato ordinarij recusati ad quem appellare debeat.*
5 *Compromittere nemo debet inuitus.*

Si quis contra. Corā [b] epo suo conueniendus est clericus.q̄ si recusat̄ dabit delegatū partib', nō suspectū. h.d.Et primo p̄uidet reo. secundo acto.i,ibi, aut si hoc.Et hoc dupliciter.primo circa delegationem.secundo circa executionem, ibi à quibus.¶ 1 † No.quod clericus cōueniēdus est corā suo episcopo. & no.q̄d h̄edū, si recuset̄ vt suspectus, siue recuset̄ à reo, siue ab actore.

b Coram. Adde ad materiam huius tex. oēs docto. in c.quanto.de offi. or. & Bal. in l. testamenta. C. de testa & Ludo. Ro. in singul. suis.ver.forū.& Spe. in titel.de ope.iudi. §.1.

2 ¶ † Item not.quod delegatus appellari potest executor. nam exequitur mandatū, sibi cōmissum. de quo in c.pa3 storalis.§.quia vero. de offi.deleg.¶ † Item no.quod delegatus ab ordinario, nō v̄r posse exequi suam sniam. de quo in gl.¶ In glo.j.in fi.& sic sentire videtur glos.q̄ hæc decre.corrigat̄ per illam.sed melius videtur dicēdū secūdū Gof.q̄ ibi referebatur, quæstio super.causa suspicionis q̄a ipse ordinarius recusatus negabat, se suspectum. ideo tunc itur ad arbitros, prout ibi dicitur pro decidēda ipsa causa suspicionis.sed hic loquitur, quando ordinarius recusatus, non refert quæstionem de suspicione. sed dicit, se paratum, non cognoscere, de causa ex quo pars habet eū suspectū, & est cōtentus alteri delegare causam.nā tūc seruabit̄, quod hic dr̄.& sic casus erunt diuersi, & nō aduersi. Et cōcludere potes, q̄ q̄n eps recusatur, triplex via esse pōt, vna, q̄ discutiatur causa accusationis, & eligātur arbitri, & sic seruet̄.c.cum speciali. Alia est, q̄ statim eps delegat alteri.& si delegatus recuset̄ seruet̄, quod hic dicit̄, q̄ det executorem, ad compellēdum partes, vt eligāt iudices, quibus causa cōmittitur per ipsum ordinariū. vel si cōtentant̄ de arbitris cōpellat eos eligere arbitros com promissarios.Alia via est, q̄ à principio det iudicem, qui cōpellat partes ad cōsentiēdū in aliquē, vel aliquos, cui, vel q̄bus cā cōmittat̄. facit, quod not.in c.pucnit.xj.q.j.
4 ¶ † In gl.executor.in fi.Opinionē istam glo.reprobat hic Hosti.q̄a nullo mō deber appellari ad ipsum recusatum, q̄a posset sequi absurdum, secundū eū.si forte cōmitteret deteriori, & sic cōmitteret duobus, qui ferrēt snias cōtrarias. nā haberet alteram approbare.j.de re iud.ca.fi.& iō dicit Hostieñ.& fuit ēt opi.Vin.& Gui.in spe.de appe.§.nunc hactenus. in fi.j.col.q̄ appellari poterit ad archiepiscopū ex eo, q̄a cum eps sit recusatus, censetur esse remotū, & sublatū medium.Et pro ista opi.bene facit, quod hr̄ in c.si.is cui.& c.si à subdelegato. de offi.deleg.in vj.& ij. q.vj.placuit. el.ij.& cum ista opi.v̄r hic transire Io.An.& Io.de Lig.d.Ant.dicit illā verā, si lata est snia super recusatione, q̄a tūc oīno est inefficax iurisditio recusati, quātū ad cognitionē, & cōsequenter quantū ad delegationē. Secus, q̄n non est lata snia super recusatione: q̄a tūc non est adhuc certū de suspicione: licet certum sit, iurisditionē nō esse quantū ad cognitionē penes recusatū. Sed certe. hæc distinctio nō placet p̄ c.cū speciali. de app.vbi ēt lata snia sup̄ recusatione ordinarius pōt delegare: licet secus sit, q̄n recusat̄ delegatus: vt est expressum in c.iudex. de offi.dele.in vj.& sic fortior est in hoc iurisditio ordinaria, quā delegata.facit, quod no.p̄ gl.de rescri.c.1.in 6.& p̄ hoc v̄r, q̄ cū mediū, nō sit oīno inutile, q̄a saltem habet p̄tātē delegandi, q̄ debet ad ipsum appellari p̄ regulā, q̄ hr̄ in c.dilecti.de app.nec ob.c.is cuj.& c.si à subdelegato, q̄a mediū erat oīno inutile, ēt quo ad p̄tātē delegādi. ideo nimirū, si omisso tali medio potest appellari.Itē non ob.q̄ poterit cōmittere deteriori, quia debebit cōmittere p̄sonæ nō suspectę: vt in d.c.cū speciali. alias posset recusari delegatus. ut etiam colligit̄.Item nō ob.q̄ si cōmittat duobus, habebit approbare alterā sniam: q̄a illud non est verum hoc casu, q̄n est recusatus, cū non possit de causa ipsa se intromittere quo ad cognitionem, vel decisionē: sed debebit cām appellationis interpositę à dictis delegatis cōmittere personæ non suspectę, quæ habebit cognoscere, q̄ snia sit approbanda.& per hoc uī sustineri posse, cum quo etiam transit hic do.Flo.¶ In glo.actor, ibi peruenit̄, & intellige, q̄ actor recusabat antēq̄ adiret ipsum iudicem.nam possit, q̄a iam cōsensisset in eū non posset recusare in aut.offeratur.3.q.3.unde poterit dicere habiturus sum cām cōtra petrum. & q̄a habeo uos suspectos peto, ut alteri cōmittatur.& intellige, q̄ eligētur iudices per partes q̄bus cōmittet eps, uices suas, & sic erunt delegati: uel eligent iudices.i.arbitri cōpromissarii, sed prȩce 5 dēs uera, secūdū Io.An.q̄a nemo dēr cōpelli ad † cōpromittendum,

mittẽdum, nisi in casibus expressis in iure.l.iij.§.tamet-sti.ff.de arbi.Sed posset saluari,qñ partes dicerẽt se velle cõpromittere:q̃a tũc posset cogi ad eligẽdos arbitros. Et no.ꝙ practica, q̃ hic ponitur in actore, posset seruari & in reo eadẽ rõne,sicut & econtra dr̃ de practica rei. & hoc forte voluit gl.dum dixit.& idem iuris credo &c.& sic voluit hic.d.Ant.¶ In gl.solicitudine,in fin.Aduerte, q̃a de vicario est clarũ, ꝙ põt suam sñiam exequi cũ habeat ordinariam.vt no.de off.vica.licèt.in vj.Sed de delegato ordinarij est dubium Inn.variauit.nã tenuit, ꝙ non põt exequi in c.innotuit.de arbi. contrarium tenuit in c. dilecto.de ver.signi.vbi vult,ꝙ possit exequi,etiã mittendo in possessionẽ. prima opi.cõmuniter tenetur per legistas.Sed ipse Inn.in c.cum ab ecclesiarum.de offi.ord.ponit tertiã opi.per quã aliæ possunt reduci ad concordiã, q̃a poterũt exequi per iurisditionẽ,quã habẽt, & sic excõicando,uel interdicẽdo,& ꝑ consequens vtendo cẽsura ecclesiastica.de off.deleg.ex literis.Sed non per illam, quam non habent,& sic non poterit mittere in possessionẽ,cum illa,sit misti imperii.l.iubere cauere.de iurisdic. om.iudi.& l.ea quæ.§.magistratibus.ff.ad munici.& cũ ista transit Io.An. & ibi omnino uide per Ioã.de Imol.& Ioan.de Lig.& communiter canonistas, licèt Bar.eã non teneat in l.ã diuo pio.de re iudi.Sed do. Ant.sequẽdo dictũ Specu.in ti.de sen.excõ.§.ij.in prin.dicit hoc uerum, nisi specialiter data esset potestas exequendi per missionem in possessionem.nam tunc poterit, quia licèt de iure ciuili ea,ꝙ sunt misti imperii non delegentur.d.l.iubere cauere.& no.in l.imperiũ.eo.tit.Secus de iure canonico.ut no.j.de offi.ord.ꝙ sedem.si tamen spãliter nõ cõmittit,nõ transibit in generali ptãte. arg.j.de offic.leg.ꝙ translationem. & sic intelligatur opi.Inno.in præ alleg.c. cum ab ecclesi.rum.& de materia per gl.ij.q.vj.quisqs. xj.q.j.peruenit. & ista procedunt etiam præsente ordinario.& multo fortius eo absente.Nec ob.iste text.q̃a licèt delegatus possit exequi.tamẽ potest etiã ipse ordinarius, qui potest reuocare potestatem delegati.l.iudiciũ soluitur.ff.de iud.uel secũdũ Io.de Lig.hoc sit spãle, qñ daẽ delegatus ꝑꝑ recusationẽ. quia vr̃ datus solum propter cognitionẽ,non ꝑꝑ executionem, cũ illa cesset suspicio.

*SVMMARIVM.*

1 *Consuetudo dat iurisditionem.*

2 *Laicus, an pro rebus clerici, vel ecclesiæ possit conueniri coram iudice ecclesiastico.*

3 *Actio ex locato est personalis competens contra obligatum ex contractu locationis.*

a SI clericus laicum. Laic[a] a quo clericus, uel ecclesia rem uendicat,debet coram suo iudice laico conueniri. h. d. Primo ponit dictum. Secundo rationem dicti.Tertio contra localem consuetudinem.secunda ibi:cum actor.tertia ibi, licèt.¶ Not.ꝙ si clericus agit contra laicum pro re, quam dicit esse suã, uel ecclesiæ,suæ debet agere coram seculari iudice,si laicus conuentus illam asserat esse suam, uel ecclesiæ, & sic à contrario uidetur secus. secus si fateatur illam esse clerici,uel ecclesiæ, licèt aliter non prætendat se nõ debere restituere. de quo an ꝓcedat inferius dicetur.¶ Itẽ no.ꝙ prædicta procedunt, nisi de consuetudine aliud sit

1 inductum, & sic not.† ꝙ consuetudo dat iurisditionem. infra eod.cum contingat. & l.j.C.de emancip.libe. Item intellige decre.secundum Innocẽ.procedere, nisi ageretur, de spoliatione,uel oppressione:quia tunc posset laicus ẽt pro re,quã asserit suam à clerico corã ecclesiastico iudi-

2 ce cõueniri.j.e.cũ sit.¶ † Et no.secundũ dom.Ant.ꝙ aut constat rẽ esse ecclesiæ, quã tenet laicus. & tunc potest corã ecclesiastico conueniri:aut cõstat,nõ esse,& tũc nõ põt conueniri coram ecclesiastico.Aut dubitatur,& tũc, si laicus conuentus non negat,poterit conueniri corã ecclesiastico.Secus si neget,& sic dicit fuisse de mẽte istius tex.Sed an procedat eius dictum,inferius tãgetur.¶ Not. tamen ex prædictis, ꝙ ubi allegatur qualitas in libello cõcludens iudicis iurisditionem,nõ est necesse illã ꝓbare si aduersarius illã negat.¶ In glo.fin.in fi. Et toleratur istud factum papæ in terris ecclesię,uel ratione consuetudinis.Archidia.tamen in c.iudicatum.lxxxix. distin.dicit quod si papa concedit clerico literas contra laicum,indistinctè seruantur,quia si exciperetur contra illas, nõ admitteretur exceptio. & si propter hoc appellaret curia, non daret literas super appellatione.& idem etiam, ibi, sentit si inter meros laicos dedisset iudices: sed illud de stilo curiæ procedi.nam de iure uideretur iusta appellatio.per id quod habetur.j.c.licèt.¶ Extra gloss.quia litera hic loquitur, quando clericus petit rem ecclesiæ à laico,quam laicus asserit suam.dubitatur,quid si constaret eam esse ecclesiæ. Innoc.hic dicit,ꝙ tunc secus: quia poterit agi corã ecclesiastico à contrario sensu huius literæ. & similiter dicit secus,si agatur ex legato, uel ex locato, uel ex similibus actionibus. quia tunc corã ecclesiastico agi debet secũdũ eũ.Sed hoc dictũ nõ placet Host.qui dicit,ꝙ istud est cõtra istũ tex.nisi rõne priuilegii, uel consuetudinis aliud dicatur.& sic residet Io.Andr.& Io.Cal. hic dicit,ꝙ non credit Inno.intellexisse,quando simpliciter agitur ex legato,uel locato contra laicum.sed quando allegaretur uiolentia,uel fraus,uel minus legitimus cõtractus per no.p ipsum Inn.j.eo.cũ sit generale.d.Flo.hic dicit,ꝙ studentes,non percipiunt difficultatẽ. sed secũdũ

3 eũ stat in hoc,quia cõtra dictũ Inn.facio, quia † actio ex locato est personalis cõpetens ex contractu cõtra obligatum:& sic vr̃, ꝙ nõ deberet ecclesiasticus cognoscere:sed ipse defendit Inn.intelligendo dictum eius in actione locati,quam intentat clericus contra laicũ.ut de re.eccl.uel clerici.& laicus fatetur ita esse.f.ꝙ est ecclesiæ,uel clerici.nã tunc actio locati, licèt sit personalis: tñ quia est in rem scripta,secundũ eũ quo ad censendum,seu considerandũ forũ censebitur realis.pet id, quod no.j.eo.ex parte.b.& ideo sicut, quando agitur reali de re ecclesiæ cognoscit ecclesiasticus.ita,& quando agitur personali scripta in rem,& similiter pro legato,competit actio personalis scripta in rem.l.j.C.cõia de lega.& ideo,si nõ negatur legatum poterit agi coram ecclesiastico. & subdit, ꝙ eo casu,quo agitur rei uẽdicatione pro re ecclesiæ, ꝙ si reus negat illã esse ecclesię.de hoc discutietur summarie ad finẽ fundandæ iurisditionis.prout uoluit Gof.non stabitur dicto actoris. Nec ob.ꝙ no.in c.cum ad sedem. de resti.spo.per gl.quæ uidetur uelle standum dicto actoris: quia illud uerum quo ad litem ordinandã, non quo ad fundãdam iurisdictionem.& hæc dicit notanda. quia sæpe contingunt,& se uidisse magnas altercationes.sed tamen consulit secundum superius dicta.Sed certe inquantum dicit,ꝙ actio locati est in rem scripta nullibi reperietur iure cautũ.nã est mere personalis competens contra obligatum ex cõtractu locationis. & nullo modo contra singularem successorem.l.j.§.si hæres.ff.ad treb.potuisset tamen aliter se defensare:quia si laicus conuentus ex locato fatetur rem ecclesiæ,cum illa actione ex locato concurrit etiam rei uendicatio. & ideo propter concursum realis trahat ad eius naturam, ut debeat tractari coram ecclesiastico.arg.eorum, quæ notantur in l.qui fundum. §.si tu ex parte.per Dy. & Bartol.ff.ad leg.falcid.& etiam tetigit hic do.Anto.¶ Item pondera quia domi. Flo.vult indistinctè, quod ubi agitur rei uendicatione pro re ecclesiæ cognoscat ecclesiasticus. nam si reus fatetur rem ecclesiæ hoc clarũ secundũ eum. si negat tũc summariæ cognoscet ad finẽ fundãdæ iurisdictionis.ubi aũt ageret actione personali. tunc nisi esset in rem scripta secundum eum,

[a] Laicus. Ad materiã huius text. adde Bal.in aut nulla.C.de ep.& cle. & doct.in c.cõquest[a] infra eo.ti. Panor. & Inno.ac Felin.hic.

eum vel nisi allegaretur violentia, vel rapina, vel minus legitimus contractus, aut dolus, & fraus, non cognoscet ecclesiasticus. si autem allegetur rapina, & sic sacrilegiũ: tunc si de illo constet clarũ, q poterit cognosci per ecclesiasticum. si autem sit dubium, & reus neget, tunc cognoscetur summariè ad finem fundandæ iurisdictionis. & si in summaria cognitione de illo appareat, procedetur in causa. & postea plenariè probabitur. Si autem summariè, non constet, tunc remittetur ad iudicẽ secularem ex quo reus est laicus. ista est cõclusio sua hic. & in c. cũ sit generale. ĵ. eo. & per hæc, patet id qđ dixi de legato, qđ dẽt intelligi, qñ constat rem legatam ecclesiæ fuisse testatoris. nam si negaref, & per consequens negaretur esse ecclesiæ summariè deberet discutii ad finem fundandæ iurisdõnis. ¶ Sed aduerte quia vt s̃. tetigi. Host. hic voluit, qđ vbi agitur reali pro re ecclesiæ, si reus negat illã esse ecclesiæ, qđ tũc nullo mõ cognoscet ecclesiasticus. & sic non cognoscet ẽt summariè ad finem fundandæ iurisdõnis. imò ẽt vr̃ velle idẽ, si nõ negar rẽ esse ecclesiæ, si non allegatur aliter rapina, vel oppressio, vel alia qualitas. de quibus per Inno. ĵ. eo. cum sit. & sic intellexit Archid. & Host. xvj. q. j. in canonibus. vbi vr̃ velle, quod cõiter non teneatur opi. Gof. nec dictum Inn. hic: de quo dixi. sed id quod no. Inno. in c. cum sit. ĵ. co. vbi concludit Inn. q si clericus agat pro re ecclesiæ contra laicum, si allegat rapinam. & sic sacrilegium, vel etiam oppressionem, seu violentiam, vel etiam dolum, aut fraudem. vel minus legitimum contractum, vel agat de iure speciali. tunc poterit agi coram ecclesiastico. secus vbi aliquod prædictorum non allegatur. & ideo secundum eum aliqua ex qualitatibus p̃dictis in libello est exprimenda. alias non posset agi coram ecclesiastico. & respondet ad istud c. q hic loquitur, qñ aliqua de dictis qualitatibus, nõ allegaf, & agif simpliciter actione in rem, vel depositi. & sic vult Innoc. ibi: q licèt agaf actione in rem pro re ecclesiæ. hoc solum, nõ sufficiat, vt possit agi coram ecclesiastico. d. Flor. tenuit contrarium. vt s̃. dixi. ¶ Itẽ pondera, q si agitur depositi, qgẽdu erit corã seculari. nã nõ vr̃ rõ diuersitatis, an agaf actione depositi, an vero actione locati. & tamen ipsemet Inn. hic voluit, q vbi agitur actione ex locato pro re ecclesiæ agi possit coram ecclesiastico. & reuera. nõ videtur posse dari bona ratio diuersitatis. & sic patet ex p̃dictis, quod Innocen. & Host. in d. c. cum sit, non videtur tenere id, quod dixit hic Inno. in hoc. c. & voluit Arch. in d. c. in canonibus. vbi videtur velle, q cõiter teneatur dictum Innocen. in c. cum sit. reiecto dicto Inno. in isto c. si clericus. & dicto Gof. & idem Lap. de Casti. sua alle. lxvj. ¶ Et dixit etiam Inno. in d. c. cum sit. quod si sit dubium, an sit sacrilegium. vt quia allegatur rapina: sed de illa, non cõstat, quod nihilominus iudex procedet sup principali, & si probabitur condemnabit ipsum laicum, ipse ecclesiasticus. Si autem non probetur, tunc iudex ecclesiasticus absoluet laicum ab petitione actoris, & ex alia causa agi poterit. l. & an eadem. §. actionis. ff. de excep. rei iudi. do. Anto. hic videtur variasse. nam in vna parte dicit q si agitur reali pro re ecclesiæ, & reus negat. qđ tũc cognoscere debet iudex secularis, ex quo reus est laicus, nec habebit cognoscere ecclesiasticus etiam summariè ad fundandam iurisdictionem. per istum text. & sic dicit etiam sioluisse Host. Sed in alia parte videtur velle oppositum. inquãtum dicit, quod vbi allegatur in libello qualitas cuius requiritur vera existentia ad fundandam iurisdictionem iudicis: quod tunc si illa negatur debet summariè probari ad finem fundandæ iurisditionis. per no. p Legistas. & maximè Barto. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. & per Ioan. And. post Inno. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in vj. & per eundem de rescrip. super literis. nec placet sibi opi. q sufficiat tunc illam allegare. ex quo concludit iurisdictionem iudicis. quam opinionem tenuit Barto. qui in hoc fuit sibi cõtrarius in l. ij. ff. si quis in ius vo. nõ ierit. & p. l. penul. de iurisdi. om. iudi. nam secundum eum illa l. pe. nõ pbat. qa ibi siue, sit verũ siue falsum id qđ petif claudebatur intra iurisditionem iudicis: quia iudex potest pnuntiare super debito petito, licèt verè non debeatur: qa poterit absoluere diffinitiuè, si non probatur. sed in casu de quo quæritur. si qualitas allegata non sit vera. nõ posset iudex tunc cognoscere, cum per illam si vera sit, recipiat iurisdictionem. & sic aperte vult dom. Ant. q cum requiratur vera existentia, qualitatis allegatæ. si allegetur rem esse ecclesiæ. videtur quod si reus neget, q de illa deberet summariè cognosci. prout voluit Gof. & p. certò, si tenemus dictum Inn. quod ponit in isto. c. quod iudex ecclesiasticus possit cognoscere, si allegetur rem esse ecclesiæ. & hoc constet. non video quin habeamus fateri. q si negetur rem esse ecclesiæ. q tunc ad fundandam iurisdictionem possit iudex summariè cognoscere. prout voluit Goff. vnde tunc secundum istum intellectum, dum litera dicit, q debet trahi ad forensem iudicẽ. deberet suppleri, nisi præmissa summaria cognitione appareat rẽ esse ecclesiæ. Si autem tenemus dictum Innoc. in c. cum sit. tunc clarum esset, quod non procederet opi. Goffr. & sic non deberet sumi hic argumentum a contrario sensu. nã eodem modo posset sumi, q si reus, non asserit esse suas. licèt alias neget esse ecclesiæ: quod tunc deberet cognoscere ecclesiasticus, quod tamen non est rationabile. & ideo vr̃ quod hic, non sit sumendum argumetum a cõtrario sensu, p hoc faciat, qa contrarius sensus videtur esse contra ius: quia contra regulam iuris, quæ vult qđ actor sequatur forum rei. & pro hoc facit: quia licèt reus fateatur rem esse ecclesiæ. tamen possibile est, q iustè detinet. forte quia a principio emit ignorans rem ecclesiæ. & sic habet iustam causam retinendi, donec euincatur iudicialiter, vt sibi committatur actio de euictione. l. habere licere. ff. de euic. & l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & quod no. liiij. distin. generalis. & sic non est inconueniens, quod conueniatur coram seculari. licèt fateatur rem ecclesiæ, item licèt nullam iustam causam allegauerit. si tamẽ alias bonafide peruenisset ad eũ fortẽ, qa reperisset in hæreditate. licèt videatur malè facere, & iniustè detinere si petatur. tamen do. Ant. hic expresè tenet post Lapum de Castilione, q non cognoscet ecclesiasticus. ex quo non allegatur iniustum initium. licèt ipse in alia parte aliter sentiat. s. in articulo quando qualitas non allegatur. sed poterat includi. nam ibi videtur velle oppositum. & sic in hoc fuit, sibi contrarius. vnde propter prædicta tutius videtur tenere dictum Inn. in c. cũ sit. qđ sequitur Archi. in dicto c. si in canonibus. & secundũ hoc cessabunt multæ difficultates, & intricationes, quas tangit hic dom. Anto. ¶ Et per prædicta etiam patet do. Floria. non perfectè dixisse. ¶ Item facit hic do. Anto. vnam differentiam. nam dicit, q quandoque qualitas concludens iurisdictionem est talis naturæ, q sufficit eã esse dubiam ad concludendam iurisdictionem, vt quando allegatur sacrilegium. aliquando non sufficit eam esse dubiam: sed requiritur eius vera existentia, vt quando quis conuenitur qui est forensis, ex eo quia hic contraxit, vel deliquit: vel quando allegatur rem esse ecclesię, quæ petitur, & isto secundo casu debet summariè probari ad fundãdam iurisdictionem. Sed in primo non est necessaria dicta probatio. Sed certè non video bonam rationem diuersitatis. vnde d. Flo. in sacrilegio dixit, illud summariè probandum ad fundãdã iurisdictionem. & forte de rigore iuris illud procedit. tñ propter autoritatem Inn. & Host. credo qđ seruaref in practica, q pcederet ecclesiasticus ad vlteriora allegandò sacrilegium ẽt nõ p̃missa dicta summaria cognitione. nõ obstãte negatiõe rei. & hæc sufficiant de materia huius decre. licèt d. Ant. hic insistat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quæstio de feudo debet per dominum inter vasallos tractari quo ad vtile dominium: secus in directo.*

a EX transmissa. Quæstio [a] feudi debet per dominum feudi terminari, qui si negligẽs fuerit, ecclesiasticus iudex, aliàs superior eius hoc faciet. h. d. ¶ Et primo ponitur partis conquęstio. secundo papæ prouisio. secũda, ibi, per dominum. ¶ Not. ꝙ dominus potest esse iudex delegatus Inter homines suos: vt videtur hic colligi si habetur in litera ecclesiæ tuæ, quæ est cõmunis. quod intellige saluo iure recusationis. vel nisi esset dominus actoris, & rei: quia tunc par affectio suspicionem tolleret. l. nõ solũ. §. de illo. ff. de rit. nup. & s. de offic. deleg. c.
1 insinuante. ¶ † Item no. ꝙ vbi est quæstio inter vasallos,
de re feudali, cognoscere debet dominus feudi. quod intellige, quando est quæstio quo ad vtile dominium, quod est penes feudatarios. nam si vendicaretur directũ dominium, non esset iudex. iuxta no. in c. cæterum. s. titu. j. ¶ Item not sicut episcopus potest præcipere clerico in virtute obedientiæ. sic dominus vasallo sub debito fidelitatis, quo ad spectantia ad feudum. j. eod. ex tenore. iuratur enim fidelitas. j. de iureiuran. veritatis. & c. ego. N. & xxij. quæstio. v. de forma. sed non semper iurat obedientia. s. de maio. & obe. legebatur. Et sic facit, ꝙ rector vniuersitatis possit præcipere sub debito iuramenti. dicit t. m. n domi. Flor. ꝙ non incurretur pœna periurij. nisi hoc exprimatur. licèt secũdum eum, si detur inobedientia: posset rector procedere ad illam imponendã, quod tene menti. ¶ Item nota, secundum vnum intellectum, ꝙ vbi feudum tenetur immediate à domino seculari: licèt mediate teneatur ab ecclesiastico, iudicatur feudum seculare attenta qualitate dñi immediati. ¶ In gl. j. in fi. & sic si ponderetur gloss. videtur velle, ꝙ iste trecensis fuerit delegatus. sed hoc, non bene patet ex antiqua: vnde dicebat Hostieñ. ꝙ cognouit, vt ordinarius, secũdum generalem consuetudinem gallicanam, secundum quã in qualibet causa coram iudice ecclesiastico laicus trahi potest, nisi sit quæstio feudalis: quia tunc potest excipi, ne procedatur per ipsum. vt hic patet. ¶ Et aduerte, quia, vt patet ex prædictis. vno modo potest intelligi, ꝙ iste trecensis fuerat delegatus, alio modo, quod ordinarius. & similiter variatur intellectus literæ respectu eius cui scribit papa. nam quidam intelligunt, ꝙ fuerit delegatus. alij intelligunt, ꝙ fuerit ordinarius, si intelligatur, quod fuerit delegatus. tunc satis potest procedere, si habetur in litera militum ecclesiæ Trecensis. Sed si habetur in litera militum ecclesiæ tuæ. intellige, quod potuit delegari saluo iure recusationis per id, quod habetur in c. accedens. el. ij. j. vt lit. non contesta. Saluo nisi intelligas, quod iste cui scribitur, etiam habebat subiectum actorem: quia forte erat ordinarius actoris, & reorum: vt quia erant de temporali iurisdictione ecclesiæ suæ. nam tunc par affectio tollit suspicionem. l. non solum. §. de illo. ff. de ritu nupt. & tunc secundum istum intellectum oporteret intelligi, ꝙ trecensis fuit etiam delegatus primo loco, ex quo iste cui scribitur erat ordinarius. Alius est intellectus, quod iste cui scribitur, non se intromittat, tanquam delegatus: sed tanquam ordinarius, & superior dominus feudi: quia nobilis de campis receperat in feudum ab ecclesia huius prælati: quia & postea, ipse nobilis dedit in feudum istis militibus. & sic dominus, de campis erat immediatus dominus feudi. Sed pręlatus cui scribitur, & eius ecclesia erat dominus mediatus. & secundum hoc Papa scripsit, non delegando, sed excitando iurisdictionẽ ordinariam. facit, quod habetur in c. licèt in corrigendis. s. de offic. ordi. & in c. graue. eod. titu. Potes etiam dicere, quod isti milites erant milites ecclesiæ prælati: cui scribitur. quia forte aliquam rem habebant ab illa ecclesia in feudum, sed non illam de qua quæritur. & tunc oportet dici, ꝙ fuit delegatus, & tunc procederet, quod superius dixi. ¶ In gl. dominus. in fi. & sic vult ista gl. ꝙ quo ad feudum de quo quæritur, erant milites domini de campis: sed quo ad alia erant milites ecclesiæ, forte, quia aliam rem tenebant in feudum ab ecclesia: vel potes dicere, vt s. tetigi: ꝙ immediate erant milites domini de campis: sed mediate erant etiam milites ecclesiæ. de quo superius dixi. vel erant milites ecclesiæ quo ad ordinariam potestatem, siue iurisdictionem, non respectu quæstionis feudalis. ¶ In glo. distulerit, ibi modo est efficax. & sic videtur velle gl. quod delegatus datus per papam contra laicos, etiam, non negligente iudice seculari. à principio habeat iurisdictionem, licèt exceptione elidibilem. & sic inefficacem, sed in contrarium facit text. infra eod. licèt. vbi videtur, quod rescriptum à principio, sit irritum, & sic nullum. propter hoc domi. Anto. intelligit, quod iste cui scribitur, non intromittit se, vt delegatus, sed vt ordinarius mediatus superior feudi. & iste intellectus potest tollerari. tamen, an præcedens possit sustineri patebit ex his, quæ dicentur. in c. licèt. & c. ex tenore. j. eo.

a Quæstio. ad materiã huius tex. vide hic d. Feli. Abba. & do. An. sicu. Paul. de Cast. in consi. 16. d. Alex. de Imo. in cõ si. 1. i 1 co. ve. tamen p æmissis. circa un. & in 4 colũ. ver. alia ratione.

SVMMARIVM.

1 *Vacante sede, capitulum non cognoscit de quæstione feudi, quæ debebat coram episcopo tractari, sed supersederi debet.*
2 *Feudi quæstio debet coram domino tractari.*
3 *Clericus potest conueniri coram iudice laico in causa feudi.*
4 *Vacante sede, capitulum non succedit in potestate magistrandi, vel doctorandi, quam habet episcopus paduanus.*
5 *Iudex secularis, an possit quo ad laicos supplere negligentiam ecclesiastici.*
6 *Iudex secularis, non debet se intromittere de crimine clerici, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter.*
7 *Res data ecclesiæ pacto adiecto potest, si pactum per ecclesiam, non seruetur propria autoritate capi.*
8 *Vasallus, an præiudicet vero domino quo ad possessionem suam ex recognitione, quam facit alteri domino.*

b VErum quoniam. Dominus [b] feudi siue sit ecclesiasticus, siue secularis: causam feudalem cognoscet h. d. & duo sunt dicta, quæ patent. secunda, ibi
1 alioquin. ¶ † Not. quod vbi quæstio feudi tractari debet
coram episcopo, vacante ecclesia supersedebitur in illa. & sic nota. quod in potestate cognoscendi de feudo, nõ
2 succedit capitulum sede vacante. ¶ † Item not. ꝙ etiam
clericus, si sit infeudatus per laicum. potest in causa feudi coram domino feudi licèt laico conueniri. vt hic est casus intelligendo, ꝙ iste erat præpositus ecclesiæ cathedralis. prout intelligit hic Hostien. iuncto fine textus. Archi. tamen tenet contrarium, de clericis coniugatis. c. vno. in vj. & ideo intelligit, quod iste præpositus erat secularis, non autem erat dignitas ecclesiastica ista præpositura, sed secularis, sic quandoq; contingit de alijs, vt patet in Abbate ianuensi, qui est merus laicus, & in prioribus florentinis. sed primus intellectus communiter tenetur, & est magis notabilis. ¶ Item not. ꝙ quæstio feudi debet tractari coram domino feudi. non autem illa, an feudũ sit imperiale, vel ecclesiæ: quia in illa actor sequitur forum rei: vel eligentur arbitri, secundum Ioã. Andr. qui forte intellexit de arbitris iuris per c. pastoralis. de rescrip. Sed certe illud loquitur in delegatis, non in ordinarijs. vt ibi notatur per Innocen. ideo secundum domi. Anton. melius ęst intelligere de arbitris compromissarijs. si ad hoc concordant, aliàs debet adiri iudex competens: & competens erit superior ecclesiasticus, non

b ¶ Dominus feudi. Ad huius. cap. intellectum vide hic d. Fel. & alios nouissimos, & glo. 13. q. 1. c. principes. & d. Car. in cle. 2. § porro de elec.

non secularis ratione maioritatis.vt no.Innoceñ.in c.ce
3 terum.ad fi.s̄.titu.j.¶ † Vltimo no.casum,in quo cleri-
cus potest conueniri coram iudice laico.scilicet in cau-
sa feudi.& est speciale in casu isto.nam regulariter con-
tra.s̄.titu.j.at si clerici,qualem tamen iurisdictionẽ pos-
sit exercere tunc iudex secularis in clericum : tractauit
hic Innocen.¶ In gl.j.in fin.Aduerte,quia duplex quæ-
stio potest considerari.vna vt cognoscatur,an spectet ad
ecclesiam,vel imperatorem.& sine dubio ista,non debet
tractari uacante sede.per id, quod habetur in ca.j.& per
totum.j̃.ne se.uacan.& licèt do.Anto.dicat illam modi
ci præiudicij.non videtur uerum, quia in consequẽtiam
iudicatur feudum spectare ad alium , & non ad episco-
pum. Alia est quæstio , quæ tractanda est inter uasallos
coram domino feudi.& de ista uidetur , etiã dici , quod
licèt certum esset ad episcopum spectare,: tamen sede
uacante,non tractabitur.nec ob.c.cum olim.de maio.&
obedi.vbi capitulum uacante sede succedit episcopo in
potestate iurisdictionali . quia illud uerum in generali,
iurisdictione episcopi, non in feudali . ut episcopus ha-
beat uasallum,quem nollet habere.ideo in illa,non suc
cedit,sicut nec in collatione beneficiorum.j̃.ne sede ua
can.illa secundum Hostieñ. Ioann. Andr. addit , ꝙ etiã
ratio esse potest:quia non est proprie episcopale cogno
scere de feudis,uel beneficia conferre ; quia multi,non
episcopi faciunt ista : & aliqui episcopi neutrum prædi-
ctorum habent.Sed certe conferre beneficia proprie vi-
detur esse episcopale: quia ad episcopũ de iure spectat,
potestàs conferendi beneficia,quæ non sunt collegiatæ,
nec patron. ta.xvj.q.vij.omnes basilicæ.ideo quo ad col
lationem beneficialem melior uidetur ratio,quam tan-
git glo.in dicto.c.cum olim.nam in illa uertitur quædã
potestas donandi : quia habet potestatem præeligendi,
cui uult.conferre.ideo illa, non debet transire , sine spe-
ciali mandato.l.si filius.ff.de dona.& in c.licèt de offic.
uica.in vj.quæ ratio cessat in potestate iurisdictionali.in
potestate vero feudali potest dici,quod ratio est, quãdo
non transit : quia illa, non habetur ex naturali, & ordi-
naria potestate episcopali:sed ex accidẽti, & ex iure spe
ciali.ideo in illa,non succedit capitulum,sicut etiam ꝓ
batur in tex.coniuncta gloss.in c.scriptum.s̄.de electi.&
facit,quod no.Inn.in c.cum in cunctis.ad fi.s̄.de electi.
nec ratio,quam tetigit Hostieñ.uidetur multum genera
4 lis,quando uterq; uasallus esset æquè idoneus.¶ † Et ꝓ
prædicta dicit hic domi.Flo.quod in potestate magistrã-
di,seu doctorandi, quam habet episcopus Paduanus ex
priuilegio apostolico,& imperiali,& ex antiqua consue
tudine,non succedet capitulum uacante sede, nisi con-
suetudo,vel priuilegium aliud habeat. & prædicta uera
ubi feudum esset commune episcopo,& capitulo . nam
tunc succederet propter communionem uacante sede.
j̃.ne sede uacan.ca.j.in vj.& idem in similibus.¶ In glo.
cognitionem. in fi.& pro hoc facit.s̄.titu.j.qualiter.cum
ibi notatis . sed dic,ꝙ ista vltima opinio est uera de iure
cõmuni.sed prima opinio posset procedere de iure spe-
ciali:forte,si superior dominus feudi esset secularis , per
id quod habetur in c.Romana.§.debet.de foro compet.
5 in vj.uel dic † ꝙ ex consuetudine potest secularis iudex
supplere negligentiam ecclesiastici, quo ad laicos , non
quo ad clericos.& sic loquatur.c.qualiter.secũdum do-
mi.Anto.¶ Extra gloss.tene menti præcipue dictum In-
6 no.inquantum dicit † ꝙ de crimine clerici directe , uel
indirecte , etiam si ciuiliter agatur , non potest se intro-
mittere iudex secularis, etiam si sit dominus feudi.¶ Itẽ
tene menti , ꝙ lex nullum.C.de testi.non habet locum
in clerico testificante coram laico.licèt glo,ibi aliter di-
cat.& licèt Fede.de senis etiã aliter loquatur. ut hic tan
git do.Ant.¶ Item adde inquantum Hostien.tenet con-
7 tra Inn.† quando datur res ecclesiæ sub certo pacto co

a Malefactores.Idẽ summant, hic do.ab. Feli.& an. sicu. quos hic amplissime vide, & pcipue do.Feli. & do.an. sic.

edicto , ꝙ si non seruetur , licet propria autoritate rem
accipere . nam si pactum,non seruatur per ecclesiam po
terat propria autoritate rem accipere ipse dominus , li-
cèt Inno.contra : intellige dummodo , non injiciat ma-
nus in clericum.per id , quod notauit hic Ioan.Andr.&
dummodo,non sit facta sacra,uel religiosa.nam ex quo
transiuit,cum affectione prædicta poterit propria autori
tate accipi.& hoc tenuit, etiam Bar.in l.iij.C.ne pigno.
8 ¶ † Item adde inquantum Hostieñ.tangit , an ex reco-
gnitione,quam facit uasallus alteri domino,præiudice-
tur uero domino quo ad possessionem suam,certe uide-
tur,ꝙ non: siue bonafide fiat, siue mala . quia dominus
ratione directi dominii habet ciuilem , licèt feudata-
rius naturalem . ideo per factum ipsius feudatarii , non
priuatur sua ciuili.nisi de illa expellatur, vel suspicetur,
se posse repelli.per id,quod habetur in l.j.§.non autem.
ff.de ui,& ui arma. & l.j.in fin.ff.quemadmodum usus-
fruc.caueã.ubi bona glo.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum rei.*
2 *Rectori ecclesiæ datur actio pro rebus, & iuribus ecclesię.*
3 *Actori datur electio iudicis.*
4 *Crimen sacrilegij est ecclesiasticum.& nu.11.*
5 *Vidua potest coram iudice ecclesiastico agere possessorio , non obstante exceptione fori.*
6 *Vsurarum crimen,an sit ecclesiasticum.*
7 *Vsuræ,an iure autenticorum,sint indistincte probitæ.*
8 *Simonia crimen ad iudicem ecclesiasticum spectat.*
9 *Periurium,an sit crimen ecclesiasticum.*
10 *Adulterium,an sit crimen ecclesiasticum.*

a CVm sit generale. Malefactores a re-
rum ecclesiarũ in
utroq; foro conueniri possunt.h.d.primo po
nit regulam,secundo casum exceptum, & tri
1 plicem eius causam secunda ibi uero.¶ † No.regulam
generalem, ꝙ actor sequitur forum rei . quod procedit,
etiam si de causa status agatur,de qua.s̄.de seruis, nõ or
di.c.ij.in fi.& C.ubi causa status.l.j.in fi.¶ Item nota , ꝙ
2 delinquentes in rebus ecclesiæ censent sacrilegi.¶ † Itẽ
nota.ꝙ rectori ecclesiæ datur actio pro rebus, & iuribus
ecclesiæ,de quo.s̄.tit.j.cum deputati.& de rescri. edoce-
3 ri.& facit.s̄.c.si clericus.¶ † Item nota casum,in quo da
tur actori electio iudicis.& istud est regulare,qñ reus ha
bet plures iudices . facit , quod habetur in l.j.§.j.& ij.de
eo,quod certo loco.fallit, quando expresse daretur ele-
ctio ipsi reo,ut cõtingit in scholaribus. ut patet in autẽ.
4 habita.C.ne filius pro patre.¶ † Item nota,ꝙ crimen sa
crilegij est crimen ecclesiasticum.ideo de illo potest co-
gnoscere iudex ecclesiasticus etiam contra laicũ.¶ Item
no.decre. quæ loquitur in delinquentibus in rebus ec-
clesiæ. & sic a cõtrario secus uideretur in rapiente bona
clericorũ. & istud vr̃ hic tenere Petrus de iure . qa istud
fuit inductum in fauorem ecclesiæ , ut hic dicitur, ergo
nõ vr̃ extendendum per id,quod habetur.j̃.de priui.sa-
nè.& vij.q.j.petisti.Fatetur tamen,quod de consuetudi-
5 ne seruatur contrarium.& potest esse illius ratio.† quia
si uidua potest coram iudice ecclesiastico agere possesso
rio,non obstante exceptione fori . ut infra eod.ex parte.
B.ergo eadem ratione hoc poterit clericus , & pro hoc
etiam , quia bona clericorum gaudent eodem priuile-
gio quo,& res ecclesiarum.infra , de ui.& ho.cle.c.fi.cũ
ibi notatis.& xvi.q.i.c.simpliciter.& infra.de pign.ex li-
teris.illud autem uidetur satis esse de mente textus, qđ
habeat locum in rebus hospitalium propter literam , q̃
dicit.uenerabilium locorum rectores.facit, quod no.in
c.conquestus.j̃.co.titu.¶ In glo.1.in fi.& de materia.2.
q.6.in c.hoc ĩt . & in c.1,de re iudi.in 6.& per Bart.in l,
fi.n.

si. ff.de varijs & extr.cogn.¶In glo.fi.ibi si q̄s in hoc ge
nus sed illud secundũ Hostien.quando agitur de pœna
corporali.vel potes dicere,ꝙ non est absonum etiam ꝑ
iudicem secularem hoc cognosci . q̄a sacrilegium licèt
sit crimen ecclesiasticum, non tamen est merè ecclesia-
sticum.quia etiam in foro ciuili pro ipso potest agi pro-
6 ut hic dicitur.in fin.¶†In gl.fi.ibi crimen vsurarum. &
pro hoc infra.de vsu.in l.quia in omnibus.& c.cũ tu.de
quo remittit Ioã.Andre.ad notata per se in c.de vsur. in
vj.in nouella . vbi ponit opinionẽ garsię & Io.moh.& ꝑ
notata per glo.in clemen.ij.de iudi.in glo.cum repetũ-
tur.vbi glo.concludit,ꝙ est crimen ecclesiasticum . nec
potest tractari coram iudice seculari,licèt Arch.tenue-
rit contrarium,dicens,ꝙ electio est actoris,an velit repe
tere vsuram in foro seculari, an vero in foro ecclesiasti-
co.per c.ad nostram.el.ij.de iureiur.cui tamen respon-
det glo.prealle.Paulus de Liaz.in clemen.j.de vsur. &
Bar.in l.titia.ff.so.matr.& in l.omni innouationi.C.de
sacrosan.eccle.concordant opiniones,quia si est quæ-
stio de facto tantum.s.an soluta sit vsura,vel non,& am
bę partes fatentur,quod si estsolu,ta sit vsura.tunc pro-
cedat opi.Archi.Sed si esset quæstio de iure.puta , quia
dicitur contractum sapere vsuram,& de iure censeri de
bere vsurarium,& tunc procedat opi.Ioan.Andre.lapus
de castil.dicit ꝙ glo.in dicta clemen.communiter serua
tur,& practicatur.Potes dicere, vt hic tangit.do.Anto.
ꝙ si de consuetudine appareat,illa seruetur arg.s̃.de con
sue.cum dilectus.illa cessante vera videtur de iure opi-
nio Pauli & Arch.secundum eum.¶Do.Flo.tamen hic
dicit,quòd glo.seruatur indistinctè, quia raro contingit
ꝙ cũ q̄one facti nõ sit incerta q̄ō iuris.Sed tu potes dice
re,ꝙ si ageretur de repetenda vsura vltra modum taxatũ
a lege,de quo in l.eos.C.de vsur.tũc possit ꝓcedere opi.
Archi.& Pauli.quia ex quò, lex facit illud indebitum,
& vult illud posse repeti.l.si non sortem.in princi.ff.de
condi.inde.non video,quod repugnet quin in foro ciui
li possit agi.Si vero peteretur vsura infra modum ibi ta-
xatum,tunc est dubium,q̄a lex illa permittit ipsam vsu
ram, & sic non videtur , ꝙ possit peti seu repeti coram
seculari,& istud videretur clarum secundum legem C.
7 & digestorũ.Sed dubium est an†per ius Authenticorũ
indistinctè vsure sint ꝓhibite. nã aliq̄ tenẽt,ꝙ sic.vt no.
glos.in authẽ.ad hæc C.de vsuris.alij tenent oppositum
vt Iacob.de Bu.& Barto.in l.j.C.de summa tri.& ideo
non esse tutum repetere vsuras corã iudice seculari pro
pter varietatẽ opinionum,& ideo videtur,ꝙ tutius sit ꝓ
pter hoc tenere glo.in dicta clemen.fateor tamen,quod
quod si incidenter deduceretur crimen vsurę , & obij-
ceretur exceptio vsararia,ꝙ iudex secularis deberet illã
admittere.& si non admitteret,posset cogi per iudicem
ecclesiasticũ per id,quod habetur in c.licèt.de iureiurã.
in vj.communiter tamen practicatur nunc ꝙ remittitur
cognitio ad iudicem ecclesiasticum saltem tunc,quãdo
ecclesiasticus facit inhibitionem.¶In ea.gl.ibi,hæresis.
istud est mere ecclesiasticũ,nec intromittit se secularis
nisi quo ad executionem.de hæreti.vt inquisitionis.§.ꝓ
8 hibemus.libr.vj.¶†In ea.gloss.ibi simonię.vt ĩ.de simo.
per totũ.& sic videtur velle glo.ꝙ de isto non intromit-
tat se secularis,& sic transeunt doct.sed forte non esset
absonum dicere,ꝙ vbi certũ est simoniam commissam,
possit ẽt secularis punire.per l.si quamquã.C.de episco.
& cleri.secus si esset dubium, an incideret in simoniã ,
vel non,quia tũc spectaret cognitio ad ecclesiasticum,
facit q̄d dixi.s̃.de vsur.& hoc etiam videtur tenere do-
9 mi.Anto.hic.¶†In ea.glo.ibi periurij.Cõclude, ꝙ si est
quæstio sup iure,vt quia dubium est,an iuramentum li-
get,spectat cognitio ad ecclesiasticũ.s̃.de dilectio.venera
oilẽ.Sed vbi est certũ,ꝙ ligat.tũc ꝑ uiã exceptionis po-
test cognoscere ẽt laicus,& dẽt illud seruare ẽt si lex cõ-
tradiceret.ex quo canon vult seruari.& ad hoc etiã pos-
set compelli per iudicem ecclesiasticũ . in c.licèt.de iu-
reiur.in vj.agendo autem dicit Ioan.An.in c.fin.ĩ.cod.
in vj.ꝙ potest dici esse ecclesiasticum crimen . sed non
merum.quia in vtroq; foro poterat agi:nam & etiam le
ges puniunt periuria.l.de periurio.ff.de crimine stellio.
& sic poterit ẽt pro obseruantia iuramenti in vtroq; fo-
ro agi.Sed istud credo verum,quando lex ciuilis,nõ im
probat iuramentum.Si autem improbaret, non videtur
tunc quid in foro ciuili possit agi , ex quo ipsa.l. impu-
gnant . sicut etiam non potest agi ex pacto nudo in foro
ciuili.licèt possit agi in foro canonico.vt in c.j.s̃.de pac.
immo videtur etiam, ꝙ quando iuramentum non obli-
gat de iure ciuili,licèt aliàs sit licitum. vt in ingenuo,q̄
iurat aliquid dare.nam tũc,quia ius ciuile nõ dat actio-
nem.sicut nec ex pacto. vr̃ ꝙ non deberet agi coram se-
culari. & pro hoc facit,quod notauit Inno.s̃.tit.j.nouit,
licèt do.Anto.hic vellet oppositum. Sed verius videtur,
10 quod dixi.¶ † In eadem glo.ibi adulterij.hoc verũ,quã-
do agitur ad separationẽ thori.s̃.de procurato.tu x.aliàs
bene posset se intromittere iudex secularis , vt patet in
11 ti.de adulterijs per totum.C.& ff.¶ † Extra gloss.pon-
dera vnum dictum Inno.hic.inquantum dicit , ꝙ si agi-
tur pro sacrilegio,licèt sit dubium, an sit commissum iu
dex procedit ad vlteriora , & si probetur condemnabit,
aliàs absoluet. Sed remanebit actori potestas agendi ex
alia causa.nam Guido de Suza.in authẽ.qua in prouin-
cia.C.vbi de cri.agi.oportet dixit,ꝙ si non probatur pro
nunciabit iudicem incompetẽtem, & declarabitur pro-
cessus nullus.de quo per dominum Ant.s̃. c.si clericus.
qui tamen sequitur finaliter dictum Inno.saltem in cer-
to casu.& de materia,quam tangit hic Innocen.dictum
fuit in dicto capitulo,si clericus.

*SVMMARIVM.*

1 *Canones debent obseruari in causis clericorum , etiam si agatur coram iudice seculari.*
2 *Causæ quas mouent clerici contra laicos in foro ciuili,tractandæ sunt secundum leges,& consuetudines,siue statuta ipsius fori.*
3 *Testamentum si fiat,sine solemnitate requisita a lege,non poterit ex illo agi in foro seculari.*
4 *Causa si tractatur in foro ecclesiastico,an debeat decidi secundum ius canonicum,vel secundum consuetudinem loci.*
5 *Statuta laicorum concernentia fauorem clericorũ ecclesiarum, non ligant clericos,nisi approbentur per ecclesiam.*
6 *Forum sortitur,quis in loco ex assidua frequentatione.*
7 *Conueniri potest quis vbi assiduè conuersatur.*

2 Vod clericis. Causa [a] clericorũ,
sm iura canonica,
& nõ secundũ laicorũ cõsuetudinẽ termi
nanẽ.h.d.Et nõ recipit cõmodam diuisio
1 nẽ.¶ † No.ꝙ cãæ clericorũ siue agant,si-
ue conueniantur debent decidi,secundũ
ius canonicũ.& sic vr̃,quod semper in decisorijs debeãt
canones obseruari ĩ causis clericorũ.& sic facit,ꝙ ẽt cle
ricus agat contra laicum corã iudice seculari. seruari de
beãt canones in decisorijs. de quo ẽt tangiẽ in c.j.de cõ
stitu.& aliquid cum gl.¶Itẽ no.ꝙ ex cõmorari in loco
vr̃,quis sortiri forũ.¶In gl.j.ibi,& est spãle.Parisius po-
tes dicere idem,vbi aliàs causa sit tractanda corã iudice
ecclesiastico contra laicum,forte quia est de tẽporali iu
risdictione ecclesiæ,vel q̄a sic se hẽt cõsuetudo loci . nã
tũc eadẽ est rõ secundũ Host.& fortè hoc voluit sentire
gl.dum subiunxit vbi habet episcopus temporalẽ iurisdi
ctionem.¶In ea gl.ibi vicem comitis:& si cõmittat cau
sam,tũc spectantem ad ipsum ratione comitatus,simpli
citer dicens in cõmissione se episcopum,licèt non nomi
net dignitatem comitatus valebit cõmissio.vt no.Specu.

a Causæ. clericorũ idem summant hic d.Ab. Fel. & An. & sic ad materiã huius tex. ad de Bar. i l. cũctos populos.q.v. co. vii. C. de sum.tri ni.& si.ca. & vide Fl. in l. vẽditor.§.si cõstat. ff. de cõdi.& nota. Car. in cle. ii. xx. q.de ele.& in cle.ii.in fi.de re.ecclesi. non alienan.

in ti.j.§.sequit. ad fi.ibi,quid si episcopus &c.nã in du-
bio debemus interpretari,ut uideat fecisse cõmissionem
eo modo quo potest.licèt id non expresserit,ar.l.iij.ff.de
testa.mili.& ut actus potius ualeat in dubio,q̃ pereat.j.
de uerb.sign.Abbate . & facit,quod no.Inno.j.de rescri.
cum ex officij.& s.de arbi.innotuit.¶ In ea gl.ibi: sed ci
2 uili iure,uel municipali.¶ † No.diligenter ex gl.ꝙ cau-
sæ, quas mouent clerici contra laicos in foro ciuili non
solum secundum leges,sed ẽt secundum statuta,& con-
suetudines ipsius fori sunt tractandæ.& ad hoc sæpe alle
gat ꝑ aduocatos ciuilis fori secundũ Ioã.An.& idẽ ipse
uoluit in addi..Spec.in tit.de const.§.j.uer.& nota.& ad-
uerte,qa hoc est clarũ quo ad ordinatoria iudicij . & sic
quo ad respiciẽtia ꝓcessum.dũmodo aliàs sint statuta ra
tionabilia. q̃a quo ad ordinẽ procedendi seruãda est lex
iudicij seu fori.l.cum clericis.ad fi.& ibi per Cyn.C. de
epis.& cle.& facit, quod no.per gl.in cle.dispendiosam.
in glo.super uerbo.usuris.quæ incipit:cum repetuntur:
de iudi.ubi bona glo.& quod no.per Innocen.& Com
poste.& Ioan.And.super rubri.de consue.& per gl.Cy.
& Bar.in l.j.C.de summa trin.& per hoc tenuit Io.Cal.
disputando in sua quæstione,quæ incipit:statuto . ꝙ si ꝑ
statutum præfixa est certa instantia.j.quã causa debeat
terminari . ꝙ illa seruabitur etiam clerico agente contra
laicum in foro seculari,& sic sententia lata extra instan-
tiam nõ ualeret ẽt pro clerico.& similiter,si statutũ di-
cat, ꝙ actor nõ subditus debeat satisdare de expensis re
ficiẽdis.aliàs processus sit nullus, quod hoc statutũ ha-
bebit locum etiam clerico agente cõtra laicũ in foro se
culari:quia ista respiciunt processum, nõ decisionẽ cau-
sæ.qa remanet ius saluũ : licèt instãtia pereat,uel ꝓces-
sus sit nullus secũdũ Cald.in sua disputa. q̃ incipit:sta-
tutis: sed ubi statutum recipit decisoria . tunc est magis
dubium.Nam aliqui dicunt simpliciter,ꝙ in decisorijs,
ex quo clericus agit: seruabitur ius canonicum per istũ
tex.sed certè iste tex.loquit̃ , quando causa tractat̃ co-
ram iudice ecclesiastico, ut patet ex gl.allegant etiã isti
dictum Ioan.Calde.in præfata disputatione.ubi dicit,ꝙ
si statutũ loci habet,quod debitũ nõ possit probari ꝑ te-
stes,ꝙ tale statutum,quia cõcernit decisoria,non ligabit
clericum etiam in foro seculari,sed seruabitur ius cano-
cum,secundũ,ꝙ in ore duorum,uel triũ stat oẽ uerbum
& istam partem uidetur hic sequi do.Flo.& ponderant
aliqui,ꝙ gl.dixit,nec tractarentur.non autem dixit, nec
decidenter.& sic secundũ eos loquit̃ de ordinatorijs,nõ
de decisorijs. Sed certè gl.relata ad tex.cui vult aduersa
ri,quando causa tractat̃ in foro seculari.satis vr̃ sensisse,
etiam ꝙ tractaretur quo ad decisoria : & sic etiam vide-
tur Ioan.Andr.simpliciter intelligere gloss.hic . & in di-
cta additione . & etiam uoluit idem Host.in summa de
testamentis. & in summa de cõsue.in locis allegatis per
Bar.in l.j.C.de summa tri.ubi Hostien.concludit etiam
quo ad decisoria in foro seculari seruari leges seculares.
3 Ideo dicit,ꝙ si † testamẽtum sit factum per clericũ sine
solennitate requisita à lege,non poterat ex illo agi in fo
ro seculari,& illud dictum uidetur etiam sequi Calder.
in quæstione præallegata.dicit tamen,quod dictũ Host.
loquitur in l.communi imperiali . Sed secus in statuto
saltem , quod non est multum rationabile . & est illud,
quod non possit probari debitum per testes Bar.in d.l.j.
tenet,ꝙ si statutum, non disponit specifice contra eccle
siasticam:uel personas ecclesiasticas.nec est contra liber
tatem ecclesiæ, nec contra concessa in priuilegiũ eccle-
siæ,uel clericis. & aliàs est in se rõnabile,ex quo genera
liter loquit̃.comprehendit etiam clericos,& seruari de-
bet in utroq; foro.per c.cum uenissent.infra . de eo,qui
mit.in poss.& j.de re iud.cum causam. unde uoluit,ꝙ si
statutum habet,quod instr̃m habeat executionem para-
tam:uel quod in causa mutui non detur libellus , quod
seruari debebit ẽt in foro ecclesiastico . & multofortius
in seculari clerico agente contra laicum . & similiter , si
disponit,ꝙ testamentum debeat insinuari aliàs,non ua-
leat,ꝙ ẽt si testamẽtum sit factum à clerico,seruari debe
bit in utroq; foro.¶ Sed aduerte,quia inquantũ dicit de
statuto,ꝙ non detur libellus , uel ꝙ instrumentũ habeat
executionem.ista concernunt ordinem procedẽdi. ideo
uidetur,ꝙ attendi debet locus iudicij,siue fori. & ista ui
detur magis communis opin. & etiam magis rationabi
lis,per ea,quæ superius dixi.nec ob.c.cum venissent.qa,
vt dicit Io.de Ligna.ibi erat consuetudo mista clericorũ,
& laicorũ. iõ debebat seruari ẽt in foro ecclesiastico . &
sic ẽt debet intelligi:c.cũ causa.inquãtũ innuit.qd̃ bona
cõsuetudo debuisset seruari per clericos.Secus,qñ esset
cõsuetudo tantũmõ laicorũ:qa illa nõ ligat clericos sal
tẽ in foro suo,per id, quod no.in c.ecclesiastica.s.de cõ
sti.& per Cy.in l.ij.ad fi.C.quæ sit lon.cõsue.Sed inquã
tum loquitur de statuto,ꝙ testũ nõ ualent,nisi insinue
tur,Host.uoluit contrarium.in sum.de test.ubi vult, ꝙ si
agit̃ de hoc in foro seculari,possit hoc ꝓcedere. sed in fo
ro ecclesiastico seruet̃ ius canonicũ.& ista opi. Host.seq
tur d.Ant.¶ Sed forte posset dici,quod si statutũ cõcer-
nat solẽnitatẽ actus: tunc , qa actus,qui fit intra iurisdi-
ctionẽ statuentis subijcitur ipsi statuenti seruari debet so
lẽnitas , etiam si fiat actus per non subditum in loco sta
tuentis.ut probatur in l.j.cum ibi notatis.C.de emanci-
pa.liberorum.& ideo etiam, si forensis facit hic testamẽ
tũ, vel contractum debet seruare solẽnitatem datam à
statuto super ipso iuramento,uel contractu.aliàs nõ ua-
let testũ,uel contractus.Et per hoc videtur, ꝙ etiam cõ
prehendat actum factum à clerico,ex quo non curatur,
an faciẽs actum sit subditus.& per hoc uideretur , quod
si actus aliter fit etiam à clerico,de iure sit nullus. & ex
hoc sequitur,ꝙ si agatur etiam in foro ecclesiastico,vide
tur,quod non possit agi ex illo testamento.quia nullitas
inficit actum,& sequitur illum quocunq; uadat.sicut le
pra leprosum.facit,quod hr̃ per gl.in l.ex ea.ff. de postu
lando . & sic vr̃,ꝙ etiam ex illa non possit agi in iudicio
ecclesiastico.licèt Host.uoluerit contrarium,& do.Ant.
ẽt.Et multũ facit pro dicto hosti.tex. iste coniuncta glo.
4 inquantũ vr̃ simpliciter uelle,ꝙ ubi † causa tractatur in
foro ecclesiastico, debeat decidi secundũ ius canonicũ,
& nõ secundũ consuetudinẽ , uel statuta loci:sed posses
dicere,ꝙ spãle esset in ciuitate parisiensi,ubi ꝓhibitũ est
leges legere.& sic iste tex.non probaret, tñ quia cõiter
canonistæ tenẽt,ꝙ idẽ sit ubi alias tractat̃ cã corã iudice
ecclesiastico.forte ĩ practica seruaret̃ dictũ host. & uide
oĩno,quod dixi in c.ecclesia.de cõsti.ubi aliter dixi,quã
hic dixerim.& illud vr̃ valde rationabile. Sed de iure ue
rius videret̃ ꝙ dixi.& hoc,quando statutum respicit so-
lẽnitatem actus , ut dixi . Si autẽ respiceret personã , ut
qa diceret nullus possit facere testamentum sine tali so-
lẽnitate.tunc , qa non comprehendit forensem,qa non
cõprehendit nõ subiectũ.l.j.in fi.ff.de tutor.& cu.da.ab
his.& l.j.C.de sum.tri. tũc non cõprehẽderet actũ factũ
à clerico.¶ Et ꝑ hoc vr̃,ꝙ si statutũ dicat, quod si deces-
serit qs ab intestato, succedãt ei agnati usq; ad certũ gra
dum exclusis fœminis.ꝙ cũ tunc statutũ disponat in per
sonã,& agat facere hæredem persona decedenti.nõ cõ-
prehendit ꝑsonã nõ subiectã,& per cõsequẽs nõ com-
prehẽderet clericũ decedentẽ.& sic pridie cõsului apud
ciuitatẽ lucanã.Et hæc vera,qñ non est, qõ de reb.eccle
siæ . Si aũt petatur res ecclesiæ . tunc ẽt in foro seculari,
quo ad decisoria seruandum vr̃ ius canonicum per id ,
quod no.in c.j.s.de consti.¶ Itẽ ꝓdicta uera, qñ statutũ,
nõ iniecit vinculum ante clericatũ.nam aliàs seruari de-
beret ẽt in foro canonico ipsum statutũ,ut uoluit Io.An.
in regula, sine culpa.de regu.iur.in vj.in mercurialibus.
& Ioan.Cald.in quæstione præallegata.¶ Et per hoc vi-
detur

detur,ꝙ statutũ disponẽs,quòd agnati excludant fœmi-
nas,nõ ꝑiudicet fœminæ,q̃ tͥpe statuti erat facta mona-
cha.Secus si fiat monacha post statutũ. & sic dicit d.An.
se cõsuluisse,sicut ẽt dicimus,ꝙ statutũ,ꝙ primogenit⁹
succedat,nõ ꝑiudicat secũdogenito,si erat clericus tͥpe
statuti. secus si postea.¶ Itẽ aduerte inq̃tum dixi, ꝙ ubi
cã tractatur ĩ foro ecclesiastico,dẽt attẽdi ius canonicũ.
limitat d.Ant.hoc uerum, nisi accidẽtaliter tractaretur,
in foro canonico,puta rõne recõuẽtionis, uel rõne pro-
rogatiõis. quia tunc,licèt quo ad ordinaria respiceretur
locus fori. ut ẽt uoluit Archi.ij.q.vij.non ita.ubi in cã re
conuentionis factæ de laico coram iudice ecclesiastico
poterit appellari etiã ante sententiam, sicut uolunt ca-
nones,licèt secus secundum leges. sed in decisorijs ser-
uabitur locus fori naturalis. argu.l.qui hẽt.§.si pupillus.
ff.de tute.& est dictum satis coloratum.tñ doc.alij hanc
limitationem,nõ ponunt,sed simpliciter uolunt, ꝙ ubi
tractatur cã in foro ecclesiastico,ẽt contra laicum seruẽ-
tur canones.¶ Itẽ adde, quia si statutum affert cõmodũ
priuilegiãdo.vr̃,ꝙ etiam porrigatur ad clericos.per c.di-
lecti.ĩ.co.& sic etiam dicit Io.de Ligna.consuluisse,sed
5 istud,non est sine dubitatione, quia † statuta laicorum,
ẽt concernentia fauorem clericorum,vel ecclesiarũ, nõ
ligant clericos,nisi approbentur per ecclesiã. vt in c.ec-
clesia sanctæ Mariæ,de constitu.nec ob.c.dilecti.qa ibi,
fuit priuilegium concessum à Papa anglicis. ideo nimi-
rum,si concernit,etiam clericos.¶ Et aduerte, quia glo.
hic.& etiam Host.& Io.An.& etiam ipse Io.An.in addi.
spe.in præallegato tit.de const.& Host.in summa de te-
sta.& d.Ant.hic vñr approbare opinionem Bar.in l.j.C.
de sum.tri.in v.q.qñ cã tractatur in foro seculari clerico
agente cõtra laicũ. & illã vr̃ specifice sentire Io.And.in
addi.prædicta.in viij.rõne,licèt in effectu,non teneãt il-
lã,qñ tractatur cã in foro ecclesiastico.¶ Itẽ aduerte, qa
inquantũ Calde.tenet,ꝙ statutum disponens,ꝙ nõ pos-
sit debitũ probari ꝑ testes,non liget clericũ agentẽ cõtra
laicũ in foro seculari,vr̃ esse contra gl.istã dũ dicit,ꝙ vbi
cã tractatur corã iudice seculari.ꝙ tunc, nõ tractat secũ-
dũ ius canonicũ,sed secundũ ius ciuile, vel municipale.
quã gl.tenet hic Io.An.ẽt in addi.ꝑdicta,& sic vr̃, etiam
Io.An.sentire cõtrariũ.& similiter Host.in sum.de cõsue
tudi.licèt Cal.nitatur rñdere, ꝙ Host. loquatur de lege
cõi.Sed certè de mẽte Host.fuit,ꝙ in foro seculari serue
tur ius ciuile.& nõ ius canonicũ.vt patet ex eius verbis.
& sic vr̃ voluisse,ꝙ seruet̃ ius ciuile,& cõe, vel munici-
pale.vt ẽt dixit hæc gl.idẽ videt̃ velle hic d.Ant. inquan
tũ dicit,ꝙ vbi cã tractatur in foro seculari,nõ attenditur
ius canonicũ, sed ciuile. licèt postea circa finẽ videatur
tenere in qõne ꝑdicta statuti ꝑlibati cũ Calde.qa illud
statutũ vr̃ odiosum, Sed certè potest dici,ꝙ sit satis ratio
nabile:& præsertim,qñ disponit sup magna summa pp
euitandam falsitatem in testibus facit,quod hr̃ in l.fi.C.
de te.alias,non deberet seruari,etiam in foro seculari, si
statutũ esset irrationabile. cuius cõtrariũ est verũ.per ea
quæ hñr in d.l.fin.& in l.fi.cum ibi notatis.& cũ auten.
ibi posita.C.si cer.pet.& ideo videtur,ꝙ debeat seruari,
ẽt contra clericum.& pro hoc faciat. quia clericus con-
trahens cum laico sciat se debere sortiri forum laici.s̃.e.
cum sit.videtur verisimiliter,se velle subijcere legibus il
lius fori. quod videtur posse facere canone approbante.
ex quo canon etiam subijcit cum foro seculari:prout ẽt
hic tangit do.Anto.Item pro hoc faciat,quia istud statu
tum principaliter, videtur concernere ordinem proce-
dendi:scilicet qualiter habeat fieri probatio. & sic quali
ter debeat procedi in probatione facienda:an recipien-
do testes,vel instrumenta. licèt in cõsequentiã respiciat
decisoriam.Ergo vr̃,ꝙ liget clericum. quẽ ligat secundũ
oẽs in ordinatorijs,nõ attento eo, quod venit in conse-
quentiã.ar.l.j.in fi.ff.de aut.tut.& hæc pars verior vide-
tur esse de iure. licèt aliter deciderit in dicta qõne.¶ Itẽ
adde inquantum Host.hic fecit differentiã inter cautam
pecuniariam,& causam super hæreditate temporali. qa
non est dare rationem diuersitatis.ideo vtrobiq; videtur
6 idem dicendum.& istud etiam voluit do.Anto.¶ †Item
adde,inquantum tangit hic do. Ant.an ex assidua cõuer
satione in loco,quis sortiatur forum. & tenuit,ꝙ sic.se-
quendo Bar.in l.ij.C.vbi de cri.agi opor. & in l.ij.C.ubi
senator.vel claris.Nam Cyn.tenuit contrarium in d.l.ij.
ubi senatores, uel claris.quia ex assidua conuersatione,
quis sortitur forum demum, quando traxit moram per
decennium.& non aliàs.l.ij.C.de incolis.libr.x.vnde li-
7 cèt illa.l.ij.dicat,† ꝙ potest quis conueniri: vbi assiduè
cõuersat̃,ex quo aliter non declarat,quando dicetur as-
sidua conuersatio debet intelligi,& limitari per dictam.
l.ij.de incolis,quando est assidua per decennium.argu.l.
non est nouum cum seq.ff.de legi. & quod no.in auten.
auferatur.C.de lit.cõt. & sic ẽt debet intelligi dictũ Inn.
in c.ex parte.ĩ.co.& pro hoc faciat,quia alias scholaris,
in loco studij posset cõueniri de contractibus, etiam ali
bi initis ratione assiduæ conuersationis,cuius tamen cõ-
trarium expresse tenuit hic Hosti.& Io.An.& idem ipse
Bar.met.in l.hæres absens.ff.de iud.& sic Bar.in hoc vi-
detur,sibi fuisse contrarius.¶ Vltimo adde,ꝙ inquãtum
Calde.in d.q.vult in decisorijs attendi qualitatem perso
næ clerici agentis nullo iure videtur eius dictũ probari
imo vt s̃.tetigi,doctores, & glossæ sentiunt contrarium.
facit,ꝙ no.Archi.ij.q.vj.non ita.& ꝙ.s̃.plene dixi.

*SVMMARIVM.*

1 *Literæ per laicos a Papa super rebus spectantibus ad forum seculare impetratæ sunt irritæ.*
2 *Papa in temporalibus habet exercitium iurisdictionis ligatum.*
3 *Iurisdictionis exercitium quo ad laicos potest dici confirmatum imperatori à Deo.*
4 *Grauamen iudicis secularis, non defert immediate causam ad iudicem ecclesiasticum.*
5 *Imperio vacante, Papa succedit in iurisdictione imperij. & nu. 9.*
6 *Consuetudo tribuens iurisdictionem, in causa appellationis extenditur ad causam recusationis.*
7 *Iudex ecclesiasticus si habet iurisdictionem temporalem in loco, debet iudicare secundum canones. & nu. 10.*
8 *Iuri canonico standum est, quando est opinio inter legistas, nec reperiatur decisio de iure ciuili, sed de iure canonico.*
9 *Causa dotis coram quo iudice tractari debeat.*

a Licèt ex suscepto. Laicus [a] lai-
cũ super re
ciuili corã ecclesiastico iudice cõuenire
non põt,nisi in defectũ iustitiæ secularis.
uel nisi cõsuetudo illud habeat.h.d. ¶ Et
tres sunt partes. nã primo ponit dictũ cũ
sua modificatione. secundo prouidet contra grauamina
consulũ.tertio prouidet cõtra recusationes ipsorũ.secũ-
1 da.ibi licèt.tertia ibi:si vero.¶ †Not.ꝙ literæ,quæ impe-
trantur à Papa per laicos super rebus spectantibus ad fo
rum seculare sunt irritæ,& inanes.& sic, nõ ualent ipso
iure,dũmodo iudex secularis, non sit negligens in iusti-
tia ministranda:& sic à contrario,secus si tẽpore impetra
tionis,secularis iudex,sit negligẽs. ut hic probat̃ secun-
tè nō ēt si de cōsensu partiū procedatur:ex quō ipso iu-
re desijt esse iudex.vt tenuit glo.& hæc est cōis opinio
pro qua etiam dicit Io.And.fuisse consultū in ciuitate
ista de facto,& per rōnes,& iura allegata in gl. & hoc
clarū si fuisset pcessum post scitā mortē ipsius delegan
tis.sed si ignorabat est magis dubium,an tūc valeat pro
cessus gl.tamē,& est cōis opi.in l.eius q in puincia. ff.
si cer.pe.tenuit nō valere pcessum.& idē Bar.in l.& qa
ff.de iurisdi.om.iudi.nec ob.l.si fortè.ff.de offi. psi. qa
ibi loqr i ordinario,cuius iurisditio fauorabilior,& for
4 tior est,quā delegata,vt no.gl.in c.1.de rescri.li.6.¶† In
a gloss.vltima [a] ibi:licèt nullos testes produxerit. & sic vr
velle gloss.q simpliciter renunciatio pductionis testiū
porrigat nedū ad articulos sup qbus testes sunt produ
cti licèt nōdū publicati,sed etiam ad alios sup quibus
nulli testes sunt producti,& hoc ēt uidet esse de mente
Inno.hic,vt talis renuntiatio noceat in eadem instātia
quo ad articulos prædictos,sed non in instantia cāæ ap
pellationis,qa talis simpliciter renuntiatio restringitur
ad illam instantiam in qua facta est,sicut , & conclusio
facta in causa non extendit ad aliā instantiam.l.p hāc.
C.de tempo.app. & idem videtur velle Bart.in auth. at
q semel. C.de prob. Ad nouos aūt articulos porrectos
post renūtiationē nō porrigit dicta renūtiatio,vt hic vo-
luit Inn.& Bart.in loco præallegato.& bene facit.s. c.
causam.& sicut quo ad illos non nocebit etiam in eadē
instantia,ex quò simpliciter facta fuit.text.tamē in d.c.
cām.secūdū intellectū scđm positū in prima glo.multū
facit,quia renuntiatio simplex restringat ad articulos
in quibus,vel sup quibus aliqui testes sunt producti.
& sic nō extendit ad alios ēt porrectos,ante renūtiatio
nē ēt in eadē instantia, sed sustinendo opinionē Innoc.
Potes dicere,vt ibi etiam tetigi.q ibi renuntiatio facta
fuit sup certis articulis nō simplex. & ideo nō trahitur
ad alios.& de materia dixi in c. fraternitatis.cū gl.1.Et
5 no.bene,qđ Inn.hic tenuit,†q renūciatio, q fit sup cer
to articulo specificè, nocet etiā in alia instātia sup eo.
articulo nisi beneficio restōnis in integrum adiuuetur
secundum notata in c.auditis.de resti.in integ.per Inn.
& supra.eod.intimauit.

*SVMMARIVM.*

1 *Publicatis attestationibus admittenda est probatio super articulo directè contrario, quando cum testibus producuntur instrumenta ad coadiuuandum dicta testium.*
2 *Publicatis attestationibus in causa matrimoniali admitti debent testes super articulo directè contrario.*
3 *Consuetudo, quòd publicatis attestationibus possint produci testes, an valeat.*
4 *Consanguinitas, an possit probari directè per instrumentum.*

b SEries tui. Publicatis [b] attestationi
bus pōt falsitas priorum
testium in causa matrimoniali probari.
h.d. Vel sic in causa matrimoniali ēt su
p eodē capitulo publicatis attestationi-
bus pñt alij testes produci.h. d. Et est
communis diuisio,cōsultatio.responsio.secunda ibi:p-
senti. ¶ Not.quod sufficit testes deponentes super cō
sanguinitate incipere a primo gradu omisso stipite.
de quo etiam in gloss. Item not.quod ad probandum
probationem cōsanguinitatis sufficit reprobare vnum
gradum prius probatum. ut hic uidetur colligi secun-
1. dum Innoc.¶†Item no.q publicatis attestationibus ad
mittenda videtur probatio etiam super directè contra
rio articulo,quando non offertur nuda probatio testiū,
sed cum illa etiā producitur instrumentū ad coadiuuā
dum dicta testiū.nā tūc propter instrumentum vr cessa
re præsumptio subornationis,vt hic videtur colligi se-
cūdū vnū intellectum.¶ Itē not.q cōsuetudo iuri cō-
traria,si non est rationabilis non ualet.de quo in c. fi.s.
2 de consue.¶†Itē no.q in causa matrimoniali etiam pu
blicatis attestationibus admitti debent testes, etiam su
per directè contrario articulo regulariter. secus aliis in
causis,vt habetur in clemen.testibus. eo.tit. ¶ Vltimo
not.q remotio impedimēti respectū certę, & determi-
natæ causæ nō tollit ipedimētū respectu alterius. facit
quod habetur.de præben.si motu proprio.in vj. & de re
scriptis.statutum.§.j.eo.lib.& in §.affinitatis.instituta.
3 de nuptiis.†An aūt ualeat cōsuetudo per quam publi-
catis attestationibus possunt produci testes no. Io.An.
in ti.de exceptionibus.§.dicto.uer. sed nūquid publi-
tis.vbi vr tenere,q sic,& facit,quod no. Io.And.supra.
eo.fraternitatis.in vltima qōne.vbi ɔcludit,q hoc ēt po
test fieri per conuētionē partiū,& sic p pactū, & per cō
sequens eadē rōne fieri poterit p cōsuetudinē, & statu
tū,per id,quod no.gl.in rub.ij.de decre.decu.lib.x.¶ In
c gl.[c] ij.in fi.& sic videtur velle gl. qđ tetigi in notabili-
bus. uidelicet , q post publicatas attestationes possint
pduci testes, qñ ēt pducit instrm coadiuuās assertio-
nē testiū,nā tūc vr cessare timor subornationis.& istud
tenet hic do.Ant.dicēs hoc esse signāter notādū , & mē
ti tenēdū.Secus ubi non pducit instrm,qa tunc regula
riter non debent admitti testes post publicatas attesta-
tiones.& pro prædictis faciat,licèt ipse non allegat,qđ
not.Iac.but.& Bar.in l.certi cōdictio.§.qñ.ff. si cer.pe.
vbi dicunt,q licèt statutū prohibeat a certa qtitate su-
pra posse probari p testes, tñ si qs uelit pbare p testes
& p instrumentū admittet exēplū si uelit probare pro-
missionē indēnitatis p scripturā,& quātitatē dāni p te-
stes licèt quantitas damni excedat formam aliàs sum-
4 mā statuti.& not.ex gl.† q consanguinitas non potest
directè probari per instrumentum. Host. tamen videt
hic innuere contrarium dicens,q probari potest p in-
strumentū confectum super natalibus,seu natiuitate in
quo cōtineat dies,mēsis,& annus,& ex quibus quis sit
natus allegat.l.isti quidē.§.i. ff. qđ metus causa. & l.ij.
C.de ingenuis,& manumissis.sed certè illa iura parū fa
ciūt,vt dixit Ioan.And.nā non loquunt de instrumēto
natiuitatis,sed manumissionis,qñ seruus manumittitur
per dominum,de quo bene pōt cōgrue fieri instrumē
tum,sed non sic de natiuitate.cū instrumētū debeat fie
ri de his,quæ notarius percipit per uisum,& in natiuita
te,seu in partu nō cōsueuerint masculi interesse , vt ēt
hic tangit do.Anto.& ideo intellectus glo. videtur tu-
tior. ¶ In gloss.fina.:ibi:non erat decretalis. hæc solu-
tio potuit tolerari , ante hanc compillationem,cum il-
lo tempore decretalis ista non esset in aliqua compilla
tione approbata:sed hodie hæc respōsio nō procedit cū
hæc decr.sit incerta in hoc volumine approbato, & iō
ipse idem Vincentius, licèt in proprio apparatu quem
fecit , ante istam cōpillationem daret prædictam solu-
tionem , tamē postea in scđo apparatu,quem fecit post
istā cōpillationē dedit aliā solutionē,videlicet,qđ hæc
publicatio fuit minus solennis:vel indiscreta, ideo nō
nocebat.secus si fuisset solennis,& discreta. & appel-
lat minus solennis,qñ iudex dixit partibus pbatū est,
nec dixit qūo,vel qualiter,nec aliter publicauit testes.
Idē secūdum Vinc.si testes dixerūt testimoniū i psentia
partiū,tñ aliter nō fuerūt dicta publicata:nec habita no
titia attestationū.nā talis notitia , quę hr ex uerbo uo-

a In gl.vltima.super hac gl.si quæras,an pars renūtiauit productioni testiū possit iterū testes producere distingue, sicut hic per do. Hen. boyc. in princ.c.

b Publicatis. d. Abb. ponit hic quatuor sūmaria.licèt Io.& Felv. sūment tñ duobus modis,vid eos oēs, qa bñ loquuntur.

c In glo.ij. hāc glo.do. Abba. expedit p cōtrariū.in ij.co. versi.venio ad gl. secundam.

latili testium non induxit perfectam notitiã.& ideo nõ
uidetur nocere.facit,quod no.Inn.ĩ.eo.vltra tertiã. Io.
tñ ij.q.j.ĩ primis vr̃ tenere oppositũ.f.q̃ talis notitia no
ceret.Sed dictum Vin.videtur tenere.Io.And. & ẽt do.
Ant.hic.& s̃.eo.fraternitatis.Vide,qđ dixi.ĩ.e.c.penul.
circa finẽ,alij ꝯtrariũ videnẽ notare.¶An aũt iudex de
beat dare licẽtiã,vt partes audiãt dicta testiũ dixi.s̃.e.c.
ij.q̃a certè nõ,vt testes magis libere loquãtur. licèt Io.
in d.c.in primis.tenuerit oppositum. indiscreta aũt dr̃,
qñ fuit nimis accelerata,& facta parte inuita volẽte ad-
huc ꝑducere alios testes.facit,qđ no.d.Ant.in d.c.fra-
ternitatis.q̃ etiam ibi dixi.¶In ea.gloss.ibi , quando su
per eo.c.quasi uelit , quod hoc erat nouum capitulum,
sed certè istud non est verum. quia imo censetur idem
capitulum, quia erat directè contrarium primo. nã uo
lebat directè falsitatem testium probare.ideo non de-
beret licere,nisi allegaretur etiam corruptela.vt in cle-
men.testibus.eo.titu.¶In ea.gloss. ibi:non seruatur in
causa matrimoniali. & secundum istam erit bic casus
specialis. in quo non nocet publicatio,uidelicet in cau
sa matrimoniali.& ratio specialitatis colligitur ex se-
quẽtibus in gloss.Et ex p̃dictis habes tres intellectus ,
vnus est,qñ admittunẽ sup nouo articulo.ideo nõ no-
cet publicatio.sed istæ intellectus nõ est verus, vt supra
ꝓximè dixi.Alius est,q̃ hic publicatio fuit minus solẽ-
nis,vel indiscreta.iõ nõ nocet:istæ est verus in se.sed di
uinat.Tertius est intellectus,qđ sit specialis in cã ma-
trimoniali in qua possint ꝑduci testes super.e.c. & ẽt su
p directo cõtrario ẽt post publicationẽ attestationũ. &
ẽt solẽnẽ,& discretã,& ẽt sup eo,de quo deposuerunt,
sed non probauerunt,possunt alij testes ꝑduci.licèt se-
cus in alijs,& ex hoc eo,quia s̃nĩa nõ trãsit in rẽ iudica
tã.& sic ẽt non dẽt obstare publicatio ꝑ notata s̃.ti.j.In
rauit.& q̃a etiam vertitur periculum animarũ in sepa-
rando matrimoniũ cõtractũ.Secus vbi ageretur de con
trahendo,vt dictum fuit in d.c.iurauit.& istũ intellectũ
tenet Ioan.An.qñ ille, qui uult producere testes post
publicatas attestationes. stat pro matrimonio. nam tũc
eius fauore admittitur. allegat.ĩ.eod.cum in tua. & sic
innuit secus esse , si contra matrimoniũ vellet produ-
cere,sed Io.Cal.& do.Anto.dicũt idem,quia etiam vi-
detur versari periculum animarum si remanet illi cõiũ
cti qui non possunt esse coniuncti matrimonialiter pro
pter impedimentum consanguinitatis. Tu potes con-
cordare opi.quia si est gradus ꝓhibitus.l. diuina,ĩ quo
Papa dispensare non potest.iuxta no.s̃.de resti.spo.lite
ras. procedat opi.Io.Cal.Sed vbi est gradus prohibitus.
l.Canonica,cõtra quem Papa potest dispensare proce-
dat opi.Io.Andr.cum non reperiatur permissum con-
tra matrimonium hoc casu producere testes,& sic ius
canonicum videtur in boc dispensare cum tolerabilius
sit aliquos tolerare cõiunctos contra statuta canonica,
quàm disiungere coniunctos. l. diuina. ĩ. eod.licèt ex
quadam. ¶ Quartus potest esse intellectus qui colli-
gi potest ex his , quæ tanguntur in gloss. ij. circa fi.&
quæ etiam dixi in notabilibus,videlicet,qđ iõ bic post
publicatas attestationes admittunẽ testes sup eodẽ arti
culo,seu directè cõtrario , quia nõ solũ ꝑducebanẽ te
stes.sed ẽt instr̃m ad coadiuuãdum assertionẽ testiũ, ex
quò verisimiliter cessabat timor subornationis. Secus
si tantummodo testes producerentur. Tertius tamen in
tellectus communiter tenetur , licèt istũ quartum vi-
deatur sequi do. Ant. tanq̃ in se verum. Et adde etiam
prædictis, quod si pars intellexit a teste per id,quod de
posuit,q̃a sibi hoc dixit post depositionẽ:si aliter nõ vi-
dit,neq; legit attestationes:nõ dr̃ didicisse testificata:q̃a
fortè testis nõ ꝑ oĩa dixit parti prout deposuit, & q̃a ẽt
si pars vidit testificata,& trãscursoriè legit, & non deli
beratè, nõ dr̃ ꝑfectè, seu plenariè didicisse testificata,

a Copula carnalis.Si q̃ras vtrũ copula carnalis ꝓbetẽ p testes, & quale testimoniũ sufficiat distingue, vt hic p do Hen. bohych. in in principio ca.

ideo nõ nocet , vt notaẽ p Inn.ĩ.e.vltra tertiã. & p Bar.
in auth.at qui semel.C.de probat.& per do.Anto.s̃.eo.
fraternitatis. facit,quod not.ĩ.eo.præsentium.in glos.j.

*S V M M A R I V M.*

1 *Copula carnalis probatur per conueniens testimonium de uisu. & numero.4.*
2 *Testis dictum non vitiatur si dicat se scire quod deponit non per scientiam, sed per famam, & alia adminicula.*
3 *Fama, quando cum aliis adminiculis probet.*
4 *Probatio perfecta quæ dicatur.*
5 *Testimonium de auditu proprio, an ualeat licèt interuenerit cortina in medio .*

2 Ræterea. Copula carnalis [a] proba-
tur per conueniens testi-
monium de uisu. Item per testimonium
auditus,qđ adminicula,& fama coadiu-
uãt.h.d.& est cõis diuisio,consultatio, &
1 rñsio.scđa ibi:taliter respondemus.¶Not.qđ † copula
2 ꝓbaẽ ꝑ cõueniẽs testimoniũ de uisu. ¶ No.ij. qđ † nõ
vitiatur dictum testis si dicat se scire illud , qđ deponit
non per certam scientiã,sed per auditũ , & famam , &
alia adminicula. Vbi omnino non possunt haberi pro-
bationes certæ.nam etiam testimoniũ de visu nõ infert
necessario copulam, quia fortè potuit interuenire im-
pedimentũ frigiditatis,vel maleficij,vel pro tunc aliter
fuisse impotens ad copulam.facit,quod habetur in c.j.
& per totum.ĩ.de frig.& ex hoc habes rõnẽ dubitandi
circa primũ notabile,& ẽt rõnẽ decidẽdi , qũia attendi
debet,quod cõmuniter,& uerisimiliter cõtingit. l. nã
3 ad ea.ff.de legi.¶Itẽ not. qñ dicatur † famam probare
cum alijs adminiculis : quia quando intantũ aggrauat
animum iudicis,quòd facit eum violenter præsumere,
qđ asseriẽ.facit,qđ habetur in c.conferre.ĩ. de p̃sump.
vbi ex violẽta præsumptione fertur sentẽtia.¶Et ex p̃
4 dictis ẽt no. † quæ dicatur perfecta probatio , quia illa
ꝑ quam iudex inclinari dẽt ad aliquid firmiter creden-
dum.de quo per Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran.
¶Item no.qđ testimonium de auditu per se non pro-
bat plenè,sed inducit p̃sumptionem,& cum alijs adiũ-
ctis probat,& sic not. illud vulgatum , quæ non pro-
sunẽ singula,multa iuuant.de quo etiam.s̃.eo. cum can
sam. ¶ Vlti mo not.quod in arbitrarijs recurrẽdum est
ad iudicem circũspectum,& sic discretum,nõ ad simpli
cem,vel in expertum secundum Host. & not. etiam ex
text.quod testimonium de uisu uidetur de per se suffi-
cere.licèt dominus Anto.aliter uideatur sentire in vl-
timo notabili.sed non uidetur de mente tex. sed posset
dictum eius procedere in casu:de quo dicam super gl.j.
¶ In gloss. in fin. Et fortè hoc casu , qñ non viderunt
eos carnaliter commisceri,sed viderunt solum cum so
la.potest saluari dictum domi. Anto. vt tunc tale testi-
monium non probet: nisi alia adminicula cõcurrant:
sed vbi vidissent eos carnaliter commisceri : tunc tale
testimonium videtur sufficere etiam si fortè non eo-
dem tempore præcisè , sed successiuè incontinenti, ta-
men vnus post alium vidisset fortè per foramẽ aliquod
vt not.gloss.in c.nihilominus.iij.q. ix. & Cyn. in l. te-
stium.C.eod.¶ In gloss.fin.ibi,vel simpliciter. istæ tres
lecturæ , sunt in se vere,quia non agitur de magno præ
iudicio.nam nõ agitur de separatione matrimonij quò
ad vinculum. vnde etiam fama sola sufficit ad impediẽ
dum matrimonium.ut in c.p̃terea.de sponsa. tñ q̃a iste
tex.vr̃ loq̃ simpliciter,& indistinctè,vr̃,quod ẽt dẽt in-
telligi,qñ agitur de separatione matrimonij quò ad uin
culum.nam hoc casu uidetur , quod sufficiat testimo-
nium de auditu cum fama , & alijs adminiculis , &
nõ ĩtelligas de auditu auditus,sed auditu ꝓprio mediã
te tñ tenui pariete,uel cortina,uel asseribus, uel sexto-
riis,

rijs, & vbi audientes habebant notas voces eorum de quorum copula testificantur. nam si audierunt eos loq & cognouerūt eos carnaliter cōmisceri: si etiam adsint alia adminicula, seu signa, quæ colliguntur ex illis versi bus, visus, & colloquiū, &c. Et fama et viciniæ sic habebat probabitur copula etiam quò ad effectum separationis matrimonij quò ad vinculum. facit, qđ not. glos. in l. In summa. §. idem labeo. ff. de aqua plu. arcen. Vbi
5 gloss. videtur uelle, qđ † testimoniū de auditu proprio ualeat: licèt iuteruenerit cortina in medio. & Bar. istam videtur sequi præterquam in actu testaméti, in quo testes omnino debēt videre testatorē, cū alterari possit vox rōne infirmitatis. de quo per Cy. in l. si non speciali. C. de testa. Sed in cōtractibus vř Bar. velle cū gl. illa, qđ tale testimoniū sufficiat, si testes habebāt notas voces cōtrahentiū. facit, qđ no. Cyn. in l. testium. C. eo. vbi dicit, quod licèt, qñq; vox possit mutari: tñ attēdi debet, ꝙ cōmuniter contingit. facit, qđ no. in l. nō Epistolis. & l. neque natales. C. de probat. & sic uidereť, quod & in casu isto deberet sufficere testimonium de auditu, sed potes dicere, qđ vbi agitur ad separationē vinculi pp magnū piudiciū, & q a agitur de probatione copulæ, quæ non bene potest certitudinaliter probari, standum est dicto Io. And. & glo. relate ad text. secundum istum intellectū. ¶ Et ex prædictis not. cautelam, qñ aliquis nō uult fateri veritatem in præsentia aliorum, quia posset adduci, vel induci ad confitendum in loco, vbi post cortinā essent testes qui audirent, & qui de hoc essent auisati. nam tale testimonium cum sit de auditu proprio valebit, & licèt cortina fuerit in medio non habebit nocere si testes habuerunt voces notas partiū. per gl. in d. §. idē labeo. ex quò non sumus in actu testaméti, nec in actu dissolutionis mřimonij. Testimoniū āt de auditu audi tus regulariter nō admittiť, fallit qñq; in factis antiqs. vt habetur in l. si arbiter. ff. de proba. & in c. quoties. §. eo. ¶ Et per prædicta patere pōt concordia inter gl. istā & glo. in §. idem labeo. quæ videntur sibi adinuicē contradicere. nam illa uidetur velle sufficere testimonium de auditu ꝓprio, licèt cortina fuerit in medio. ista videtur velle contrarium, nisi fama, & alia adminicula interueniant. Sed ista procedit vbi agitur de dissolutione matrimonij, illa in alijs actib⁹ præterquam in actu testi. & est illa gl. sing. & in iure ciuili alibi non habetur, & ista fortè in iure canonico nō de facili alibi repericttur.

## SVMMARIVM.

1 *Iudicis vnius verbo nō creditur, scriptura vero eius licèt credatur, potest tamen reprobari per testes. & nu. 9.*
2 *Scriptura iudicis adminiculata subscriptione testium, an possit reprobari.*
3 *Iudex, an, & quando possit testificari.*
4 *Arbiter, quando possit esse testis.*
5 *Testis, an possit esse iudex in causa, in qua deposuit.*
6 *Notarius actorum, an possit in alia instantia induci in testem.*
7 *Aduocatus, an possit esse testis in causa, in qua est, vel fuit aduocatus.*
8 *Procurator, an possit esse testis in cā, in qua est, vel fuit procurator.*
10 *Scriptura iudicis ordinarij cum inscriptione testium etiam super contractibus credatur.*
11 *Dictio nisi quid importet.*

a Cvm a nobis. Vnius [a] Iudicis verbo nō credit, scriptura uerò eius per testes reprobari potest, secus tamen in Papa. hoc dicit. & sunt duę partes, quæ patent. secunda ibi: nec scriptum. ¶ Not. ꝙ secundum regulas vtriusq; iuris non creditur vni iudici tñ quātęcūq; sit
1 autoritatis. ¶ Itē no. ꝙ licèt 1 fis, & scripturis iudicū adhibeatur fides, non tamen tanta, quin possit reprobari ꝑ testimonium duorum, vel triū. & sic facit tex. ꝙ scripturæ iudicis adhibeať fides etiam absque subscriptione testium: licèt non tanta, quin possit reprobari per testi-
2 monium duorum, vel trium. Item no. qđ vbi † scriptura iudicis est adminiculata subscriptione testiū, non vř, posse reprobari per testimonium duorum, vel trium. qđ intellige ſm Host. qñ adminiculatur ex subscriptione testium, & depositione actuali ipsorum testiū: secus si solum testes essent inscripti: nam tunc bene reprobaretur per dictū duorum, vel trium. facit, qđ not. §. ti. j. in c. tertio loco. vbi tangitur per quot testes possit repro-
3 bari instrm. ¶ † In gl. iij. in fi.° de materia gl. in c. statuē-
b dū. alleg. in gl. & per gl. & Cy. Bar. in l. ne in arbitris. §. finautem. C. de arbi. & facit etiam, quod notatur in c. Romana. de testi. in vj. & in l. fi. ff. de testi. & l. ob carmen. §. j. eo. ti. dñs Ant. hic prolixe insistit recitādo opi. antiquorū, & modernorum, & demū ponit sex casus in qbus pōt testificari, & octo in quibus nō pōt. ¶ Tu potes clarius cōcludere, vt hic etiam in effectu voluit Io. Cal. q a, aut iudex vult testificari in causa, ī qua nō fuit iudex, & tunc clarum, quod potest. per id, quod habetur in simili in d. l. fi. ff. de testi. & Inn. §. eo. insuper. Aut vult testificari in causa, in qua est, vel fuit iudex, & tunc aut inducitur super principali negotio, aut super actis. Primo casu, aut remotus fuit a iudicando, aut non, si fuit remotus, ante litem conte. poterit esse testis. §. eo. dilecto. Idē si post, ante tēpus depositionis. facit. l. ob carmē. §. j. ff. eo. & facit etiam, quod notatur in simili in d. l. fin. ff. de testi. & per Inno. in d. c. insuper. Si autem non fuit remotus, & tunc, aut petitur, ꝙ sibi ipsi deponat testimonium, & sic eorā seipso, & non potest, quia non potest habere duplex officium, testis, & iudicis. facit. C. de asses. & domest. l. nemo. & de verb. sign. forus. & §. eo. Romana. lib. vj. Aut inducit corā alio in alia instātia post litē per eū finitam, & tunc nō cēsetur idoneus testis. ꝑ id, qđ habetur in d. c. statuendū. & q a suspectus est: nā præsumiť, quod vellet suam sniam ꝑ suum testimonium defendere. facit, quod habetur in d. l. vlti. C. de asses. & in d. l. fina. ff. eod. in d. c. Romana. Secundo casu principali, qñ inducitur super actis, & tunc, aut inducitur, vt iudex, quia adhuc lis corā eo durat, & tunc sibi non est credendum nisi quatenus apparet de legitimis documentis. supra de proba. qm. circa fi. & sic etiā potest intelligi. d. l. ne in arbitris. §. finaūt. Aut inducitur, vt testis in alia instātia super his q̃ dicunť coram eo acta, & tunc si est vnus solus: licèt ei credať vt vbi testi, non tñ ꝓbat cū vnus testis tantum non probet. supra. eo. veniens. in fi. Si uero sint plures, tūc bene ꝓbāt. vt hic etiam uoluit gl. per id, qđ hř in c. eum dilecti. §. de accusa. & c. cum dilecti. supra. de elec. & §. de ex excess. prael. inter dilectos. ver. pterea. Aut, vult deponere de actis, quæ ipse iudex fecit, & non de his, quæ per alios coram eo, sunt facta. & tunc secundum Ioan. Cald. non credetur eis: nisi quantum ad præsumptionem, & informationem. per id, quod habetur in c. de concilijs. xviij. dist. & sic potest intelligi. c. non fine. infra. de arbit. secundum vnum intellectum, vel nisi adducantur, vt testificentur contra falsum per se, q a tūc poterit testificari, quia cessat præsumptio suspicionis, ex quò non adducuntur pro actu a se gesto, sed contra illū, vt est casus ſm alium intellectum in d. c. non fine. vt ibi tangit Innoc. quod uidetur intelligendum, quando non detegeretur turpitudo ipsorum iudicum per id, qđ habetur. supra. eod. sicut, & tetigit Inno. in d. c. non fine. Idem si adducantur, vt excusent factum a se, quod prima facie non bene sonat. vt est casus in d. ca. non fine. alium intellectum. quem tangit ibi Inno. Idem videtur si de uolu ntate partium producerentur in testes. ꝑ id, quod notatur in c. Romana. de testi. in vj. do. Ant. hic videť velle, qđ nō possit adduci cōtra appella. lo. ab Imo. in j. super ij. Decre.

a Si q̃ras, an assertioni Iudicis, uel literis credať sup processu facto coram eo. vide ꝑ d. Hēri. bohych. ī ca. quoniā cōtra. supra. de proba.

b In glos. iij. ī fi. qualiter credi tur literis, vel attestationi iodicis. & vide per domi. Abb. in 2. col. uersic. quæro, q a tex. nu. ij.

tum eo inuito quasi præsumantur suspecti contra illum, sed tamen cõmuniter hic alij docto.sentiunt oppositum.ex quod non producuntur super principali, nec super gestis a se, & sic uidetur etiam sensisse hic gloss.
4 ¶†Quid autem de arbitro.dic idẽ eadem rationẽ, qđ dictũ est de iudice.ar.l.j.ff.de arbi.Quid autẽ de arbitratore.Bart.tetigit in l.societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.& ibi in effectu idem videtur concludere, qđ in arbitro,& iudice.ipse tamen Bar. in auth. nisi breuiores. C.de sen.videt uelle hoc verum, nisi in cõpromisso data esset potestas arbitratori ꝓcedẽdi cũ scriptura,& sine scriptura.nã,tũc vř esse de mente partium, ꝙ sup processu stet dicto arbitratoris.quod est notãdũ.¶†An aũt
5 ille qui fuit testis, & deposuit possit esse iudex in causa.Spe.post Hugutionem videtur velle, qđ sic.in Spe.c. tit.§.j.ver.item,ꝙ fuit in eadem causa.sed fortè istud nõ est verum in parte alia contradicente,q͂a videt esse suspecta,ne velit tueri suũ testimoniũ.nam aliàs si pronũ tiaret cõtra illud posset quodammodo notari de periurio.per id,quod habetur.in c.testimoniũ.j̃.eo. & qđ hř
6 in c.cũ dilectus.ad fi.de ord.cogni.¶†An aũt notarius actorũ in alia instantia possit induci in testẽ eo casu fortè,quo nõ appareret scriptura.tenuit Io.And. qđ sic.in c.quoniam contra falsam.s̃.ti.j.vbi etiã dicit,ꝙ sup processu in alia instantia credetur dicto notarij,& iudicis.
7 ¶†Sed iuxta ꝑdicta potest esse dubiũ qđ de aduocato: an possit esse testis in causa,in qua est, vel fuit aduocatus.Videreť,ꝙ non,per ea,quæ habentur in l.fi.ff. de testi.cõclude, ꝙ si aduocatus nõ assumpsit officium aduocationis licèt prius elegerit eum in aduocatum poterit esse testis.per.d.l.fi.quæ videtur demũ repellere aduocatũ,q͂n præstitit patrocinium,& sic secus si non præstitit:licèt assumpserit officium aduocationis,ꝙ vř procedere ẽt si conuentum fuerit de salario.licet Guid. de Suza.cõtra per.l.j.§.aduocatus.ff.de ua.& extraor.cog. vt refert Io.An.in Spe.e.ti.§.j.super ver.itẽ,ꝙ fuit in eadẽ causa.sed vbi reprobat dictũ Guido.quia.l.non simpliciter repellet aduocatũ,q͂a tunc bene procederet dictum Guido.sed demum si præstat patrocinium,vt patet in d.l.fi.& facit,quod hř.j̃.eo.Romana.lib.6.&,qđ dictum fuit.s̃.eo.insuper.Si autem suscepit officium aduocationis,& præstitit patrocinium,tunc si vult esse testis in illa instãtia in qua patrocinatur,tunc nõ potest, ne duplici officio fungatur.s.aduocati,& testis cõtra. l. nemo.C.de assesso.Si aũt,vult testificari in alia instãtia in qua non patrocinatur, fortè in causa appel. non potest propter affectionem quã præsumit habere ad cãm. per id,quod hř in d.c.Romana. quod intellige verum nisi de consensu vtriusque partis produceretur ad instar eius,quòd dicitur,de proxeneta.j̃.eo.c.j.in 6.vel nisi produceretur cõtra eum pro quo fuit aduocatus, q͂a tunc cessat ratio prohibitionis,tunc tamen debebit dicere veritatẽ pro vtraque parte.vt not.glo.in d.c.Romana.dicit ẽt hic d.Ant.ꝙ in subsidiũ admittet deficiẽtib⁹ aliis ꝓbationibus, vt si forte aliqua dicat acta solũ ĩ p̄sentia partiũ,& aduocatorũ.arg.l.consensu.C.de repu. in vers.sup plagis.& j̃.eo.veniens.ad fi. & vř sequi Io. And.super dicto ver.item, qđ fuit. sed forte istud ultimũ non est turũ,q͂a imputãdum videtur partibus, quare non fecerunt actum redigi in scripturam ꝑ notarium actorũ,vel quare non adhibuerunt alios testes. argumẽto de reg.iur.dãnum.lib.vj.forte tamẽ,quò ad informationem,& aliqualem præsumptionem posset tunc recipi.arg.eorum q̃ notat in c.de concilijs.xviij.dist.Vbi autem quis est aduocatus in vna causa clarũ est, qđ in alia cã in qua non est aduocatus poterit testificari etiã pro illo,ꝓ quo in alia cã est aduocatus.ꝑ id,ꝙ no.Inn.
8 s̃.eo.insuper.& quod not.in d.c.Romana.¶†Quid de procuratore, an poterit esse testis in causa, in qua est vel fuit procurator.gloss.fuerũt contrariæ.nam glo.in l. fi.ff.de testi.tenuit,ꝙ sic.q͂a procurator non iurat de calum.in auth.principales.C.de iura.cal.& sic non cẽseť esse cã eius propria.cõtrarium voluit gl.in l. deferre. §. idẽ decreuerunt.ff.de iu.fisci.Bar.ibi refert opi. quas ẽt hic refert do.Ant.& de materia ẽt ꝑ Cy. in l.oĩbus. C. eo.vbi tenet simpliciter,qđ non possit.& idem Iaco. de Bel.vt refert Io.An.super dicto ver.itẽ,ꝙ fuit.per l.fi.ff. de testi.vbi repellitur tutor cuius officiũ est necessariũ, & sic multò fortius procurator cuius officiũ est voluntariũ:licèt possit interrogari,vt pars in iudicio.l.non solũ. ff.de ꝓcur.& in d.§.ijdẽ decreuerũt.¶Conclude,ꝙ aut vult esse testis in cã,in qua est ꝓcurator, & tũc si nõ assumpsit officiũ ꝓcurationis,vel licèt assumpserit nõ tñ exercuerit,non prohibetur.per id,quod.s̃.dixi in simili de aduocato.& q uod no.Inno.s̃.eo.insuper. Si autem exercuit officium procurationis,tunc in illa instãtia in qua exercet non poterit esse testis,q͂a eadẽ est ratio, & fortior quã in aduocato,cũ sit pars in iudicio,qđ nõ cõtingit in aduocato.facit,qđ no.Inno.j̃.de accu.sup his. Si aũt,vult esse testis in alia instantia in qua nõ est procurator: tunc si spectare potest ad eum commodũ, vel incommodum non poterit esse testis.vt not.Bar.in d.§. ijdem decreuerunt.& ideo ibi decidit, ꝙ si peto a te cẽtum ex causa mutui: quæ ego dico me tibi misisse per Titiũ ꝓcuratorẽ tuũ non potero producere Titiũ in testem,q͂a si nõ appareret Titium tibi dedisse remaneret mihi obligatus ad restituendum Si autẽ nõ spectet ad eũ cõmodũ,vel incõmodũ.tunc s̃m Bar.in d.§.ijdẽ decreuerunt.nõ debet admitti nisi de consensu vtriusque partis,vel nisi produceret ꝯtra eũ cuius fuit procurator ut in simili dixi de aduocato. & per hoc bñ facit tex.in d.c.Romana.sed do.Ant.hic.& idẽ vř voluisse Io.And. in Spe.eo.ti.§.j.super ver.sed pone,ꝙ administrator. videtur dicere prædicta vera,q͂n ascribi potest laus,vel vituperium si id,super quo testificari habet fuit factũ, vel non factum:aliàs autẽ admittetur in testem etiam pro eo cuius fuit ꝓcurator etiã inuita altera parte.Sed plus placet dictum Bar.per dictum.c. Romana. ꝙ ĩdistinctẽ repellitur,& ꝓ hoc ẽt rõ,q͂a vř suspectus cum ꝓsumať hẽre affectionem ad causam,pro qua fuit ꝓcurator: sicut in simili dixi de aduocato.& facit ẽt, quod not. de proxeneta in c.penult.in auth.de testi.colla.vii.& ideo videtur,quod non possit pruduci ad plenã probationẽ, sed solum ad aliqualem informationẽ,& ꝓsumptionẽ, & adde ẽt,ꝙ notãt dñi de Rota in sua cõclusione cxxii. aliàs.cxxv.vbi dicunt,quod si procurator est reuocatus lite pẽdente,& postea ꝑducitur in testem, ꝙ id fieri nõ põt,q͂a ꝓsumitur in fraudem reuocatus,vt sic possit deponere.ideo non debet ꝑdesse.arg.s̃.de rescri.sedes.dicunt etiam in sua conclusione.cxlix. alias.cliij.quòd licèt repellatur solicitator a testimonio. p ea, quæ hř in l.fi.ff.de testi.tñ non repellitur socius solicitatoris q nullatenus solicitauit.arg.l.nam socius.ff.pro socio. & lxxvj.dist.in c.legitur.& de materia in dicto versi. Item ꝙ fuit in eadem causa.& seq.per prædicta patet, ꝙ procurator in vna causa in alia in qua nõ fuit ꝓcurator potest esse testis,& plus dixit dñs Ant. quod ꝓcurator in causa possessionis poterit esse testis in causa ꝓprietatis,
9 quod tene menti.¶†In glo.scriptum.in fi.potes dicere quod.c.post cessionem.concordat, & similiter.c.cure. quia sicut ibi dicitur stari scripturæ iudicis. sicut etiam hic videtur innui, quod stetur. plus tamen dicitur, quod, licèt stetur: non tamen stabitur in tantum quin possit scriptura reprobari. Sed, tunc secundo videtur obstare. c. quoniam contra falsam.s̃. titu.1. Potes dicere primo, quod ibi dicitur non esse standum verbo iudicis, sed non negat quin stetur scripturæ iudicis, & sic possit intelligi hic, quia tamen hæc solutio non

non uidetur de mente illius literæ, quæ videtur requirere scripturam notarij, vel duorum virorum. Potes dicere secúdo, quòd olim credebatur scripturæ iudicis. & ita loquātur hic, sed hodie secus, vt ibi. & licèt ista decre. sit posterior in ordine, tñ prior videtur fuisse in cōpositione: qa illa fuit concilij generalis, & secūdū hoc hæc decre. esset in hoc correcta, vnde tertio dici pōt: vt hic tetigit Inno. & Host. ꝙ si scriptura iudicis hēt inscriptionē testium facit fidem, & ita hic, aliàs nō creditur. & ita ibi. Nec ob. quod scripturæ notarij actorum creditur sine inscriptione testium. C. de dona. l. in hac. & notatur in d. c. qm̄. quia in hoc magis creditur tabellioni, cuius officiū est scribere: sed secus in iudice. istæ tñ intellectus non videtur bene hic posse colligi, nisi exponatur dictio, nisi pro quamuis. nam aliàs, si dictio nisi stet propriè innuit, quod sola scriptura iudicis sine inscriptione testium facit fidem: sed tunc potest reprobari per duos, vel tres. Item, vt dixit Inno. non videtur bñ iure cautū, qđ scripturæ iudicis super aliquo cōtractu: licèt habeat inscriptionē testium credatur: sed solum videtur in priuilegium hoc concessum tabellionibus. facit, qđ ipse not. in c. cum. p. j̄. de fide instru. nec ob. istæ tex. quia, vt dixi, non potest colligi nisi exponatur dictio nisi, pro quamuis, & sic improprietur litera, & quia secūdū eū pōt dici, qđ hic in versi. nec scriptū. non loquatur de scriptura iudicum, quia si de illa voluisset loqui dixisset in singulari: nec scriptum eius, cū in præcedentibus in singulari numero sit locutus, sed loquitur secundum eum de scripturis notariorum: vel fortè appellat hic notarios, iudices, sicut appellantur in ciuitate Beneuētana. de qua in subscriptione. Sed Hosti. tenet,
10 qđ † scripturæ ordinarij cum inscriptione testium: etiā super cōtractibus creditur per istum tex. & per. c. ij. j̄. de fide instru. hoc iure posset tolerari si habet ēt sigillū authenticum per dictum c. ij. non enim apparet, ꝙ hic in ver. nec scriptum. velit loqui de notarijs. vnde in dubio dēt potius referri ad superiora: nec multū est pōderandū, si de numero singulari trāsit ad pluralē. facit, qđ hr̄ in c. fi. de ordi. cog. nam etiā, quandoq; de prima ꝑsona transitur quandoq; ad scđam, vel tertiā. facit, qđ habetur in c. dudum. de conuer. cōiug. ¶ Do. Ant. tenet opi. Host. in locis in, quibus non est consuetudo tabellionū. & idem in alijs si scriptura conficiatur super spectātibus ad officiū scribētis: aliàs secus. arg. eius, qđ notatur in simili per gloss. de vsur. q̄ q̄. libro. vj. ¶ Tu potes dicere, qđ intellectus text. stat in hoc ver. nec scriptum. qa non intendit dicere, in scripturæ iudicis stetur, seu detur fides: sed uult dicere, quod supposito, qđ detur fides, & probet, non tñ datur tanta fides, quin possit reprobari scriptura per duos, vel tres testes, & ideo uideretur, qđ nisi de cōsuetudine loci detur fides scripturæ iudicis, uel nisi fortè reperiatur aliud expressum in iure: prout reperitur in scriptura sententiæ excōmunicationis. qđ non creditur etiam si habeat scriptura testium inscriptionem, & secundū p̄dicta etiam posset intelligi. c. ij. de fide instrum. vel potes dicere, vt dixi in c. post cessionem. de probat. quia opi. hæc videtur procedere, quando scriptura iudicis habet inscriptionē testiū,
11 & etiam sigillum authenticum. ¶ † In gl. scriptum. in fi. ex glos. ista not. duos principales intellectus in ver. nisi, vnus est. ꝙ exponatur dictio nisi, pro q̄uis, & tunc est sensus, qđ scriptura iudicis licèt hēat testiū inscriptionē, quia tñ non est confecta per manum publicam: licèt habeat sigillum authenticum, pōt tamen reprobari per duos, vel tres testes. secus ſm gl. in instrumēto cōfecto per manum tabellionis, quia non potest reprobari nisi per quatuor, qđ an sit verū dictū fuit in c. tertio loco. de proba. ¶ Alius est intellectus, qđ dictio nisi, stet ꝓpriè. & istæ subdiuiditur. vno mō, vt exponatur testiū adminiculo. i. inscriptione, & tunc erit sensus, ꝙ scriptura iudicis potest reprobari per duos, vel tres: nisi in illa sint inscripti testes, quia tunc requirentur quatuor. & secūdū istum intellectū est hic casus melior de corpore iuris, qđ scriptura authētica, ĩ qua inscripti sunt testes: nō pōt reprobari ꝑ pauciores testes, quā quatuor, siue sit scripta per manū tabellionis, siue nō, dūmodo sit authētica. facit, ꝙ hr̄ in c. j. & ij. j̄. de fi. iustru. ¶ Alius est intellectus, quod exponatur nisi, testium adminiculo fulciatur. i. nisi testes inscripti actualiter deponāt pro scriptura, quia tunc non poterit reprobari per duos, vel tres: sed requirentur quatuor, cum ex alia parte sint duo testes actualiter deponentes, & ēt autoritas scribentis, & istū intellectū sequit̄ hic Host. & vr̄ tutior, per ea, quę dixi in d. c. tertio loco. ¶ In gl. penul. ibi: sed nō est verū. nec obst. istæ text. quia non dicit, qđ si scriptura iudicis habeat subscriptionem testiū nō possit reprobari, quia imo dicit oppositum, si exponamus nisi, pro q̄uis. vt dixit glo. ꝑced ens. & etiam tangit gl. j. in fi. & etiā si stet dictio nisi, propriè, non dicit simpliciter, ꝙ non possit reprobari per testes, sed ꝙ non potest reprobari per duos, vel tres, & sic non negat, quin per plures. de quo dixi super gloss. præcedenti. ¶ In glo. fin. in fi. Et aduerte, quia olim etiam Papa se manu propria subscribebat, & certa signa faciebat, & similiter quilibet Cardinalis, vt vidi in aliquibus priuilegiis antiquis, sed hodie etiam in priuilegiis non fit subscriptio, & per hæc sit expedita hæc decre. quæ in se, & in materia est aliqualiter difficilis. Sed ex prædictis satis potes percipere clarum intellectum, & maximè si daretur in punctis.

*SVMMARIVM.*

1 *Testes producti super dilatoria non cogūtur deponere super negotio principali.*
2 *Testis iuratus super uno articulo nō debet deponere super alio. & nu. 6.*
3 *Testis qui iurauit super exceptione peremptoria potest cogi iurare super principali.*
4 *Probandi facultas excluditur tribus terminis.*
5 *Testi non creditur nisi deponat iuratus.*
7 *Testis iurans dicere veritatem idem est, ac si super tota causa iurasset dicere ueritatem.*
8 *Dilatoria opponi potest post litem contestatam.*
9 *Testes si ab vna parte producantur super peremptoria, & pars aduersa petat eos iurare, & interrogari super principali non poterit pars sic petens illos postea reprobare*

a DE testibus. Testi [a] qui super exceptionibus iurauit, super principali non creditur, actore tamē petēte si lis est cōtestata: ēt sup principali iurare, & deponere cōpellit̄. h. d. ſm Io. An. vel aliter. Testi q sup exceptionibus dilatorijs iurauit, sup principali nō credit̄. si vero iurauit sup perēptoria, tūc actore petēte ēt super principali iurare, & deponere cōpellit̄. h. d. & istæ intellectus summarius vr̄ melior ꝑ ea, q̄ dicent̄ sup gl. ij. Et in prima decisa consultatio. in secunda responsio. secūda ibi: consultationi. quæ duo membra proseqt̄. & ſm
1 membrum prosequitur ibi: si uero. ¶ No. j. ꝙ † testes ꝑducti super dilatoria non coguntur deponere super negotio principali. & sic no. qđ licèt testis dēat dicere veritatē pro vtraq; parte, verū est sup eo sup quo iurauit,
2 vel illi ɔnexo: secus sup alio. ¶ Itē no. ꝙ † si testis est iuratus super vno articulo non ualet testimoniū eius, si deponat super alio, quia tūc deponeret nō iuratus. facit, qđ notatur in l. momētaneæ. C. qui legi. perso. & in l. si quis libertatē. ff. de peti. hæred. & l. si duo. §. idē Iulianus. ff. de iureiu. de quo ēt ibi ꝑ Bar. secus si iurasset dicere veritatē super tota causa, vel super articulo, & sup

a Testi sup hac decre. q̄rit̄ si testis deponat sup alio articulo, quā super quo iurauit, an fidē faciat distingue hic secundū do. Hēn. Boych. & vid̄ hic ꝑ do. Fel. in j. colū. ver. i gl. j.

tota cauſa,& ideo de cautela eſt, vt dicit Specu. in di
cto titu.§.ſequitur.verſicul.illud.quòd pars non patia-
tur teſtem iurare ſuper articulo tãtum:ſed faciat, quod
3 iuret ſuper articulo , & tota cauſa. ¶ † Item not.ꝙ vbi
teſtis adducitur ſuper exceptione peremptoria , & ſu-
per illa iurauit:poteſt cogi ad inſtantiam partis aduerſę
ẽt iurare ſup principali,cũ ſuper perẽptoria,& ſup prin
cipali ſimul poſſit procedi.ſ̃.de ordi.cogni.c.1. cum ibi
not.Secus , quando adducitur ſuper dilatoria iudicii :
q̃a non poteſt ſimul procedi ſuper illa,& ſup principa
4 li.ſ̃.de iudi.exhibita. ¶ † Vltimo nota tres terminos ex
cludentes facultatem probandi. vnus eſt ſufficiens pro
ductio teſtium. ſecundus eſt renuntiatio productionis
teſtium.& tertius publicatio atteſtationum. de quibus
5 dictum ſuit in c.fraternitatis.ſ̃.eo.¶ † In gloſſ.1.in fin.
hoc dixit gloſſ. quia non creditur teſti niſi deponat
iuratus. vt infra.eod.c.tuis. niſi aliter eſſet depoſitum
de conſenſu partium : vt ibi patet. An autem ſufficiat
poſt depoſitum teſtimonium teſtem iurare uera eſſe ,
quæ dixit. tenuit Bartholo. Brixien.quod ſic.dummo-
do aliàs ſit bonæ ſamæ , ſed contrarium tenuit Goff.in
ſumma huius tituli , ante fi. & hoc communiter tene-
tur,quia iuramentum debet præcedere teſtimoniũ,non
ſeq,aliàs nõ ualet p iſtũ tex.& per id , qđ hẽtur ij.q.1.
in primis.& 2.q.4.nullã.& iij.q.ix.hortamur.An aũt te
ſtis poſſit deponere teſtimonium ſuũ in ſcriptis , dic qđ
nõ:q̃a iudex dẽt audire viuam uocem teſtis,& ſic vide-
re qua conſtantia,& qua trepidatione loquatur.l.de mi
nore. §. tormenta.ff.de quæſti.Si tamen teſtis iuratus
deponat dictum ſuum in ſcriptis non contradicente iu-
dice,neq; parte,& in pſentia iudicis ſcripturã teſtimo-
nii porrigat,& dicat ſe teſtificari,vt in illa cõtinet̃,vr̃ te
ſtimoniũ valere.vt not.Bart.in l.cos.ff.de fal.& facit ẽt
quod ipſe not.in l.theopompus.ff. de dote. prælegata.
ſecus ſi in abſentia per literas exponeret dictum ſuum.
6 iij.q.ix.in c.teſtes. ¶ † In gloſſ.ij.ibi non prodeſt per iu
ra prædicta. & quod ſic , vult gloſſ.quod ſi teſtis indu-
ctus ſuper vno capitulo, deponat ſuper alio non pro-
a bet,[a] qđ eſt verũ,quando iurauit ſuper certo articulo di
cere veritatẽ,ſecus ſi iuraſſet ſup certo articulo , & tota
cã,vel ſimpliciter ſuper tota cã, quia tũc ualeret dictũ
eius ẽt ſuper alio articulo.vt no.Bart.in l.ſi duo patro-
7 ni.§.idem Iulianus.ff.de iureiuran.¶ † Quid autem ſi
ſimpliciter iurauit dicere veritatem. do.Ant.ur̃ velle ,
quod idẽ ſit, ac ſi ſuper tota cauſa iuraſſet dicere verita-
tẽ,ſed fortè hoc nõ eſt verum:q̃a cum propter articulos
probandos producant̃ teſtes in dubio iuramẽtũ ſimpli-
citer pſtitum videtur referendum,& ſtringẽdũ ad illos:
q̃a limitata cauſa in dubio parit limitatum effectum.l.
ita autem.in prin.ff.de admi.tuto.& l.in agris.ff. de ac-
qui.rerum do.ſateor tamen, ꝙ licèt teſtes iuraſſent dice
re ueritatem ſuper tota cã, vel ſimpliciter,ſi tamen po-
ſtea deponant ſuper certis articulis nõ impedietur pars
producere ſuper aliis: quia ex quò non depoſuerunt ſu
per illis non curatur , quod iuramentum præſtiterint
extendens ſe etiam ad alios articulos. ſecus ſi fuiſſent
interrogati ſuper alijs,& dixiſſent ſe nihil ſcire, q̃a tũc
poſt publicatas atteſtationes non poterunt alii produ-
ci.per illud , quod hic dicitur in fi.¶ In ea.gl.ibi, vt de
ponerẽt.ſupple,& iurent,aliàs non differt q̃ſtio gloſſ. a
q̃õne text. & ſic patet,ꝙ vbi ſolũ iurãt ſup exceptione,
ſiue illa ſit dilatoria,ſiue perẽptoria,nõ debẽt deponere
ſuper principali:quia deponerent non iurati: ſed vbi in
ducuntur ſuper exceptione,& ſuper illa iurant: & peti
tur etiam , vt iurent,& deponant ſuper principali:tunc
ſi inducuntur ſuper dilatoria,non debẽt cogi iurare ſu-
per principali.per id,quod.ĩ.dicit gl.& quia nõ dẽt ſi-
mul procedi ſup dilatoria impediẽte pceſſum,& ſuper
principali.vt ſ̃.de iudi.exhibita. ſecus ſi inducunt̃ ſup

a Nõ probet. recurre ſup hoc ad poſtillã in prin. huius. c. vbi niſi.

b Publicatio. Idem ſũmãt hue do. Abb.& do Fely.

exceptione perẽptoria,q̃a ſi petit̃,bñ debẽt cogi iurare:
& etiam deponere ſuper principali:quia ſuper perẽpto
ria,& ſup principali ſimul poteſt pcedi. ſ̃. de ordi. co-
8 gni.c.j.& ſm prædicta debet intelligi iſte tex.¶ † In ea.
dẽ gl.ibi,ante litẽ cõteſ.& ſic a contrario vr̃ velle, quod
ſi dilatoria opponatur poſt litem cõteſta. quod quãdo-
que fieri poteſt,vt habetur.ſ̃.de offi.delega.inſinuant c.
qđ tunc poterunt cogi iurare ſuper principali,& hoc te
nuerunt aliqui,ſed tene cõtrarium per.c.exhibita. præ-
allegatũ.vbi ſimul non debet procedi ſuper principali,
& ſuper exceptione concernente proceſſum, & intelli-
ge prædicta vera in dilatoria proceſſus. ſecus ſi ſit dila-
toria ſolutionis, quæ venit probãda poſt litem.Cõteſt.
C. de exce. in l. exceptionem. quia tunc bene poſſent
cogi iurare ſuper principali:quia illa non impedit pro-
ceſſum.¶ In gl.fi.ibi exceptio peremptoria, & probari.
& ſic eſt hic caſus contra illud,qđ not.gl.in l. perẽpto-
rias.C.ſententiam reſcin.non poſ.vbi gl.voluit qđ pu-
blicatis atteſtationibus ſuper principali non poſſit teſtis
produci ſup perẽptoria poſtea ppoſita.¶ In eadẽ gl.ibi
falſum dixiſſe.hoc intellige,qñ volo pbare falſitatẽ in-
directè,vel falſitatem cum corruptione directã,aut ſal-
ſitatẽ tantũmodo probare non poſſum, ſi uolo produce-
re teſtes ſup articulo directè contrario iam productis,
vt in cle.teſti.eodem titu.¶ In eadẽ glo. in fi.hodie ha-
betur. de litis conteſt.c.j.lib.vj.Et,an ſi opponatur ali-
qua de iſtis tribus exceptionibus ad pceſſum poſſit pe-
ti,vt teſtes iurẽt ſup principali.do.Ant. hic uoluit , qđ
ſic,ſortè ex eo,q̃a iſta vident̃ cõcernere negotiũ princi
pale,ſed cõtrarium credo verũ ſi non opponunt̃ ad me-
rita cãæ,ſed ad proceſſum ĩpediendũ: q̃a ſup exceptio-
nes impedientes proceſſum , & ſuper principali non
poteſt procedi propter repugnantiam , & contrarie-
tem. per id,quod habetur in c.exhibita.ſ̃.de iudi.¶ Et.
9 adde,quia dixit hic Hoſti.qđ † ſi teſtes pducãtur ſuper
perẽptoria ab vna parte,& adũerſa pars petat eos iura
re,& interrogari ſuper principali, qđ non poterit,tunc
ſi petẽs poſtea illos reprobare, licèt nõ fuerit principa-
lis pducẽs,q̃a reprobatio eſt odioſa, qđ ĩtelligit verũ,
niſi ex vi proteſtationis per.c.pſentiũ.ĩ.e.ſed certè iſtud
vltimũ,non videtur verũ,q̃a ex quò petit illos pro ſe in
terrogari,pteſtatio nihil videtur operari tãquam cõtra-
ria facto.per id,qđ habetur.ſ̃.de conſti.cùm M.nam pe
tendo pro ſe interrogari approbat pſonam teſtis : ideo
non poteſt illam reprobare,per id,qđ habetur.iiij.q.iij.
ſi quis teſtibus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Priuilegium, an poſſit concurrere cum iure communi.*
2 *Publicatio atteſtationum non debet fieri ad petitionem illius ad quem nõ tranſit effectus teſtimonij.*
3 *Atteſtationes quando ſunt depoſitæ penes partem præſumptio eſt , quod fuerunt perctunctatæ.*

b Conſtitutus. Publicatio [b] atteſta-
tionũ, nõ fit ad peti
tionem tertij,& pars apud, quam depoſi
tę fuerunt atteſtationes, non poteſt vlte
rius teſtes pducere.h.d.Et primo narrat
factũ,ſcđo interloq̃t,& ĩterloquẽdo cau
ſam committit.ſecunda ibi:nos eas.¶ In text.ibi:nomi
nat̃.ſup.& mota ſuit quæſtio inter Archiepiſcopũ Ebo
racen.q̃ cõtulerat archidiaconatũ magiſtro Honorio ,
& prætendebat ad ſe ſpectare collationem Archidiaco
natus,& dictũ Rogeriũ ex alia:& qõ fuit cõmiſſa Epõ,
& decano Linconẽſi.& cuidã Archidiacono đ quo hic
in ſupraſcriptione,& fuit delegata cã pdictis per quẽdã,
legatũ Apoſtolice ſedis:coram quibus Archieps pete-
bat pnũtiari,& declarari ad ſe ſpectare poteſtatẽ ↄferẽ
tẽ cõferẽdi Archidiaconatũ Richemũdiæ.& ↄſequẽter
collationẽ factã magr̃o Rogerio p decanũ , & capitulũ
non

non valere,& cassandam esse : & coram istis delegatis producti fuerunt aliqui testes ꝓ parte Archiepiscopi ad probandum,quòd ad eum spectaret potestas conferendi:non tamen fuerunt testes publicati . demum pē- dente causa magister Honorius comparuit coram Delegatis pro interesse : & produxit etiam aliquos testes quorum depositiones dicebantur fuisse apud eum depositæ , & post prędicta timens magister Rogerius ne aliquid innouaretur contra eum appellauit ad sedem apostolicam post quā appellationem nihilominus fuit spoliatus,vt sequitur in litera.& hac de causa misit pro curatorem ad curiam ad impetrandum super spoliatione:vt sequitur in litera,& hæc colliguntur ex prima gl. & ex gl. in verbo Eboracensem. cum duobus sequentibus.& ex glo.fin.¶In tex.ibi vertebatur. & infra deciditur, quod Honorius petebat , quod in casu in quo non aperirentur : saltem de nouo reciperentur dicti testes:cui contradicebat procurator Rogerij.dicens,qđ id etiam fieri non debebat: quia ipse Honorius testes etiam produxerat,& didicerat testificata, cum depositiones testium diceret apud eum fuisse depositas.¶Itē ibi alioquin.i.si non fuerint depositi , nec publicati .
1 ¶†No.quod videtur esse possibile priuilegium concurrere cum iure communi,quod videtur contra tex.iij.distin.in c.priuilegia.vbi priuilegium dicitur quasi priuans ius commune.vnde intellige hic diuersis respectibus.Nam allegabatur ius commune : fortè ex eo,quia infra tempus sex mensium a die vacationis facta fuerat collatio prout de iure fieri debet:vt in c.ij.ī.de conces. præben.aliàs forte ex eo , quia ꝑ Archiepiscopum nō fuit facta collatio in tempus sex mensium a die vacationis:prout de iure fieri debet,quo casu deuoluitur potestas ad capitulum.vt in c. ij:de conces.præben. & hoc verius,vt colligitur ex c.post electionem.iuncto.c.ij.e.ti.priuilegium verò fortè allegabaẗ respectu potestatis cōferēdi vel forte ad cautelā voluerūt sibi concedi spe
2 cialiter per Papam potestatem conferēdi. ¶†No.ij.qđ ad petitionem illius ad quē nō transit effectus testimonij,non debet fieri apertura, seu publicatio attestationū.¶Item not. quod vbi ad petitionem autoris sunt testes recepti, non sunt publicandi ad petitionē solius successoris:vt sic non præiudicetur autori. ¶Item no. argumē.quod vbi causa agitatur cum conferente , vel eligente:acta non habent prodesse , vel nocere illi, cui facta est collatio.quod intellige , vt habetur in c. quā-
3 uis.ī.de re iudi.¶†Item no.ꝙ vbi attestationes sunt depositę pœnes partem præsumptio est,quod fuerūt percunctatæ,ideo non licet vlterius producere testes,quod intellige quando non fuerunt clausæ,vel si fuerūt clausæ,reddite sunt aperte secus secundum Hosti.si depositæ essent clausæ,& sigillatæ, & similiter redderentur , quia tunc cessat dicta præsumptio. ¶ In gloss.in verbo Eboracensem ibi: non faciunt fidem in alio,& dicitur aliud esse iudicium siue interueniat diuersitas causæ,siue diuersitas rei,siue personarum.ī.eo. veniens , & ff. de excep.rei iudi.in l.cum quæritur,& l. cum de hoc. ¶In gl.delegatis.imo in verbo produxisse ibi: & magistrum Rogerium vertebatur.intellige tamen,ꝙ a principio non fuit delegata inter istos tres:sed inter Archiepiscopum Eboraceñ. & magistrum Rogerium , & demū lite pendente coram eisdem comparuit Honorius pro suo interesse,vt colligi potest ex eo , quod sequitur in glo.¶In glo.depositis in fi.ibi:ꝙ uerius videtur.melius dixisset,quod clarius videtur,nam præcedens intellectus notabilior est,& etiam cōmuniter approbatur cū limitatioue,de qua dixi in notabilibus. ¶ In gl.penul. ī.fi.vel expone planius.i.si nō fuerint ab ipso Honorio producti testes:vel dato, quod fuerunt producti,nō fuerunt apud eum depositi , nec etiam publicati.¶In glo. fi.ibi,nō ab Honorio.& ideo dum litera dicit, fuere ꝓducti.debet fieri punctus,ante verbum,producti.& tūc est sensus,quod si non fuerunt per dictum Honorium producti testes coram delegatis:vel licèt fuerunt ꝓducti apud eum. depositi non fuerunt,nec publicati.tunc si ꝓ dicto Honorio producti fuerint,id est producantur testes , qui fuerunt per archiepiscopum producti : sed non fuerunt publicati:admittentur tunc ad testimoniū pro dicto Honorio.

*SVMMARIVM.*

1 *Publicatis attestationibus non est licitum opponere in personas testium.*
2 *Iuramento illius de cuius conscientia quæritur statur in his,quæ pendēt a conscientia.*
3 *Negatiua quandoque probatur per iuramentum.*
4 *Protestatio de opponendo contra testem,facit,quòd ei de facili non creditur.*
5 *Testes si contra aliquem producantur in vno articulo,& non opponit,si postea cum super alio producuntur opponi,an possit.*
6 *Protestans opponere contra testes,an possit a protestatione desistere .*
7 *Acceptans dictum testis contra se producti quatenus pro se facit nō poterit personam illius reprobare in alia causa.*
8 *Instrumentum si arguatur de falsitate,producens potest desistere à productione.*

a Ræsentium. Publicatis attestationibus [a] non opponitur in personas testium,nisi in casibus hic positis. hoc dicit.Et ponit regulam a qua tres casus excipit , & secundum casum determinat.ibi cæterum.
1 ¶†Not.regulam,ꝙ post publicatas attestationes nō est licitum opponere in personas testium,& ratio est, quia præsumitur malitiose opponere, ex quò tanto tempore tardauit,& ideo nō admittitur nisi purgata fuerit dicta præsumptio per iuramentum , vel nisi verisimiliter cesset malitia,vt quia a principio fuerit protestatus,uel de nouo superuenit notitia exceptionis.¶Item nota.ꝙ
2 In†his quæ pendent a conscientia statur iuramēto eius, de cuius conscientia quæritur,de quo in.c.si vero aliqs de sen.excō.& infra de homi.significasti.& facit quod not.gl.insti.de act.in.§.alie.in glo.magna.¶Item nota,
3 quod † negtiua interdum probatur per iuramētum, & de materia negatiuæ plene habetur:c.hon ę.el.j.supra
4 de elec.¶ Vltimo no.quod†vbi quis protestatur de opponendo contra testem . de facili non creditur testi contra quem facta est protestatio, si aliquid testificetur pro protestante.de quo dicendum,vt in gloss. fina.¶In
b glo.j. [b] ibi, nec in alia.intellige etiam inter diuersas personas per tex.in l.si quis testibus.C.eod.indistincte loquentem.& sequitur hic Inno.& etiam Cy.in d.l.si qs testibus.licèt Guido de suza.tenuerit contrarium in.d. l.si quis testibus.vt not.per Io.And.in addi.Spe.eo.tit. §.sæpe.versi.quid si eum.¶Item intellige hoc verum siue producens fuerit vsus testibus,siue non.nam ex quò semel produxit approbauit personas,ideo nō potest reprobare.licèt Spe.aliter dicat in dicto.§. sæpe.circa finem . sed præcedens dictum tenuit Cyn.in.d.l.si quis
5 testibus. †Quid autem si ille contra quem producuntur testes super vno articulo nihil opposuit:sed cum postea produncuntur super alio opponit,an possit.¶Dicit quod sic.per l.voluntarie.C.de excusa.tuto.nam minus est non reprobasse testes super vno articulo. quàm approbare eos producendo,facit,quod notat Inno.supra de restitu.spolia.olim.el.ij.Et adde ad prædicta, quod not.Innocen. infra de exceptio.cum venerabilis.&.supra.de ęta.& qualita.accepimus.¶In eadem gloss.ibi: est tamen.est argumentū contra.Sed solue,quod aliud est approbare personam,quo casu nō sequitur,quod videantur etiam approbari testimonia ferenda,per rationem,quam dixit glo.& facit,quod habetur in l.ex consensu

a Publicatis attestationib. idē summant hic d. Ab. & Fel & si qras vtrū ille contra quem producti sunt testes possit contra eos crimina obiicere distigue hoc ſm d. Hē. Boyc. in prin.ca.

b In glo.i. super hac tractat,an ꝓducens testes possit postea ipsū reprobare . vide hic ꝑ d.Abba.& d.Fely.q procedit ꝑ conclusiones . & vide distinctē do. Hē. Boyc. hic post pri.ca.ver. sup eo.c.

ſenſu.ff.de appel.vbi patet,quòd licèt impetrauerim iu
dicem:& ſic approbauerim perſonam eius,tamen poſ-
ſum ab eius ſententia appellare.Aliud eſt quando quis
reprobat perſonam teſtis: quia tunc videtur dicere eũ
inhabilem:& per conſequens non debere credi eius te
ſtimonio.ĩ.eo.teſtimoniũ.ideo plus operatur reproba-
tio,quàm operetur approbatio.facit,quod no.in ſimili.
ſ.de conſuet.cum dilectus.vbi interdum plus tollit pri
uatio,quàm ponat affirmatio.& de materia gl. habetur
per Cy.& Legiſtas in dicta.l. ſi quis teſtib. & adde qđ
habetur.ĩ.in fine capituli.¶In gl.iuramento. in fin.ſed
certè,ſi vera eſſet prima opi.quam tenet gl. iſte tex.ho
die eſſet fruſtratorius, cum etiam in ſpiritualibus ho-
die iuretur de calumnia.vt in c.j.de iuramen.calum.in
vj.præterea hic loquitur ſimpliciter,& indiſtinctè : er-
go indiſtinctè debet intelligi.ĩ.de priuileg. quia circa.
cum concor.ideo tene ſecundam opi.& ad auth.in hoc
ſacramento.reſponderi poteſt,quòd hoc eſt ſpeciale.vt
voluit gl.& idem dicebat Inno.in omnibus alijs caſib.
in quibus hoc reperitur expreſſum. Sed certe hodie ẽt
ſi aliter expreſſe nõ exprimatur, poteſt iudex vbi ſuſpi
catur de malitia,ſemper facere pręſtari iuramentũ ma-
litiæ.vt habetur in c.ij.de iuramen.calum.in vj.præte-
rea poteſt dici,quòd illa authentica dicit non eſſe reite
randum iuramentum calumnię:ſed nihil dicit de iura-
mento malitiæ,ideo in hoc eſt ſtandum huic textui.&
ei,quod habetur in dicto.c.ij.Et adde,dum gloſ. dixit,
ſed vbi non credo,quod debet intelligi de capitulo vl-
tra tertiam.nam in c.paſtoralis.benè ſufficit proteſtatio
ſicut hic.¶In gl.penultima ibi.difficile eſt probare, nã
licèt probaret ſibi poſtea fuiſſe dictum,nõ ſequitur ne
ceſſario,quod ante non ſciuerit . Ideo neceſſarium eſt
iuramentum.facit,quod habetur in c.per tuas.ĩ.de con
di.appo.¶In gl.fina.ibi: & ſi proceſſum fuit. hic incipit
gl.reſpondere ad oppoſitionem ſuperius factam,& cõ-
clude pro intellectu tex.& glo.quod aut proteſtãs fuit
proſecutus proteſtationem,& produxit teſtes ad repro
bandum perſonas,& tunc ſi obtinuit apparet perſonas
eſſe inhabiles,ideo nullatenus credetur, & tunc proce
dit expoſitio,vt exponatur de facili ,nõ credatur,id eſt
nullo modo.Item dicas,ſi ſuccubuit,ex quò per ipſum
non remanſit.per iura allegata in gl. & etiam hoc vo-
luit hic gl.Interdum autem non fuit proſecutus prote
ſtationem:ſed ſolum a principio ſimpliciter fuit prote-
ſtatus ius ſuum debere eſſe ſaluum contra perſonas,
& dicta teſtium:& tunc procedit expoſitio ſecunda, vt
exponatur de facili , non credatur , id eſt non faci-
liter credatur , niſi qualitas perſonæ teſtis aliud ſua-
deat : vt quia ſit adeo honeſta , quòd nulla ſit ſuſpi-
cio contra eum,quod aliquid dixerit pro proteſtãte ꝓ
captanda beniuolentia eius:ne aliquid contra eũ obij-
ciat:& ſic erit hoc arbitrarium, aliàs non credetur ple
nè ſicut creditur alijs teſtibus , ſed ſolum ad præſum-
ptionem,& demum cum alijs adminiculis faciet fidẽ,
& ideo propter dictum vnius teſtis contra quem fa-
cta eſſet proteſtatio in eo quod dixit pro proteſtante,
non veniet deferendum iuramentum:quia non cenſe
tur integer teſtis,& ſimiliter,ſi duo teſtes dicant cõtra
proteſtantem:& duo alij dicãt aliquid pro illo,plus cre
detur illis,qui dicunt contra proteſtantem.vt hic voluit
6 Ioann. Andr. ¶†An autem poſſit proteſtans deſiſtere a
proteſtatione. dic quod non ſi forte aduerſarij in ali-
quo intersit propter aliquas expenſas factas occaſione
proteſtationis:niſi forte refundat illas. per id,quod hẽ
in c.interpoſita.ĩ.de app.vbi autem aduerſarij,non in-
terſit,an tunc poſſit deſiſtere.conclude ꝙ ſi proteſtãs ꝓ
duxit teſtes ad reprobandum perſonas teſtium,contra
quas facta eſt proteſtatio: & tunc etiam non poteſt de-
ſiſtere inuito aduerſario , ex eo, quia tales teſtes qui
producuntur per proteſtantem iurant dicere veritatẽ
pro vtraque parte.vt no.ſ.eo.fraternitatis. & ſic poteſt
eſſe,ꝙ forte dicet in fauorem illius contra quem facta
eſt proteſtatio:& in fauorem teſtium contra quos eſt ꝓ
teſtatus:& ideo inuito aduerſario,non poteſt deſiſtere
a tali productione. per id quod habetur in auth.at qui
ſemel.C.quomodo,& qñ iudex. & idem videtur velle
Innocen.ſi forte proteſtans dixit ſe velle teſtes ſuper ꝓ
teſtatione,ſeu reprobatione producere. per dictam au-
then.at qui ſemel:Si autem non produxit proteſtans te
ſtes ſuper reprobatione:ſed forte vult reprobare per in
ſtrumentum,quod produxit.tunc dixit Inno.quod po-
teſt deſiſtere,ſi inſtrumentum ſolum faciebat in fauorẽ
proteſtãtis.Secus ſi feciſſet etiam in fauorem aduerſa-
rij:quia tunc non poſſet deſiſtere.argu. eorum, quæ ha
bẽtur.ĩ.de fide inſtru.imputari. Si autem nihil produ-
xit ad reprobationem teſtiũ:tunc aut vult deſiſtere à ꝓ
teſtatione,antequam teſtes contra quos facta eſt prote
ſtatio aliquid deponant,& tunc poteſt deſiſtere, cũ res
tunc videatur integra.per id,quod habetur in l.ſi quis
libellos canonizata.ij.q.vj.& C.de appel.l.ſi quis pro-
uocatione. Aut vult deſiſtere poſtquam teſtes contra
quos facta eſt proteſtatio depoſuerunt,& tunc non po-
teſt:quia non cenſetur res eſſe integra.nam non ceſſat
præſumptio,quæ eſt contra teſtem deponentem præce
dẽte proteſtatione contra eũ.de qua tangit hic glo.cir
ca finem.Et multo minus poſſet deſiſtere poſt publica
tionem.Et ex prædictis conſuluit Abbas , quòd quis
non proteſtetur contra teſtes , niſi poſt depoſitionem,
& ante publicationem. nam ex quò depoſitio præceſſit
proteſtationem,non eſt ſuſpicio contra teſtem. & hoc
ſequitur hic do.Ant.licèt Io.An. hoc non placeat . ſed
verius videtur dictum dñi Ant. per rationem prędictã,
& quia hoc non videtur prohiberi apponere poſt depo
ſitionem teſtis:ſed ſolum poſt publicationem. vt patet
ex litera.¶Item prædicta vera,qñ ille qui producit te-
ſtes ſuper principali,non impugnat reprobationem, q̃
facit proteſtans, ſi autem ipſam impugnaret : & ſic in
conſequentiam approbaret illos contra quos fit prote
ſtatio:tunc dicunt aliqui,ꝙ omnino plene crederetur
etiam pro proteſtante:ex quò producens approbat eos
pro ſe.ſupple etiam poſt proteſtationem.argu. eorum,
quæ habentur.iij.q.viij.cuius in agendo. & facit quod
notat Cy.in l.ſi quis teſtibus.C.eo. ſed contrarium hic
ſequitur dñs Ant.quia ſi proteſtans nixus eſt reproba-
re teſtes,non eſt conueniens, quod pro eo credatur,li-
cèt ſuccubuerit.per id quod habetur in l.alia.C.de his
quib.vt indig.& per id,quod etiam tetigit hic gl.& q.a
etiam non ceſſat ſuſpicio contra teſtem, ex quò poſt ꝓ
teſtationẽ depoſuit. vt patet ex ſuperius dictis.¶Item
aduerte quod vbi poteſt deſiſti a proteſtatione , Tacite
videtur illi renuntiari , ſi petat teſtem pro ſe interroga
ri.argum.d.l.ſi quis canonizate.iiij.q.iij.ſecus ſi prote-
ſtans facit rubricas cõtra aduerſarium ex dictis teſtiũ,
ſcilicet contra quos eſt proteſtatus,quia non videtur ꝑ
hoc renuntiare proteſtationi ſecundum Inno. cum lici
tum ſit aliorum autoritatibus vti ad illos conuincen-
dos.xxxvij.diſt.ſi quid veri. ſecus ſm eum ſi faciat ru-
bricas pro ſe,ſeu pro iure ſuo : quia tunc bene videbiẽ
renuntiaſſe ſecundum Inno.ſaltem ſecundum opi.quæ
habet in nullo credatur pro proteſtante.Sed certe,vt di
xi ſuperius poſt publicatas atteſtationes quo tempore
fiunt rubricæ,ſeu allegationes ex dictis teſtium,nõ eſt
licitum renuntiare proteſtationi,& ideo nõ iuuaret ip-
ſum ꝓteſtantem talis renuntiatio. per ea,quæ.ſ.dixi.
ſed quatenus ageretur de eius præiudicio poſſet tunc
renuntiatio ſibi nocere. arg.eorum,quæ habentur in l.
de ætate.§.j.ff.de interro.act.& quod no.in c.fi.ſ.de cõ
feſ.¶Item adde quia voluit hic Inno.quod proteſtatio
de qua

de qua hic non iuuet protestantem nisi pars cōsentiat,
vel nisi subsit aliqua iusta causa protestandi,per id, qđ
habetur in c.cum.M.s̄.de constit.¶Sed certè ibi prote
statio est contra ius:& contraria facto,ideo non valet,
sed hic est secundū ius,& approbata a iure in casu isto.
Ideo valet etiam si aduersarius contradicat, & licèt de
alia causa non appareat tempore protestationis.¶Item
adde,quia tenuit Cy.in dicta.l.si quis,& etiam Io.An.
in additio.Spec.in titu.de teste.§.sæpè.versi.sed quid si
7 cum.quod si ille contra quem testis est productus† ac-
ceptauit dictum testis quatenus pro se facit,quòd si po
stea velit personam illius testis etiā in alia causa repro-
bare non poterit,& hoc si egebat dicto illius testis, qa
aliàs fortè sine illo non benè probabat intentionē suā:
secus si sine illo probabat suam intentionem, quia tūc
benè poterit eū reprobare,saltem in alia causa,& istud
sequitur hic etiam dominus Ant.sed forte istud dictum
non est uerum: quia siue indigerent dicto huius testis,
siue non.ex quò vtitur eius dicto: & sic approbat perso
nam testis.non videtur quod possit postea illam repro
bare.per d.l.si quis.quæ indistinctè loquitur, & sic in-
distinctè debet intelligi.xix.dis.in c.si Romanorum.cū
concordan. ¶Vltimo adde inquantum gl.j.in fi.dixit.
8 †quod potest quis desistere a productione instrumēti,
si arguatur de falsitate.nam illud est verum, nisi dicere
tur producentem falso fabricasse ipsum instrumētum:
quia tunc non euaderet pœnam desistendo ab vsu in-
strumenti.secus quando ipse non fabricauit.l. qui fal-
sam.ff.de fal.& l.si falsos.C.de fal.vbi est casus. Et no.
q vbi opponitur de falsitate contra instrumentum, si
pars producens desistit ab vsu videtur tacitè fateri in-
strumentum falsum. ideo non poterit vti etiam in alia
instantia.l.tertię.C.de fide instru. & in Spec.de instru.
edic.§.instrumentum.ver.item opponitur, quod aduer
sarius.& ibi per Io.And.in addi. Secus si producens de
sistat ab vsu instrumenti eo casu, quo non opponebat
falsitās contra instrumentum. vt nota.gl.in d.l.ij.

*SVMMARIVM.*

1 *Testes pauci possunt esse tanta autoritatis, quod præferentur pluribus. & nume.7.*
2 *Probationis quis sit finis.*
3 *Testes an, & quando debeant ad concordiam reduci ne incidant in falsū.*
4 *Sorte dirimi, an debeant iudicium, quando dubium est super facto.*
5 *Instrumentum, si contradicat instrumento, quod præferendum sit.*
6 *Testes vtriusque partis, si sint æquales standum est testibus facientibus pro reo.*

1 IN nostra præsentia. Si te-
stes a
diuersis producti sint æquales honesta-
tis statur maiori numero,aliàs præuale
re poterit pauciorum autoritas.h.d. Et
primo prēmittit factum,& diffinitionis
causam.secundo ibi,mandamus.dat mandatum bimē-
bre,& secūdum membrum ibi, si vero. ¶No.quod vbi
testes unius partis contradicunt testibus alterius, non
semper statur dictis illorum qui sunt plures numero:
sed demum quando sunt æqualis conditionis. ¶Item
1 no.†quod tanta potest esse autoritas testium paucior̄ū:
quod præferuntur etiam testibus qui sunt plures nu-
mero,& præsertim qñ dicunt verisimiliora, & aptiora
negotio de quo quæritur,facit, quod habet̄ in l.ob car
men.§.fi.ff.de testi.& s̄.titu.proxi.in c.licèt causam. &
dicuntur deponere verisimiliora,quando deponunt su
per eo.super quo concordat ius commune:vt no.Inno.
j.de præscrip.auditis.& glo.s̄.de elec. cum ecclesia.&
2 Io.And.hic.¶Item no.finem probationis†quia est ani
mum iudicis,& eius motum inducere ad firmiter cre-
dendum.ita fore est vt probatum. de quo per Bar.in l.
3 admonendi.ff.de iureiuran. ¶In gl.ibi:non valet † po-
test tamen reduci dictum eius ad concordiam ne inci-
dat in periurium,vel falsum, si aliquo modo hoc fieri
possit arg.c.cum tu.s̄.e.& ibi dictum fuit. secus si adeo
manifesta esset contrarietas,quod non possit reduci ad
concordiam.¶In ea.gl.ibi:si vero vnus testis omisit.gl.
aliud membrum, videlicet quando vnus contradicit
pluribus,sed contradicit vni alteri.quo casu dic,quòd
neutrius dicto statur:ex quò vnus impugnat alium sal
uo,nisi tanta esset autoritas alterius eorum, quod iu-
dex moueretur ad deferendum iuramentum, secundū
materiam.c.fi.j.de iureiur. An autem debeant reduci
ad concordiam,ne incidant in falsum, vel piurium.di-
ctum fuit in d.c.cum tu.¶In ea.gl.ibi:sed hoc non pla
cet.Nota bene quod vbi testes producuntur licèt sit cō
trarietas inter eos non est dr̄ia: an p̄ducunt̄ ab eadem
parte:an ab alia.& sic facit contra do. Ant.qui videtur
velle oppositum in c.cum tu.s̄.eo.vt ibi dixi. ¶In ead.
gl.ibi primo concordabit. No. bene ex ordine gl.quod
etiam vbi plures testes contradicunt paucioribus de-
bet primo fieri concordia,si potest:& sic nedum habet
locum concordia,qñ sunt æquales hinc & inde: sed &
qñ ex vna parte sunt plures.idem etiam voluit.j.gl.pe-
nul.licèt glo.& Inno.velit contrarium in c.cum cōtin-
gat.s̄.de offi.dele.sed istud videtur verius de iure per c.
cum tu.s̄.eo.ibi dixi quod intellige quo ad hoc,ne ille
pauciores incidant in piuriū,vel falsum non vt aliquid
probent.¶In ea.glo.ibi:diuidatur si potest.An hoc p̄-
cedat patebit statim ex infra dicendis.¶In eadem glo.
ibi:indiuisibilis . vt quia naturaliter diuidi non potest
sine corruptione,vt hō,uel equus,& idem si sit indiuisi
bilis ex iuris dispositione,vt vir,& vxor,qui non debēt
ad inuicē separari.vt C.cōia vtriusq; iudi.in l. possessio
nē.aliàs pone exēplū in seruitute. q sui natura est indi
uidua.l.ij.ff.de uer.ob.& ī libertate,& seruitute.vt in l.
cū filius.de leg.ij. ¶In ead. gl.ibi gratificare. alij dicūt
quod si sit casus in quo expressè permittatur gratifica-
tio potest procedere,quod dixit glo. aliàs poterit adiu-
dicari tota res vni,& ille condemnari in parte ęstima-
4 tionis alteri arg.l.cum filius.ff.de leg.ij. ¶†In eadē gl.
ibi:dirimetur res forte.sed certe,non videtur pro diffi-
nitione causæ recurrendom ad iudicium sortis . vbi est
dubium super facto. vt estglo. nota.in l.j.C.vti pos.&
facit quod dixi in c.licèt causam.s̄.de proba.vnde licèt
docto.videantur transire cum gl.tamen de iure videre
tur verius,quod reus absoluatur ab vtroque. nam pro-
pter probationes contrarias, non videtur aliquis eorū
plenè probasse,& ideo videtur,quod reus in dubio de-
beat absolui.per id, quod habetur in l.qui accusare.C.
de eden.& s̄.de causa pos.cum ecclesia. vel forte pos-
set dici,quod si alter eorum prius uenit ad sententiam,
quod p̄ illo debet fieri executio,præstita tñ ab eo cau-
tione de defendēdo reū contra alium agentem.per id,
quod habetur in l.penul.ff.de peti.hær.& in l.is a quo.
ff.de rei uendi.ubi autem eodem tempore feratur pro
utroque potest dici,quod tunc in executione se impe
diant, uel poterit reus consentire, quod fiat executio
pro vno p̄stita sibi cautione abillo de defendendo cum
ab alia parte p̄ leges p̄alle.nā ex quo sunt diuersæ,p̄so
næ,&sic sunt diuersæ instantiæ nō ur̄, q probatio facta
per unum tollatur per probationes alterius factas. per
regulam res inter alios acta.& facit.c.cum inter uos.j.
de re iudi.¶In ea.gl.ibi de probationibus tertio.Quid
5 autem si †instrumentum contradicat instrumento,nec
possint reduci ad concordiam.dic ut habetur in Spec.
de instru.edic.§. instrumentum, versi.sed pone.ubi di-
cit præferendum esse instrumētū quod a magis fide di
gno producitur,uel est scriptum, aliàs cæteris paribus
præua-

a Si testes: Idem ī effectu summāt.d.Ab. & Fel.licèt Fel. p̄ alia verba idē tamen sonantia.

prævalebit instrumentum quod continebit absolutio
nem altero cõtinente obligationem, argu.l.Arrianus.
ff.de act.& obli. ¶In ea.gl.ibi:detur meliori.forte pos-
set dici,quod deberet adiudicari illi, qui prius perue-
nisset ad sententiam.per id,quod.s̃.dixi in simili. & p
id,quod habetur in d.l.penul.ff.de peti.hære.Illud vi-
detur procedere vbi imminet periculum animarũ:put
hic imminet, non videretur, quod neutri dari debeat
inuita muliere, sed ea volente possit procedere, quod
dixi:quia potest mulier cõsentire in eum cum quo nõ
præcessit matrimonium.de hac qõne vide Ioã. An.post
Host.super rub.de spon.duorum. ¶In ea.glo.in fi.Te-
ne glo.licèt Host. videatur aliter dixisse: sed non bene
6 per ea,quæ habentur in tex.isto.† vbi autẽ essent ęqua
les videretur standum testibus facientibus pro reo. vt
voluit Io.in c.clerici.lxxxj.dist.Vel dic, quòd glo.pro-
cedit per rationem suam in casu suo licèt idem Io.alio
casu loquatur,scilicet,quando testes actoris,& rei sunt
pares, & directè contradicunt, & non quando indire-
ctè.Et adde in eo,qđ supradixit gl.qñ vnus testis cõtra-
dicit pluribus,quod gl.procedit, quãdo directè contra
dicit.nam secus si duo deponeret super mutuo,& unus
deponeret super exceptione pacti de non petendo: q:a
tunc non tollitur dictum illius testis:sed probat semi-
plenè pactum de non petendo:& ideo tunc potest esse
locus delationi iuramenti.vt not.Io.An.in c.fi.j̃.de in-
7 reiur.& Cy.in l.in bonę fidei.C.de iureiur.¶†In gl.fi.
ibi:tunc præfertur numerus.Host. dicit glo. esse contra
text. qui expresè vult quod autoritas debeat præferri
cuicunque multitudini.nam & secundum cum potius
debet credi duobus testibus fide dignis,& magnę auto
ritatis,quàm centum vilibus ribaldis:non respondet ta
men ad c.ecclesia uestra.sed posses dicere, quod ibi lo-
quitur in casu,in quo actus debet esse factus a maiori,
& seniori parte capituli.ut in c.quia propter.de elec. &
ideo si alterum eorum deficiat,non ualet actus ubi nu
merus multum excedat, & dicitur multum excedere.
prout hodie est declaratum,quando in duplum exce-
dit.ut in c.si quando.de ele.in vj.Posses cõcordare opi.
quia si testes qui sunt in numero multo plures sint vi-
lis conditionis:vt in exemplo,quod posuit Host. tunc
procedat opi.Host. sed si testes non essent vilis condi-
tionis:sed tamen non essent tantæ autoritatis, quantæ
sunt testes pauciores.tunc possit procedere opi.gl.quia
tanta posset esse autoritas, quod iudex debebit præfer-
re pauciores ipsis pluribus, dummodo non multum
excedant:& forte dicentur in multum excedere, quan
do in duplo excedent alios in numero argumẽ. dicto
c.si quando.

*S V M M A R I V M.*

1 *Literis delegatorum, an sit credendum.*
2 *Testimonium de auditu, an sit sufficiens.*
3 *Probatio testium, quando admittitur post conclusionem in causa.*
4 *Laici, & fœminæ admittuntur contra electum in episcopum ad proban-*
*dum defectum irregularitatis.*
5 *Purgare se potest per presbyteros electus in episcopum.*
6 *Negatiua coarctata ad factum certarum personarum est probabilis.*
7 *Falsans literas apostolicas qua pœna puniatur.*
8 *Testimonium de auditu utrum ualeat.*
9 *Testis interrogatus de causa scientiæ, si dixit, quia præsens fuit, & uidit,*
*an probet, & quid econtra.*
10 *Criminosus, non repellitur ab excipiendo, sed a testificando.*

a Ad probãdũ. idẽ summatie. hic d. Ab & Faly.

1 TAm literis. Ad probandum[a] impedimẽ
tum electi tam laici, quàm
clerici, etiam fœminæ admittuntur. hoc di-
cit.¶Et primo ponit, quòd probauerunt testes
contra electum.Secunda ibi: quia vero super articulo
bigamiæ mandat laicos,& fœminas recipi, & impediẽ
tes excommunicari,& ponit quid fieri debeat illa non
probata,& etiam quid fieri debeat illa probata. Tertia
ibi:Archipresbyterũ ponit pœnam archipresbyteri, &
sacristæ ratione delicti, & falsitatis per eos commissi.
1 ¶Not.quod † literis delegatorum videtur credendum
præsertim quando referunt negotium ad superiorẽ, de
2 quo in c.post cessionem.s̃.ti.j.¶Item no.quod†regula-
liter testimonium de auditu non est sufficiens proba-
tio.de quo in j.gl.& s̃.eo.pręterea.vbi etiam dictũ fuit,
& etiam per glo.& Archidiaconum.xxij. q.v. in c.hoc
videtur.xxij.q.ix.testes.¶Item no.quod fama regulari
ter non probat de quo.s̃.eo.veniens, & per Bar. in l.de
minore.§.tormenta.ff.de quæstio.¶Item not. quod te
stes singulares non probant.facit.s̃. de elec. bonæ.el.j.
3 ¶†Item no.quod interdum etiam post conclusionẽ in
cã.quinimo post relationem factam superiori admitti-
tur probatio,scilicet,quando non stetit per probare vo
lentem:sed iniustè fuit repulsus. facit quod nota. p gl.
4 in c.ex conquestione.s̃.de restitu.spol.¶†Item not. qđ
contra electum etiam episcopum ad probandum de-
fectum irregularitatis oppositum contra illum ad-
mittãtur etiam laici,& fœminæ.¶Item not. quod sicut
propter infamiam delicti, sic & propter infamiam defe
ctus imponi debet purgatio, & similiter propter defe-
ctum infirmitatis.vij.q.ij.c.fina.& j̃.de purga.cano.ac
5 cedens.¶†Item no.quod non est necesse quod quis se
purget per alios eiusdem ordinis,vnde electus in Epi-
scopũ necessario non hẽt se purgare etiã per alios Epi
scopos:imo videtur posse se purgare etiam per p̃sby-
teros,vel diaconos bonæ famæ,qui notam habent cõ-
uersationẽ ipsius qui debet se purgare.facit quod legiẽ,
& notatur.j̃.de purga.cano.cum.P.¶Item nota.quod
falsum committit destinans literas sub nomine capitu
6 li,si ipsum totum,vel maior pars non cõsentit. ¶†Item
no.ꝙ negatiua coarctata ad factum certarum persona-
rum videtur esse probabilis.de quo in gl.fi.& s̃.de pro-
7 ba.in c.tertio.¶†Vltimo no.pœnam falsarij literarum
aliarum,quàm apostolicarum,quæ autem sit pœna fal
santis literas apostolicas habetur in c.falsariorum.j̃.de
cri.falsi.& vr̃ velle hic d. Ant. post Ioan.An. ꝙ hic nõ
sint isti suspensi ipso iure per c.ad falsariorum. sed de-
beant suspendi,& demum denuntiari esse suspensi. &
sic intelligit,& supplet istum tex.sed potes dicere,ꝙ in
c.ad falsariorum.loquitur de vtente falsis literis, quod
bene est suspendus.vt ibi:sed hic loquitur de fabrican-
te falsas literas sub nomine alterius, quàm Papæ quo
casu vr̃,ꝙ ipso iure sit suspensus per istum tex.Tene tñ
menti dictum do.Ant.& præcipuè,quia in pœnis con-
sueuit fieri mitior interp̃tatio.de re iud.in pœnis.li.vj.
8 ¶†In gl. j.ibi:præsumptione violẽta. exemplum patet
ex nota.per glo.in d.c.dixit.vt quando vir stetit absens
per annum,& vltra:& reuersus reperit mulierem præ-
gnantem:nam præsumitur adulterium commissum,&
potest agere ad separationem tori. ad c. autem pręte-
rea.s̃.eo.dic vt ibi dictum fuit, & cõclude, quod vbi te
stis deponit per sensum auditus p̃prij super eo,de quo
probando quæritur.& est tale,quod per dictũ sensum
auditus percipitur:tunc valet testimonium de auditu.
exemplum, si dicat testis, quod Titius promisit Seio
decem:& quia audiuit ipsum promittere. facit ad præ
dicta,quod notauit Inno.j̃.eo.cum causam.& quod ha
betur in l.j.§.j.ff.de verb.ob. Et per prædicta etiam vr̃
quod si testes audiuerunt verba contrahentium, licèt
cortina esset in medio, dummodo habeant voces con-
trahentium notas,valebit testimonium,si deponant se
audiuisse Titium promittere Seio decem, vel aliud si-
mile.de quo per gl. in l.ij.§.idẽ labeo.ff.de aqua plu.
arcen. & etiam tangitur per gloss.in c.testes.iiij.q.ix.
Aut testes deponunt per sensum auditus super actu p
ximo

ximo actui.de quo probando agitur.vt si deponunt,qđ
audiuerunt aliquos carnaliter cõmisceri ad finem pro
bandi actũ copule carnalis,non autẽ dicũt se vidisse.&
hoc casu tale testimonium de per se non probat: sed cũ
fama,& alijs adminiculis sic.vt probatur in d.c.præte-
rea.Qñq; vero testes deponunt se audiuisse ab alio ali
quid fuisse dictum,vel factum,& istud est proprie testi
monium de auditu auditus,quod regulariter non pro-
bat.vt no.gl.in c.hoc vr̃.xxij.q.v.uide in casibus præ-
cedentibus non est proprie testimonium de auditu au
ditus.In causa tñ matrimoniali est speciale, quod in-
terdum recipitur testimonium de auditu auditus.vt s̃.
co.c.in c.quoties.& j̃.eo.licèt ex quadam . & similiter
est speciale:vbi agitur de factis ualde antiquis.vt in l.si
arbiter.ff.de proba.& in c.quid per nouale.de ver.sig.
9 & eo.tit.veniens cũ ibi not.per Inn.lib.xj.¶† Quid au
tem si testis interrogatus an Titius promiserit seio decẽ
respondit , quod sic, interrogatus de causa scientiæ re-
spondet,quia præsens fuit,& vidit:an ꝓbet testimoniũ
eius:videtur,ꝙ non,quia Titiũ promittere seio decẽ nõ
percipit per sensum visus,sed per sensum auditus, con
trarium cõmuniter tenet̃ , quia sensus visus videt̃ esse
generalis ad omnẽ sensum, vt est gl. valde notabilis.in
c.testes præallega.iij.q.ix.& not.etiam Cy. in l. testiũ.
C.eo.& Archidiaconus in d.c.hoc videtur , & notatur
etiam in Spe.de teste.§.j.versi.item,quod non probet .
¶Quid autem econtra si dicat se audiuisse id,quod ꝑ-
cipit ꝑ visum, puta quia interrogatus an Titius ingres-
sus fuerit talem domum, vel talem possessionem respõ
dit,quod sic,& interrogatus de causa scientiæ respon-
dit,quia audiuit ipsum ingredi:an probet:do.Anto.hie
videtur velle,quod sic,quia secundũ eũ sensus audit⁹
non excludit visum.sed contrarium voluit Archi.in d.
c.hoc uidetur.& videtur quod melius: quia licèt repe-
riatur in sensu visus quod sit generalis ad alios sensus:
non tamen sic reperitur in sensu auditus.facit quod no
ta.Inn.in d.c.cum causam.j̃.eo.¶In gl.ij.in fi.Abb.di-
cebat idem in causa criminali ciuiliter mota:& quia il-
le qui inculpat̃ de crimine p̃sumitur melius scire veri-
tatem,sibi defertur iuramentum.nam & in mera ciuili
defertur,ei qui melius nonit veritatem. vt not.in c.ulti
mo.hic alleg.Host.uero concordabat opi.quia si ageba
tur ciuiliter de crimine ad pœnam pecuniariam. idem
quod in m era ciuili.secus si ad aliam pœnam , ut erat
hic,de quo dicendũ,vt plene notat̃ in d.c.ult.& ꝑ Bar.
in l.marius.ff.de quæstio.¶In gl.tales. in fi.Not. bene
10 ex tex.coniuncta hac glo.quod†licèt criminosus nõ re
pellatur ab excipiendo.j̃.de excep. cum inter.tamen re
pellitur a testificando super crimine opposito etiam ꝑ
modũ exceptionis,quod est notãdum. licèt alij teneãt
contrarium,& non bene per istum tex.¶In gl. siue lai-
cos.ibi non admittitur in crimine. hoc verum de iure
canonico,sed de iure ciuili admittitur mulier in testẽ
etiam si criminaliter agitur.ut no.in c.forus.circa fi.al
legato in gl.& dixi.circa fi.s̃.eo.qm̃. ¶In gl.fi.ibi : uel
quoties.Istam dicit Inno.posse dici directam probatio
nem,& præcedentem indirectam.& de materia nega-
tiue qualiter possit probari.plene no.in c.bonæ. el j. ꝑ
gl.& per Ioan.And.

*S V M M A R I V M.*

1 *Locus si sit tutus procuratori sufficit:licèt non sit tutus parti principali ter citate.*
2 *Testes non coguntur ire extra prouinciam.*
3 *Contumax in processu est iterato citandus ad sententiam audiendam.*
4 *Singularis de ecclesia potest agere pro iure ecclesiæ.*
5 *Sententia lata contra particularem de ecclesia, an præiudicet alteri volenti agere nomine ecclesiæ*
6 *Singularis de ecclesia si repetat male alienata, an teneatur se defendere, vel ecclesiam,si reconueniatur, vel satisdare de defendendo in causa reconuentionis.*
7 *Vacante sede, an possit agi pro iuribus ecclesiæ.*
8 *Dictio maxime quid importet.*

2 Vm olim. In causa [a] liberali contra
contumacem etiam lite
non contestata recipiuntur testes.h.d.¶Et
primo prima pars decisè narrat factum.Se- a In cã idẽ hic sũmat d. Abb. & do. Fely.
cunda ibi:mandamus.dat iudices quibus committit re
ceptionem testium,& prouidit quid per eos agendum
sit reo contumace.¶No.quod particularis persona de
ecclesia videtur agere posse ꝓ iuribus ecclesiæ.de quo
hic per gl.& Inno.& j̃.de rebus eccle. non alie.in c. si
quis presbyterorum.& per Lapum in suis alle. allega-
tione.lj.vbi multum insistit circa materiã istã.¶No.ij.
1 quod†sufficit locum esse tutum procuratori : licèt non
tutus parti principaliter citatę. ad hoc vt arctetur ad cõ
parendum saltem per procuratorem.de quo in c. que-
relam.s̃.de procur.& per gl.s̃. de elec. bonæ.el.j. ¶Itẽ
2 nota.† testes recipiendos in prouincia in qua sunt,&
sic vr̃, ꝙ non cogantur ire extra prouinciam. de quo in
c.statutum.§.proferendos.de rescrip.lib.vj. & in auth.
apud eloquentissimum.C.de fide instru. & iiij.q.iij.§.
item in criminali.ver.ventris. ¶Item nota.quod super
causa status ecclesiæ partibus præsentibus non proce-
ditur ad diffinitiuam,lite non contestata,sed altera ab-
sente sic.¶Item no.quod delegatus,vt causam audiat,
& instructam transmittat superiori potest partibus sta-
tuere terminum peremptorium ad sententiam audien
dam per superiorem ferẽdam.¶Et nota quod sola ter-
mini statuitio,non censetur peremptoria, nisi hoc ex-
primatur.facit quod notatur per Inno. in c.ad petitio-
nem.j̃.de accusa.secus tamen est, quando monitio iu-
dicis fit inter præsentes:quia illa habet vim perempto-
rij etiam si non exprimatur:vt est gl. valde notabilis.in
c.consuluit.de offic.delega. & est tex.cum glo.in l.ij.
3 C.quõ,& quando iud.¶Item not.quod†contumax.in
processu iterato est citandus ad sententiam audiendã.
de quo in tex.& glo.in c.eum qui.de dolo,& contu.li
bro.vj.& in Specu.de citatio.§.viso.versi.item licet. &
etiam tangitur in dicto.c.consuluit. ¶In glo.j.in fin.&
secundum intellectum Archdia.prosequebatur inter-
esse publicum,& agebat super statu ecclesię petens eã
pronuntiari liberam, & exemptam a iurisdictione Ar-
chiepiscopi Cantuarieñ. ¶ Alius fuit intellectus quẽ
tangit hic Innoc.quòd Archidiaconus hic principali-
ter,non egerit,sed impetrauerit inquisitionem fieri su-
per statu ecclesiæ:& illam inquisitionem per Papã cõ-
missam quibusdam ipse prosequebatur.sed iste intelle
ctus nõ bene percipitur ex litera:& sic videtur aliqua-
liter diuinare.¶Tertius fuit intellectus Host. qđ hic
Archid.nedum prosequeretur interesse publicum: sed
etiam priuatum:quia dicebat ad se spectare vacante se
de Viennensi custodiam Episcopatus: & etiam colla-
tionem beneficiorum,& institutionem pręsentatorũ ,
& etiã exercere iurisdictionem Episcopalem . Sed Ar-
chiepiscopus Cantuariensis dicebat prædicta ad se spe
ctare:sed certè istè intellectus:non bene colligitur ex li
tera,& videtur aliqualiter diuinare, ideo melior vide-
tur intellectus gl.qui etiam est notabilior. ¶In glo.ij.
ibi.§.quoties.sed potes dicere,quod ille.§. potius con
cordat,quia ibi fauore libertatis conseruandæ potest
vnus patronorum impedire , ne libertus reuocetur in
seruitutem propter ingratitudinem commissam : sicut
etiam fauore libertatis potest coniuncta persona agere
pro coniuncta.l.j. & ij.ff.de libe.cau. nam videtur ibi
versarii interesse publicum cũ intersit reipublice plu-
res esse liberos homines.l.j.ff.sol.mat. secus quando
persona vellet prosequi vtilitatem priuatam coniũctæ
personæ

perſonæ, quia tunc licèt poſſit agere preter mãdatum,
non tñ ɔtra mandatũ.vt l.põponius.§.vlt.ff. de procur.
4 ¶Et no.ex gl.†quod particularis de eccleſia poteſt age
re pro iure eccleſiæ,ſuper quo conclude,ꝙ ſi vult age-
re accuſando,vel denuntiando faciẽtes cõtra vtilitatẽ
eccleſię poteſt ꝑ id, quod habetur ij.q.vij.quapropter.
imo interdum punitur ſi nõ reſiſtat,vt in c.generali de
elec.in vj.& c.ij.de re.ecc.non alie.eo.lib.Item ſi velit
impetrare inquiſitionem,& illam ꝓſequi,vt hic eſt ca
ſus ſecundum unum intellectũ.nã iſtę videntur viæ pu
blicę,& quodammodo populares, & ideo ad illas ad-
mittitur quilibet de eccleſia.Itẽ ſi vult venire ad defen
ſionem cõtra agentẽ cõtra eccleſiã,nam admittet̃ ẽt ſi-
ne mãdato ꝓlati,vel capituli dũmodo ſatiſdet de iudi-
cato ſoluendo.l.minor.§.qñ.ff.de procu.& nota.in c.j.
ad fi.ſ.de procu.Si autem aliàs vult agere pro iuribus,
rebus eccleſiæ ſine mandato prælati, vel capituli:tũc ſi
vult agere ꝓ reuocãdis rebus malè alienatis,poteſt &
per c.ſi quis presbyterorum.de rebus eccle. non alie.&
ſatis dr̃ res male alienata, ſi etiam poſſeſſio tantum ſit
male occupata,vt no.Inno.in c.Epiſcopi.ĩ.de reb.eccl.
non alie.idem videt̃ ſi velit agere ſuper ſtatu eccleſiæ,
ne trahatur in priorem ſtatum.vt hic dixit gl.& ſatis ꝓ
batur in tex.iſto.Et ꝑ hoc videt̃,ꝙ clericus poterit age
re pro prælato ſuo indebitè incarcerato, quia ſi poteſt
agere,vt reuocetur poſſeſſio malè occupata,multo for-
tius poterit agere pro perſona prælati malè occupata.
argu.xii.q.j.præcipimus.ubi autem uult agere pro re-
bus aliis,vel iuribus,tunc ſi prælatus,& capitulum ſint
negligentes poteſt. vt hic colligitur ſm unum intelle-
ctum.prout hic tangit Inno.aliàs ſecus.& poterit appa
rere de negligentia,ſi ter fuerunt moniti,& neglixerũt.
ſupra de ſupplé.negli.præla.c.j.vel ſi non ꝓſequuntur
iura eccleſiæ,& habuerunt ſpatiũ, & tp̃s ad proſequẽ-
dũ,ut hic tangit Inno.& plenè etiam per Lapum in al-
leg.ij.& poterit nomine eccleſiæ agere:licèt aliqui di-
cant,ꝙ nomine ſuo,pro ſuo videlicet intereſſe,tanquã
vnus de eccleſia debeat agere:ſed certe primum ſuſti
neri poteſt per nota.per Inno.hic.ſupra de proba.ex li-
teris.& de cauſa poſ.cum ſuper. & de reſtitu.ſpo. lite-
ris.Tutius tamen eſt, vt hic. voluit Innocen. quod non
exprimat cuius nomine agat. concludat tamen rem,
vel ius reſtitui,vel adiudicari eccleſię.& ſuper hoc mul
tum inſiſtit Lapus in dicta allegatione.& etiam hic ꝓ-
ſequitur do.Ant.& videtur quod poſſit conſtituere ꝓ-
curatorem etiam ante lit.cont.vt not.Pau.in clem.j.de
reſcri.& Spe.in tit.de procu.§.ij.ver. quod ſi.(ADDI
Hoc dictum non eſt ſine dubitatione, propter not.in l.
neque.C.de procur.& in c.j.de procur.lib.vj.Sed fortè
poſſet dici,quod in his caſibus tanquam legitimus ad-
miniſtrator poſſit etiam ante lit.cõte.procuratorem cõ
ſtituere.arg.l.j.& quod ibi not.C.de bo. mater.TIO.)
5 ¶†An autẽ ſententia lata cõtra particularẽ de eccleſia
præiudicet alteri volenti agere nomine eccleſiæ. dic ꝙ
ſic,niſi in duobus caſibus,qui ponuntur per glo.in c.cũ
dilecti.ad fi.ſ.de elec.ſ.qñ ille ꝙ poſtea vult agere igno
rauit primũ agere:& vult proſequi etiam proprium in-
tereſſe.uel ſi docet de colluſione primi. facit,quod no.
6 gl.in c.cupientes.§.cæterũ.ad fi.de ele.lib.vj.¶†An au
tẽ ſi particularis de eccleſia repetat male alienata.cogi
tur tunc defendere ſe vel eccleſiam,ſi reconueniat̃,vel
ſatiſdare de defendendo in cauſa reconuentionis.Vin-
cen.hic tenuit qđ non.ne aliàs fortè retrahat̃ ab agẽdo
pro eccleſia ad repetendas res eccleſiæ malè alienatas.
arg.l.ij.§.ſed ſi agant.ff.de iudi.nam videtur quodam-
modo proſequi iniuriam illatam eccleſię.ideo videtur,
ꝙ non teneatur reſpondere in cauſa reconuentionis.
arg.d.§.ſed ſi agam.& hoc etiam tenuit Spec.in ti.de re
conuentione.§.ij.ver.ſed pone aliquis.& iſtud commu
niter tenetur,licèt d.Ant.hic videat̃ hoc limitare: vt
nõ poſſit recõueniri,ſi reconueniatur noĩe ſuo:ſecus ſi
noĩe eccleſiæ.arg.decre.frequẽs.de reſt. ſpo.in vj: ſed
certe illa decre.non ur̃ loqui in caſu iſto,& de ipſius in
tellectu dicendum eſt,ut ibi nota. ideo tutius uidetur
tenere opi.Vin.quæ communis eſt,ut prædixi,& quod
dixi ſupra ſententiam latam cũ particulari de eccleſia
regulariter nocere alijs,uerũ eſt,ſi fuit proſecutus publi
cũ intereſſe eccleſiæ:ſecus ſi proprium, & particulare.
facit,quod dixi poſt Hoſt.ſuper prima gl.nã tũc nõ no
ceret uolẽti:poſt ea proſequi ius publicũ eccleſiæ. arg.
7 c.cum inter uos.ĩ.de re.iud.¶† An autẽ ſede uacante
poſſit agi pro iuribus eccleſiæ,dic, ꝙ non regulariter ꝑ
id,quod habetur in c.j.ij.& iij.ĩ. ne ſede uacan. Fallit
quando eſſet quæſtio,quæ commodius tractaret̃ ſede
uacante,quàm illa plena,ut patet ex not.per gloſſ.in c.
cum dilectus.ſ.de conſue.¶Et adde etiam prædictis,
quod licèt principalis prælatus eccleſiæ poſſit agere ꝓ
membris ſibi ſubiectis,ut in clemẽ.j.de reſcrip.& ſ. de
iudi.cum deputata.tamen ſecus eſt in alio prælato in-
feriore eiuſdem eccleſiæ.ut notatur per dominos de Ro
ta in ſua cõcluſione cccc xvi.Et adde etiam, quod ſede
uacante poteſt quis agere pro iuribus eccleſiæ,ſi proſe-
quatur proprium intereſſe: ut faciebat hic Archi.ſecun
dum intellectum Hoſti.de quo dixi ſuper gloſſ.i.¶In
gl.fina.ibi:de ea mentionem feciſſet.& ſic uult glo.qđ
appellatione ſententiæ in dubio intelligatur de diffini-
tiua:niſi aliud exprimatur,& hoc etiam apertius dixit
8 glo.in l.i.§.biduum.ff.quando appell.ſit.¶†In eadem
gl.ibi:maximè,id eſt tantum.hæc expoſitio uiolat lite-
ram,quia dictio maximè, ſui natura eſt implicatiua. ut
no.gl.in l.illud.ff.ad le.aquil.& ſupra. de filiis presby.
ad abolendam.ideo gloſ.finaliter.ut ſequitur,tenet pri
mam lecturam ſuperius poſitam in gloſſ. Innoc. uero
hic ponebat tertiam ſcilicet,qđ ideo hic nõ fuit neceſ-
ſaria litis conteſtatio,quia procedebatur per uiam inq-
ſitionis. ut dixi poſt eum ſuper primo glo.facit, ut lite
non conteſt.qñ.§.ſunt,& alij.& licèt, quãdo ſuperior
ex officio inquirit nullo alio proſequente inquiſitionẽ
non poſſit fieri conteſtatio:quia tunc non eſt cum quo
fiat, cum fama ſuccedat loco accuſatoris.ĩ. de accu.
qualiter,& quando:el ij.an quando ſpecialiter impetra
uit,& proſequitur inquiſitionem poteſt cum illo fieri
conteſtatio:ut hic patet.licèt etiam hoc caſu contra cõ
tumacem poſſit procedi lite non conteſtata. ut etiã eſt
hic caſus ſm iſtũ intellectũ:facit quod not.ĩ.eo.cũ cla-
mor.dicit etiam hic Inno. quòd ſi agitur de reiteratio-
ne contractus initi ꝑ prælatũ ad præiudiciũ eccleſiæ cõ
tradicente capitulo,uel aliquo de eccleſia, ſi contradi-
citur ex cauſa rationabili poteſt peti reuocatio etiã ci-
tra appellationẽ, & litis conteſtationem, per id qđ hr̃
in c.i.de his,quæ fiunt a maio. parte capi.uidet̃.n.tũc
contractus fuiſſe nullus, & ꝑ conſequens peti poſſe ꝑ
ipſum declarari nullum, & quatenus de facto ꝓceſſit
reuocari.facit, quod no.in c. dilecto.de app. & qđ no-
tatur per Bar.in l.quæ ſub cõdõne.§.fi.ff.de condi.inſt.

§ SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis ſubſequens ſponſalia de futuro maximè iterata facit trã-ſire in matrimonium.*
2 *Excipiens non videtur confiteri.*
3 *Negatus contractus a loco, & tempore poteſt probari.*
4 *Publicatis atteſtationibus admittitur probatio per teſtes ſuper articulo indirectè contrario.*
5 *Publicatio atteſtationũ ad hoc, vt excludat facultatem probandi per te-ſtes requiritur, quod ſolenniter ſit facta.*
6 *Turpitudinem ſuam allegare, an liceat.*
7 *Teſtes ſi inducuntur ad reprobationem aliorum, licitum eſt etiam ſuper eo-dem articulo producere teſtes ad confirmationem primorum.*

Exte-

EX tenore nostrarum. Publi-
a catis [a] attestationibus falsitas priorũ te
stium potest indirectè probari.h.d.¶Et
sunt duæ partes principales. nã primo
ponitur iudicum consultatio. In secun
da Papæ responsio.Secunda ibi:nos inquisitioni prima
facit plura.nam ponit causæ delegationẽ mulieris pe-
titionẽ,viri negationẽ ac exceptionẽ,& allegationẽ.Itẽ
mulieris replicationẽ,uiri duplicationẽ,& iudicũ dubi
1 tationẽ:prout patet ex lr̃a.¶No.ꝙ†copula carnalis sub
sequens sponsalia de futuro maximè iurata facit transi
re in in matrimonium. de quo in c.is qui.j̃.de sponsa.
¶Not.secundo cautelam in practica opponendæ exce
ptionis:s.vt prius neget reus intentionem agẽtis, & de
mum adijciat ꝙ inquantum appareret vera esse narra-
ta per actorem proponit exceptionem.& hoc casu cla-
2 rum est†quod excipiẽs, non dr̃ confiteri. de quo in c.
cũ venerabilis.j̃.de exce.& per gl.in c. exceptionem.j̃.
de reg.iur.in vj.ibi tñ dicit gl.quod si ista practica indif
ferenter seruaretur doceret mentiri interdum,vt si nega-
retur id,quod esset verum,& ideo nõ sp est amplectẽ-
da ꝑꝑ periculum peccati,facit quod no.gl.in c.j.de cõ-
fes.in vj.vbi ponit de procuratoribus,& aduocatis,qui
dicunt clientulis,qui hñt rñdere positionibus,si confi-
tearis perdes causam:sed non dicunt, si neges ꝑdes ani
mam, ideo debet potius quis caute loqui quantũ põt
ne incurrat pẽtm̄, & etiam ne sibi præiudicet. facit ad
materiam qđ not.gl.de elect.cupientes. circa prin.libr.
vj.& quod dixi in c.j.ad finem.de mutuis petitio. ¶Itẽ
3 no.quod†vbi negatiua est coarctata certo loco, & tem
pore, potest probari saltem indirectè.l.optimam.C.de
contrahen.& cõmit.stip.de quo in c.bonæ. el j.de ele.
facit etiã qđ notatur.per gl.in l.pãtonius.§.rei.ff.de ac
4 qui.hære.¶Item no. quod etiam†publicatis attestatio
nibus admittitur probatio per testes super articulo in-
directè contrario, & nulla est specialitas hoc casu in
matrimonio.facit,quod hr̃ in clemen. testibus. eo. tit.
5 ¶†Vltimo no. ꝙ ad hoc vt publicatio attestationũ fa-
cta excludat facultatem probandi per testes exigitur,ꝙ
solenniter sit facta.de quo dictũ fuit.s̃.eo.series.hoc tñ
casu non excludit probationẽ super articulo indirectè
contrario.vt prædixi. ¶In gl.pe.ibi.l.j.in fin.& de ista
6 materia,an liceat† allegare suam turpitudinem [b] tangi
b tur in d.c.inter dilectos.de quo etiam per Bar.in l.iusiu
randum.§.procurator.ff.de iureiuran. & facit quod no
tatur per Innocen.in c.dudum.el ij.s̃.de elec.¶In glo.
fina.ibi:super ueteri uero non:sed nonne satis videtur
esse super ueteri hic, ex quò articulus modo probãdus
est illi contrarius?certe videretur dicendum, ꝙ sic ꝑ ea
quæ dicta fuerunt in c. fraternitatis. propter hoc dice-
bat Host.ꝙ ideo hic admittuntur testes post publicatas
attestationes,quia producebantur ad falsitatem probã-
dam,quæ potest probari etiam post sententiam.s̃. titu.
proxi.licèt.& sic multofortius ante sententiam, & post
publicationem.Sed certe non est licitum probare fal-
sitatem directam,& post sententiam, nisi allegaret̃ fal-
sitas cum corruptione.ut in d.c.licèt.& notatur.per gl.
in clemen.testibus.eo.titu. ideo dic pro tanto hic ad-
mittitur probatio per testes post publicatas attestatio-
nes:quia agitur de probanda falsitate priorum testiũ
indirectè:& ideo censetur esse nouus articulus. ex quò
ille qui modo vult producere testes.non potuit instrui
ex articulo aduersarij super eo, super quo deposuerũt
testes.& ideo non est sibi quod imputandũ,si non ꝓdu
xit aliquos testes añ publicationẽ suꝑ eo, suꝑ quo de-
posuerunt testes aduersarij:licèt cũ articulus viri:id est
istius militis de quo in litera contineret matrimonium
contractum cum B.muliere:quia tamen in illo nõ ex-
primebatur certus locus, & certum tempus, in quibus
matrimonium ipsum esset contractum non fuit impu
tandum ipsi.B.mulieri,si non produxit testes super cer
to loco,& tempore.& ideo si testis ipsius militis in eo-
rum dictis exprimunt certum locum,& tempus, admit
titur mulier ad probandum contrarium per testes in-
directe.secus si articulo militis fuisset expressum cer-
tum tempus:& etiam locus,& testes suꝑ illo deposuis-
sent.nam si mulier postea vellet probare contrarium,
non audiretur,quia articulus esset tunc directo contra
rius,& esset quid imputandum sibi,ex quò fuit præui-
sa per articulum militis.secus vbi non est præuisa,vt q a
non est facta expressio in articulo militis, licèt testes in
eorum dictis postea exprimant. nam tunc poterit indi-
rectè probari cõtrarium,& etiã interdũ directè, vt si ex
cipiatur instrumentum productum esse falsum,& suꝑ
isto articulo producto testes ipso aliter nõ specificato:
nam si testes dicant vera esse contenta in articulo:& sic
instrumentum esse falsum, & interrogati de causa sciẽ-
tiæ dicant:quia notarius erat mortuus, ante diem con
fectionis instrumenti.nam poterit aduersarius testibus
publicatis probare,quod imo viuebat,& sic directè op
positum,& hoc ideo,quia non potuit instrui ex articu-
lo aduersarij sic in genere formato,vt voluit Ioã.An.in
addi.Spec.in titu.de teste.§.sæpe. ad principium & fa-
cit,ꝙ ipse no.eod.tit.§.iam de interrogatorijs,suꝑ uer.
item,quod non debet,& sic nõ attenditur timor subor
nationis etiam post publicatas attestationes,quando il
le qui vult producere testes super eo,super quo vult ꝓ-
ducere non potuit instrui ex articulo aduersarij, quod
tene menti.¶In ea.gloss.ibi:uiro probare præsentiam.
7 ¶Nota bene,quod ubi inducuntur testes† ad reproba-
tionem aliorum licitum est etiam super eodem articu-
lo producere testes ad confirmationem primorum,nõ
obstante publicatione:quia non est imputandum volẽ
ti confirmare,cum nesciret,an aduersarius vellet repro
bare.facit,quod notatur.j̃.eo.cum clamor.

a Publicatis. Nulla est diuersitas inter.d. Ab.& hũc in summa tiõe huius ca. licèt.d. Fely. alio modo summet.

SVMMARIVM.

1 *Pendente petitorio, potest accumulari possessorium, & suspendi petitoriũ etiam post receptionem testium.*
2 *Petitori suspensio quando possessorium accumulatur durat donec durat examinatio possessorij, & etiam donec finitum sit possessorium, si non liquet de petitorio.*
3 *Appellationi renuntiare uidetur, qui post appellationem interpositam facit actum coram iudice a quo.*
4 *Probationes iudiciales inducunt notorium, si est conclusum in causa.*
5 *Petitorium, quando est prius intentatum, non debet postea agi possessorio recuperandæ, nisi prius renuntiet iudicio proprietatis.*
6 *Conditio litem contestantis, non efficitur deterior per contestationem.*
7 *Commissum voluntati alicuius intelligitur de voluntate rationabili.*

b Allegare suã turpitudinẽ. vide ꝑ d.Ias. de May.in §. ꝓcurator.huc all. in ix.colũ. post pri.& per d.Fel.in l. lator. infra de re iudi.

c SIgnificauerunt. Si sine causa [c] denege-
tur quarta dilatio peti-
ta cũ solennitate legali potest appellari.hoc dicit.
¶Et in prima appellantis decisa narratio. In secũ
da appellationis commissio. secunda ibi: mandamus.
1 ¶†Nota quòd pendente petitorio etiã post receptionẽ
testiũ suꝑ illo potest accumulari possessorium, & suspẽ
di petitorium:nec mirum, quia quandocunque ante cõ
clusionem in causa petitorij potest accumulari posses-
sorium,& suspendi petitorium.s̃.de caus.poss.in c.pa-
storalis.¶Item no. ꝙ ubi petitio, quæ fit a a iudice est
approbata a iure communi,si reijcitur uidetur pars gra
uari,& si appelletur vr̃ iustificari appellatio ex sola re-
iectione petitionis,nisi aliter iustificetur ipsa reiectio.
¶Item no.ꝙ ius agendi possessorio competens præde-
cessori transit ad vniuersalem successorem. de quo in
glo.& s̃.de iudi.quia.v.& de resti.spo.sæpe.¶Item no.

c Si sine cã. idem sum mat hic.d. Fel. & Ab. licèt alijs verbis idẽ in effectu.

quòd a grauamine illato, etiam in iudicio possesso-
rio, potest appellari de iure canoni. de quo.in capi-
tulo cum ad sedem. de restitutione spoliatorum.
¶ Item nota, quòd tempus appellationis interponé-
dæ currit a die latæ sententiæ interlocutoriæ, & etiam
decem dierum sicut in diffinitiua.facit.ĩ.de appell.cor-
di.lib.vj.¶ Item no.ꝙ non sufficit appellantem docere
se appellare, nisi probet etiam infra decem dies appel-
lasse.facit.ĩ.de appel.Romana.§.si vero vocatis. libr.vj.
¶ Item no.casum in quo licite denegatur quarta pro-
ductio, etiam si petatur cum solennitate legali: scilicet
quando repellitur propter refrenandam multitudinem
testium:& sic nota, ꝙ propter sufficientem productionẽ
excludi potest quis a facultate producendi testes. facit
2 quod habetur.supra.eo.in c.de testibus. ¶ † Item nota
quousque durat suspensio petitorij, quando possesso-
rium fuit postea accumulatum: quia durat suspensio pe
titorij, donec durat examinatio possessorij: & etiã do-
nec sit finitum possessorium, si non liquet de petito-
rio: aliàs solum durat donec durat examinatio possesso
rij. nam postea si liquet etiam de petitorio vtrunq, si-
mul terminabitur ex ordine tamen secundum ea, q̃
habentur.s̃.de cau.pos.cũ dilectus. ¶ Et not.ꝙ etiã post
accumulationem possessorij accumulati ante conclu-
sionẽ in causa ipsius petitorii põt postea liquere de peti
torio, quod potest contingere, si partes concludant in
causa ipsius petitorij, post conclusionem in causa pos-
sessorij: uel etiam præcedente suspensione petitorij, dũ
examinatur possessorium.facit, quod tangetur cum gl.
penul. ¶ In glo.ij.in fine. Sed certe licèt scienter rem re-
cipiat singularis successor: non tamen tenetur interdi-
cto vnde vi, sed bene tenetur condictione ex decre. sæ-
pe.vt ibi etiam notatur secundum verum intellectum.
¶ In gl.infra decem.ibi: transit in rem iudicatam. sup-
ple quantum ad præiudicium partium: sed non quan-
tum ad iudicem.ĩ.de appella.cum cessante.cum ibi no
3 tatis.& in l.quod iussit.ff.de re iudi. ¶ † Et aduerte qđ
licèt vbi quis post appellationẽ interpositam facit actũ
coram iudice, a quo videatur appellationi renuntiare.s̃.
e.cũ venisset.& de offi.delega.gratum. & idem si pen-
dente tempore dato ad appellandum si actus qui fit
per partem tendit ad executionem iudicati.l.ad solutio
nem.C.de re iudica. tamen secus est, qñ actus fit pen-
dente tempore dato ad appelldum ab interlocutoria,
& non intendit in executionem iudicati, seu ipsius in-
terlocutoriæ. exemplum, si iudex me grauauit per suã
interlocutoriã postea assignat mihi aliquam dilationẽ
ad aliquem articulum expediendum pendente termi-
non dato appellandũ. nam licèt acceptem potero ap-
pellare. si sum infra decem dies, quia non videor con-
sentire, cum inuitus video. facere, quia sum adhuc sub
eius iurisdictione, ex quò nondum appellaui. & sic ha
beo illi parere.l.inter stipulantem. §.j.ff.de verborum
obli.vt hic notabiliter voluit Io.And. post Host. ꝙ no.
diligenter pro limitatione dictorum iurium. dicit tamẽ
ꝙ de cautela esset, vt etiam dicã sic. dñe iudex grauastis
me per talem interlocutoriam quare dilationem mihi
assignatam recipio: saluo iure appellandi infra decem
dies. super quo, an mihi expediat appellare volo, deli-
berare. facit.s̃.eodem.præsentium.vtile est enim prote-
statio prædicta per præallegatum capitulum. ¶ In glo.
condemnantes.ibi: per relationem. vel sequendo istum
intellectum potes dicere, ꝙ detulerunt appellationi.
Ideo ad eos non fit restitutio.ĩ.de appella.cum appella
tionibus friuolis.lib.vj.& procedit iste intellectus, &
præcedens secundum expositionem præcedentis glos.
in ver.in probatione. sed si exponas, ꝙ loquatur de pro-
batione super negotio principali: & vt quia iudices ap-
pellationis dederunt quartam dilationẽ cum solenni-
tate legali: quia non repererunt causam mistam fuisse
illam denegandi, si deficiant testes in probatione nego
tij principalis, condemnabitur pars monachorũ in expẽ
sis, nec fiet remissio ad primos iudices, quia appellatio
fuit iusta stante dubio, an testes qui debebant produci
data quarta dilatione postea probarent, uel non. nam
non debuit denegari stante dicto dubio. ideo appellatio
fuit iusta, licèt postea contingat testes non probare. &
ideo non fuit facta remissio. ¶ Et prosequitur hic Inn.
an vbi vere subest causa repellendi quartam productio
nem petitam cum solennitate legali, an si denegetur cã
non expressa: vel etiam expressa, sed nõ cognito de ea.
an appellatio censeatur iusta, & ponit opiniones. fina-
liter Ioan.An.post Host.tenet sufficere causam subesse.
licèt non exprimatur, dummodo de illa postea constet
4 coram iudice ad quem.per c.sicut.ĩ.de re iudic. ¶ † In
gl.penul.in fi.No. bene ꝙ licèt probationes iudiciales
inducant notorium.ĩ. de coha.cleri. & mulie.in c.fina.
istud est verum, si est conclusum in causa: ita ꝙ ammo-
do aliquid opponi non potest.& ita etiam tenent do.de
Rota in sua conclu. ccclxxx. aliàs.cccxliij. quæ incipit:
item si conferatur. sed obstat huic glo. ꝙ si conclusum
erat in causa proprietatis: ergo non potuit accumulari
possessorium.s̃.de cau.poss.pastoralis. sed solue intelli-
gendo gl.ꝙ nunc tempore ferendæ sententiæ in posses-
sorio erat bene conclusum in petitorio: sed non tempo-
re, quo fuit accumulatum possessorium: & sic postea pẽ
dente suspensione in possessorio, vel etiam post conclu
sionem factam in illo fuit conclusum in petitorio. ¶ In
glo.fi.sm Legistas.qui dicunt &c.No. diligẽter ex hac
glo. quæ videtur intelligere illud. quod dicunt Legistæ
5 † ꝙ qñ prius intentatum est petitorium. non debet po-
stea agi possessorio recuperandæ per eundem: nisi prius
renuntiet iudicio proprietatis. de quo tangitur in c.pa-
storalis.de cau.poss.& proprie.in l.cum fundum.§.fi.ff.
de vi & vi ar.ꝙ illud debet intelligi quo ad hoc, vt re-
nuntietur iudicio: id est instantiæ proprietatis: sed bene
poterit in alia instantia nona finito possessorio agi. qđ
tene menti. nam alij videntur intelligere, ꝙ rõne cõtra
rietatis est necesse, quod ex toto renuntiet iudicio, &
iuri proprietatis nedum instantiæ. de quo in l.naturali-
ter.§.nihil commune.de acq.pos.per gl.& Bart. Sed de
iure canonico, non renuntiatur etiam instantiæ. ideo ad
ad illam potest rediri. verum est tamen, ꝙ obtinens in
possessorio, qui prius erat actor in iudicio proprietatis,
modo censebitur reus scđm vnã opi.de quo in præal-
lega.c.pastoralis. ¶ In eadem glo. in fi. Et sic vult glo.ꝙ
fructus spectent ad moniales, qui fuerunt percepti a tẽ
pore deiectionis, vsque ad tempus litis contesta. super
ꝓprietate. sed fructus postea percepti spectabũt ad mo-
nachos si obtineant monachi super proprietate: & im-
putent sibi, quare non dimiserunt sibi petitorium: & so
lummodo egerunt possessorio prout facere debebant
secundum consilium.l. is qui destinauit.ff.de rei ven-
ditio. imo plus videtur ꝙ etiam fructus percepti a tem
pore deiectionis tanquam extantes debeãt spectare ad
monachos: quia licèt quo ad fructus consumptos fiat
differentia inter malæfidei possessorem, & bonæfidei.
¶ Et in bonæfidei, an fuerunt recepti ante lit. conte-
sta. vel post litem contest. censetur quilibet malæfidei.
l.certum.C.de rei vendi. & l. fructus. & l. ex diuerso.
ff.de rei vendi. & supra de restitu. spolia. grauis. cum
ibi notatis. tamen quò ad extantes omnes possessores
sunt pares: quia illi debent restitui vincenti in pro-
prietate. & hoc tenent etiam do.de Rota. etiam in causa
beneficiali in sua concl.cccxcvij.aliàs.ccxciij. facit qđ
no.gl.s̃.de causa poss.cum super.in gl.ij.& eo.tit.pasto
ralis.in gl.penulti. ¶ Et no.diligenter istã gl. quæ aper-
te decidit, ꝙ sicut litis contesta. constituit malæfidei
possesso-

possessorem ad commodum petentis, ita econtra peten
tem ad cõmodum possessoris, & cum ista gl. transeunt
communiter canonistæ, & do. de Rota in dicta conclu.
Sed fortè de iure non est verum per. l. non solet. ff. de re
gu. iuris. vbi aperte dicitur, ꝙ per cõtestationẽ nõ solet
6 fieri † deterior conditio litem contestantis, & ideo cũ
non reperiar illã regulã in hoc vitiatã non videt̃ disce
dendum ab illa, & sic videtur contestatio solum nocere
ipsi reo. Et adde prædictis, quod not. do. de Rota in sua
conclusio. cccxiij. vbi dicunt, quod inuito illo qui obti
nuit in possessorio recuperandę nõ debet audiri aduer
sarius volens prosequi petitorium vbi rem restituat cũ
fructibus, & expensis in odium ipsius spoliantis: secus si
agens possessorio succubuisset, & fuisset condemnatus
in expensis, quia si velit redire ad petitorium poterit ẽt
non solutis expensis victoriæ in possessorio aduersario.
nam sufficiet aduersario, quod poterit petere executio-
nem sententiæ contra eum: non autem per exceptionẽ
poterit repellere a prosecutione petitorij, quia hoc non
reperitur iure cautum secundum eos. ¶ Item attende, ꝙ
si pars petat quartam dilationem cum solennitate lega
li, & subiungat, quod si denegauerit illam ex nunc ap-
pellat, non valet appellatio, quia videtur fieri a futuro
grauamine hic notabiliter, vt dicit Inn. ideo debet expe
ctare, an iudex cõcedet illã, an verò deneget, & si dene
get tunc postea poterit appellare. facit, ꝙ notat̃ p Inno.
in c. super eo. & c. dilecto. j. de appellatio. vbi autem iu
dex denegasset illam si pars dicat: domine iudex graua
stis me denegando quartam dilationẽ: ideo peto, quod
reuocetis grauamen, & nisi reuocaueritis appello: benè
valebit appellatio, ex quò procedit grauamen. vt hic ẽt
tangit Inno. nam illa verba nisi reuocaueritis, &c. viden
tur apponi ad cautelam, & ob reuerẽtiam iudicis: ideo
non nocent. facit, quod habetur in l. qui mutuam. §. non
7 ideo. ff. mandati. ¶ † Vltimo no. diligenter, quia videtur
hic, velle Hostien. quod quando committitur aliquid
voluntati alicuius intelligitur esse commissum volunta
ti scilicet rationabili, & sic nõ mere voluntati, sed con-
trarium videtur probari in l. fideicommissaria libertas.
ff. de fideicommis. liberta. & notat Barto. in l. si sic. ff. de
lega. j. & in extrauagan. ad reprimendam. in verbo vide
bitur. vbi dicit, quod, quando committitur voluntati
alicuius videtur commissum libere voluntati dummo-
do cesset dolus. l. creditor. §. lucius. ff. mandati. secus,
quando committitur aliquid in arbitrium alterius, vel
per verba sapientia arbitrium boni viri, & quæ sint illa
exprimuntur per Bar. in d. l. si sic, & in præalleg a. extra-
uagan. & sic aliud videtur esse aliquid committere sim
pliciter in voluntate alterius, aliud in volũtatẽ rationa-
bilẽ, quia ista verba vltima sonant cõmissionem esse fa
ctam tãquam in arbitrium boni viri. Sed potes saluare
dictũ Hostiẽ. ꝙ procedat quando aliquid cõmittitur vo
luntati eius, qui habet iustitiam ministrare puta iudi-
cis: quia tunc intelligetur de voluntate rationabili, &
non de mera voluntate, & hoc casu propriè videtur lo
qui Hosti. qui se refert ad tex. istum, qui loquitur de iu-
dice ibi: dum dicit super eo, quod voluerint.

*SVMMARIUM.*

1 *Testis debet reddere causam sui dicti, & nu. 5.*
2 *Multitudo effrenata testium repellitur.*
3 *Attestationes coràm vno iudice receptæ si non fuerint publicatæ non poterunt inuita altera partium coram alio iudice publicari.*
4 *Attestationes inualide possunt ex consensu partium validari, & nume ro. 12.*
6 *Testis, an teneatur respondere vtrum sit criminosus, aut periurus, vel talis, qui non possit testificari.*
7 *Ordinandus, an debeat confiteri crimen suum.*
8 *Testes, an debeant cognoscere partes.*
9 *Testes si discordant in loco, vel tempore non probant.*
10 *Testis secundo inductus si dicit contrarium eius, quod primo dixit, non valet dictum suum.*
11 *Testis non iuratus si deponat falsum in iudicio, an debebit puniri pœna falsi.*
13 *Testes, an debeant in causis esse omnino concordes.*
14 *Testis vnus si deponat per visum, alter per auditum, an probent.*
15 *Notarius potest solum conficere instrumentum de his, quæ percipit per visum, vel auditum.*
16 *Notarius qualiter potest conficere instrumentum inter duos diuersarum linguarum.*

a Vm causam quæ. Diligenter examindi,
sunt testes, & puniendi, qui eos impediunt.
testium multitudo per iudicem est refrenã
da. hoc dicit. ¶ Et tres sunt partes, sicut sunt tria princi
palia dicta, quę patent ex summario. secunda ibi: quod.
si. tertia ibi: volentes. ¶ In tex. ibi dum dicit commune
fauentię, & j. deciditur, quod habet̃ in c. licèt causam.
in princi. s. de probationi. quia causa erat super iurisdi
tione honore, & districtu cuiusdam ville, & castri orio
li, & causa ista primo loco fuit delegata Episcopo Fer-
rariensi, & Abbati Pomposiano, coram quibus fuit p
cessum, & aliqui testes recepti, licèt non publicati, de-
mum causa fuit reuocata ad curiam, & corã Papa fue-
runt procuratores partium, qui petebant se admitti ad
producendos testes, quos habebant in partibus, & ideo
Papa prouidit, ut sequitur. ¶ Nota, quod licèt in fa-
cultate iudicis sit. committere articulum examina-
tionis testium. tamen conueniens est, ꝙ sine causa non
faciat, & causa legitima est, quando testes sunt in lon-
ginquis partibus a loco iudicii. facit, qđ habetur. j. de fi
deius. peruenit. & c. constitutus. & etiã quãdo iudex es-
set multis aliis occupatus. facit, qđ hr̃ in c. cum olim.
j. de re iudi. & qđ no. per Bar. in l. qđ iussit. ff. de re iudi.
¶ Item no. ꝙ eodem tempore potest statui terminus ad
producendos testes, tam probatorios, q̃ reprobatorios
personarum: pręsertim, quando de longinquo debent
recipi. & sic facit, quod exceptio reprobatoria testiũ,
& eius probatio statim debeat admitti, quando testes
de longinquo debẽt recipi ne partes multis vicibus co
gantur ad locum accedere. de quo in gl. 1. & s. c. ex par-
te. ¶ Itẽ no. ꝙ officium examinatoris testiũ uersat̃ prin-
cipaliter circa duo. primo, q a hẽt interrogare de his, q̃
exprimunt̃ in litera. scđo, quia habet rescribere supe-
riori cãs, & circũstantias: de quibus testificati sunt te-
stes, de quo p Inn. s. de prob. c. qm̃ ꝯtra falsam. vbi etiã
tangit, an si uideat testem vacillanter loqui debeat etiã
1 id significare superiori. ¶ † Item no. ꝙ testis dẽt reddere
causam sui dicti. de quo hic in gl. & supra. de rescri. si
quãdo. & hic ẽt plenè per Inn. qui pseqũ qualiter dcat
causam assignare. de quo ẽt in Spec. de teste. §. nunc tra-
ctandũ. ver. vt autẽ. & eo. ti. §. 1. ver. item, quòd interro-
gatus. & ver. sed quid si causa. ¶ Item no. ꝙ iudex po-
test cõpellere testes, & etiam impedientes eos. de quo
2 facit. supra. de off. delega. in c. 1. ¶ † Item no. vnam cau-
sam impedientem facultatẽ producendi testes, vt quã-
do esset multitudo ineffrenata, & q̃ vellet pars pduce-
re. Et dr̃ multitudo ineffrenata, quãdo excedit nume-
rũ. xl. & hoc in casu isto. nã interdũ ex qualitate cãę po
terit etiã iudex arbitrari minorẽ numerũ. ut tãgitur hic
3 in gl. pe. ¶ † Item no. ꝙ attestationes corã uno iudice re
cepte si non fuerunt publicatæ, non poterunt inuita al
tera partium coram alio iudice publicari. & sic corã
alio non facient fidem ẽt inter easdẽ personas, nisi utra
que pars ꝯsentiat, ut publicẽtur. ut hic est tex. notabi. Il
cèt Barto. aliter dixerit ĩ l. ij. ff. iudica. solui. & dixi. s. c.
in c. cãm q̃. el. 1. dictũ tamen Bart. uidetur posse saluari
quando essent mortui. arg. l. fi. C. de testi. ubi aũt fuis

a Diligenter. Super hoc c. vide hic tres distin. quas ponit do. Hé. Boyc. valde vtiles.

sent publicate benè facerent fidem inter easdem perso
nas coram alio iudice,vt in d.c.causam.¶ Vltimo not.
4 ꝙ†attestationes inualide possunt ex consensu partium
validari,facit,quod habetur.ĩ.ca.proxi.¶In glo.j.in fi-
ne dic,vt plenè dictum fuit in d.c.ex parte,illud tamen
videtur esse clarũ,quod vbi exceptio ex toto non habet
repellere testẽ,sed detrahere fidei eius, ꝙ tunc debet re
seruari in tẽpus disputationis,vt hic voluit Gof. & fuit
de mente gl.in ver.si ex leui.vbi autẽ ex toto habet re-
pellere,videtur velle gl.quod regulariter habeat differ-
ri in tp̃s disputationis:nisi in casibus positis in gl. q̃bus
potest addi casus,qñ testes de longinquo essent recipiẽ
di,per id,ꝙ dixi in notabi.vel quãdo obijceret̃ excõica
tio cõtra testẽ,propter periculũ cõionis tñ.Io.An. dixit
arbitrariũ esse regulariter,an statim admittat̃ exceptio:
an verò differatur in tempus disputationis.Dic, vt ple-
5 nè dictum fuit in d.c.ex parte ade.s̃.eo.¶†In gl.de cau
sis in fi.No.benè diligenter ex gl. quod non valet dictũ
testis si interrogetur de causa,& illam non reddit,secus
si non fuerit interrogatus:quia tunc valet de quo etiam
per gl.s̃.de rescriptis.si quãdo,& C.de testibus in l.solã,
vbi etiam per gl.& Bar.& in Specu.de teste.§.j.ver. itẽ,
quod interrogatus,& sequenti.Sed limita primũ dictũ:
nisi dictum testis haberet in se causam annexam, vt q̃a
dixit se vidisse Titium mutuare seio.x.nam si interroge
tur de causa scientię,licèt aliter non reddat,valebit di-
ctum eius,quia habet in se causam annexam.¶ Item li
mita secundum dictum,nisi testis deponat super his, q̃
percipit ipse testis iudicio rationis,& non immediatè ꝑ
sensum corporis,quia tunc non valet dictũ eius,si cau-
sam nõ assignat ẽt si nõ fuerit interrogatus,vt hic voluit
Inn.& etiam Bart.in d.l.solam & ideo si dicat Titiũ esse
dominũ talis rei,non valebit dictũ eius nisi assignet cau
sam per sensum corporeum,& sic nisi adijciat,quod vi-
dit eum emere rem illã,& tanto tempore tenere ꝑ sua,
qđ præscripsit,& ꝓsequitur hic Inn.quomodo testis de
bet per sensum corporeum reddere rationẽ dicti sui per
alterum ex quinq; sensibꝰ appropriatũ materiæ de qua
agitur,quod etiam ponit Specu.eo.titu.§. nunc tractan
dum.versi.vt autem.Et adde,quod dixi.s̃.eod.tam lite-
6 ris.super glos.j.¶†In gloss.de personis ibi non tenentur
respondere.& hoc tenuit Innocen.in c.ij.s̃.de confessis.
dicens hoc procedere etiam si interrogetur de crimine,
quod dicatur esse publicum,seu manifestum, licèt alij
contra,sed Barto.in l.marcellus.§.j.ff.rerum amota.vi-
detur tenere secundam opinionẽ,quia ex quò aliàs de-
tecta est turpitudo sua,& manifesta.nõ dicitur tunc te-
stis se prodere.facit,quod habetur in l.aliàs.ff.de iure-
iuran.& l.iusiurandum.§.procurator.eod.titu.Potest ta
men dici,quod Bar.in d.l.marcellus.non loquitur de in
terrogatione fienda a teste:sed de fienda a parte, contra
quam obiicitur.nam,licèt testis non teneatur,responde
re de crimine, quod contra eum obijcitur tamen tene-
tur pars quę testem producit respondere si hoc petatur,
quia propter iuramẽtum calumniæ pstitũ in quo inter
cætera capitula continetur, ꝙ non grauabit aduersariũ
in onere probandi:sed verum confitebitur, tenebitur re
spondere,vt etiam notat Specu.in tit.de teste.§. iam de
interrogato.versic.porrò.circa fi.secus in teste, quia nõ
debet cogi,cum istud sit extra articulũ,& de hoc ẽt non
agitur inter partes, & q̃a exceptio,quæ obijcitur cõtra
testem videtur potius obijci contra partẽ,facit, ꝙ habe-
tur in c.ij.ad fi.de ordi.cog.fatendũ est tamẽ,ꝙ si testis
interrogatus sponte respondeat, quod sit sibi præiudi-
cium:quia statur confessioni suæ cõtra ipsum testẽ,quæ
quò ad præiudiciũ ipsius testis nõ exigit iuramentũ, vt
notat Inn.in c.inquisitionis.ĩ.de accusa.põt tñ quæri a
teste in genere,an sit habilis ad testificãdũ, vel nõ,vt vo
luit glo.in c.quærendum.el.j.ij. qõ.vij.& similiter vi-
detur,ꝙ possit interrogari in genere,an sit criminosus,
vel non.arg.l.j.§. qui quæstionem. ff. de quæsti.& per
d,quod no.gl.in d.c. quærendum .& quia interrogari
põt,an sit honestæ vitę,& inculpatæ.an vero notatę,&
reprehensibilis.iiij.q.iij.testium.& l.iij.ff. de testi. quæ
verba satis in idẽ sonãt quantũ ad effectũ , ergo idẽ dẽt
dici utrobiq;.argu.l.fina.ff.mandati.& supra. de trãsla.
præla.in c.ij. sed in specie de crimine nõ videt̃ interro
gandus,& si interrogetur non tenetur respondere.s.an
illud ipse cõmisit:licèt si sponte respondeat,stetur suæ
cõfessioni,vt prædixi.de quo in Spe.eo.ti.§. iã de inter
7 rogatorijs.versi.sed nũquid.¶† An aũt ordinãdus dẽat
crimen commissum confiteri notatur per Inno.in c.du
dum.el.2.s̃.de electio.quia si est tale,qđ impedit ordi-
nis executionem etiam per paratam pœnitentiam dẽt
confiteri , aliàs non tenetur confiteri. An autem pars
tenet̃ respondere positioni criminosæ.notat̃ ꝑ Bart. in
d.l.Marcellus.& in Spe.de positionibus.§.vii.ver.xviii.
nec obstat p̃dictis.c.2.s̃.de confessis.quia intelligi dẽt,
ꝙ testis ibi sponte confessus fuit crimen. vt ibi no.Inn.
facit etiam ad materiam,quod notauit glo.in c.1. & 2.
8 de confessis. in 6.¶† In eadem gloss.in fine.Circa hoc,
an testes debeant cognoscere partes,conclude, quòd
aut quæritur de testibus ,qui sunt scripti in instrumẽ-
to,& tunc nõ est necesse. fallit in scriptis in instrumẽ-
to inuentarii,qđ cõficitur per heredem adeũtem here-
ditatem cum beneficio inuentarii.l.finali.§. sinautem .
cum ibi nota.per gloss.C.de iure deliberan. Interdum
tamen statuta prouident , quod saltem unus ex testi-
bus cognoscere debeat partes , & notàrius in subscri-
ptione de hoc faciat mentionem , & ità viget statu-
tum in ciuitate ista. Interdum verò testès volunt actua
liter deponere in iudicio:& tunc si uolsit de facto vtrius
que partis,puta,ꝙ Titius vendidit seio librum pro de-
cem,debent utrumque cognoscere. & ita intelligatur
gloss. hic posita. Si autem deponant de facto vnius
tantum,sufficit,ꝙ illũ cognoscant. licèt non cognoscãt
aduersarium,vt si deponant, quòd Titius possedit talẽ
rem spatio.x.annorum. nam tunc ex quò non deponit
de facto aduersarii non est necesse , quod illum cogno
scant. Interdum autem de neutrius facto deponunt: vt
si deponant quantum valuit frumentum tali tempore,
tunc non est necesse , quod aliquem ex litigantibus
cognoscãt ,ex quò de neutrius facto deponũt.vt ẽt hic
tangit do.Anto.& no.etiam per Bart.in d.l. fina.§. sin-
autem dubius. C. de iure deliberan. & tangitur etiam
ꝑ glo.in l.3.ff. de testi. ¶ In gloss. de loco. in fin. hr̃ in
hystoria Danielis. xiii.& tangitur per gl.in l.ob carmẽ.
ff.de testibus. ¶ In glo. de tempore. ibi non ualet eo
9 tum dictum.Nota benè † ꝙ vbi testes diuersificant in
tempore,vel loco,non valet testimonium, & ratio est ,
quia si actus est reiterabilis uident̃ deponere de diuer-
sis actibus. & ideo si sunt duo,quorũ vnus deponit de
vno tp̃e,vel loco,alius de alio,reddit̃ dictum cuiuslibet
singulare.iõ nõ probat. s̃.de elec.in c.bonę.el.j.Si vero
actus nõ est reiterabilis , & tũc sũt c̃rii:iõ tũc neutrius
dicto statut,vt dictum fuit.supra.eõ. in nostra. Si autẽ
testis interrogatus de tempore dicat se non recordari
non per hoc vitiatur eius testimonium.ĩ.de fide instru.
cum Ioãnes.qđ intellige uerum nisi tẽpus esset de sub
stãtia eius,de quo quæreretur,vt quia ageretur de pro-
bando aliquid factum esse certo die , & loco,ad finem
reprobandi testes aliàs productos secundũ ea,quæ hñr
supra.eo.ex tenore.nã, tũc si testis interrogatus de tp̃e.
dicat se non recordari,nõ valebit dictũ eius. vt notauit
Inn.ĩ.de accusa.qualiter.el 2.& facit,quod not.in l. te-
stium.C.eo.& scđm prędicta patet qualiter ex tempo-
re interdum reprobatur testimonium.Interdum, tñ vt
sequitur in gloss. reprobatur ex tempore:id est ex mora
inferendo

inferendo testimonio, vt quia testis interrogatus nimis tardat in respondendo, & cogitando super responso. nã suspicio est ne dicat falsum subornatus.facit, quod habetur.iij.qõ.iij.§.item in criminali.versic.item in testibus. similiter videtur esse suspectus, quando nimis cito respondet, per id, quod habetur in §.sed aliud.v.q.v.ideo debet tenere medium.l.distinc.in c.ponderet. ¶ In glo. compellas. in fin.Solue, vt colligitur ex ibi notatis, qa si impedimentum fit consentiẽte illo contra quem ꝓducuntur expressè, vel tacitè, vt quia scit, & non cõtradicit, tunc habẽtur pro productis cõtra eum: secus si impedimentum fieret eo contradicente, vel eo ignorante. quia tunc sibi non nocet, vt in c.quia præsulatus. allega.in gloss. ¶ In glo.penul.ibi, sed hoc potius. & sic videtur velle glo.quod sit in arbitrio iudicis etiam arbitrari minorem numerũ, quã xl.inspecta qualitate causę, & personarum facit, quod habetur.§.eo.de testibus, & c.significauerunt, quod intellige procedere extra casum istum.nam in casu huius capituli non poterit arbitrari minorem numerum.xl.propter expressam taxationem hic factam. ¶ In gl.fina.ibi ſ.eo.præsentata.sed certè illud.c.& l.vlti.C.eod.loquuntur, quando testes sunt recepti coram arbitro, sed vbi sunt recepti coram iudice, non videtur habere locum distinctio dictorum iurium, sed videtur, quod tunc testes recepti coram iudice inter easdem personas in alia instantia, dummodo ad idẽ agatur faciant fidem.§.eo.in c.causam quę el.j.& ibi ẽt dictum fuit, & propter hoc glo.fortè dedit aliam solutionem, seu expositionem in ver.vel dic, quæ etiam non videtur bona, vt tangit gloss. Ideo alij dixerunt, quòd hic fuerunt tres delegati sine clausula aliqua, & testes recepti coràm duobus, ideo non valebant.supra.de offi. deleg.causam matrimonij, & c.prudentiam. Sed ista expositio diuinat. Ideo potest tertio dici, quod vbi attestationes sunt publicatę benè probant in alia instantia, secus vbi non sunt publicatæ, quia tunc non probant vbi partes consentiant, vt hic colligitur, & dixi in d.c. causam.quæ videtur tamen, quod etiam altera parte inuita poterit peti publicatio coram alio in alia instantia, si testes nunc non viuant arg.c.præsentata.ſ.eo.& l.fi.C.
10 de testibus. ¶ † In ea.glo.in fi.Not.benè, quod vbi testis, secundo inductus dicit contrarium eius, quod primo dixit, nõ valet dictum suum.facit supra.eo. sicut nobis.Fallit si primum dictum sit nullum, quia tunc benè valebit secundum.idem tenuit Specu.eo.tit.§.j.ver. qd si idem testis, & sequen. & cum isto dicto transit etiam Ioan.And.& omnes canonistę, & videtur per hoc, quod si testis dicit primo vnum extra iudicium coram testib⁹ vel notario demum postea in iudicio dicat contrarium stabitur secundo dicto, quia primũ non valet, sed Bar. in l.eos.ff. de falsis tenet contrarium per illum text. & ideo dat cautelam, quando quis suspicatur ne testis variet, quòd habeat eum coram testibus extra iudicium, & notario, vel saltem coram testibus, & coram illis, interroget testem, & faciat eum respondere. nam si postea dicet contrarium in iudicio non valebit dictum, & poterit de falso redargui, sed fortè dictum huius glo. & canonistarum est verius, quia ex quo primum dictũ est nullũ, non debet præstare impedimentum secũdo de regu.iur.non præstat.lib.vj.& quia nõ sic libere loquitur testis coram parte, sicut loquitur iudici absente parte facit, quod no.glo.§.eod.præsentium.in prima glo.& ideo videtur potius standum secundo dicto. Nec ob.d.l.eos. quia loquit̃ qñ testis deponit contra scripturã suã suo sigillo sigillatam, quæ valebit contra eũ, & iõ tunc potest puniri de falso secus ergo, qñ non venit contra scripturam suo sigillo sigillatã, sed solum contra suũ dictũ extraiudiciale: & illud fortè seruaret in practica propter autoritatẽ istius glo.& gl.pe.in c.seq.& maximè, quia in dubio debet eligi opi. per quam mitior sit interpretatio de reg.iur.in pęnis.lib.vj.l.si pſcs, & l.si de interpre-
11 tatione.ff.de pęnis. ¶ † An antem si testis deponat in iudicio falsum non iuratus possit puniri pęna falsi. concludit Io.An.quod sic, post Richar.de Malum.in regu. non est sine culpa.de reg.iur.in vj. quia iuramentũ non est omnino de substantia testimonij.ſ.eo.tuis, & idẽ Bart. l.si quis legatum.ff.de fal.sec⁹ si deponeret falsum in iudicio nullo, vel coram tabellione extra iudiciũ, quia tunc deficit testimonium in sui substãtia, ex quò in iudicio valido non est receptum, vt plenè nota in d. reg.
12 non est, & sequitur etiam do.An.hic. ¶ † Et no.benè ex his quæ dicta sunt in prin.huius gl. quòd attestationes quæ non valent possunt ex consensu partiũ validari ad idem, quod habetur.ſ.c.proxi. ¶ Et per hoc videtur, ꝙ licẽt si iudex committat alicui receptionem testium, non possit ille commissarius alteri committere: qa certũ, & nudũ ministerium est sibi commissum.de offi. deleg. c. fina.tñ istud videt̃ verũ, nisi ex cõsensu partiũ hoc ꝓcedat, ꝙ est clarũ si interueniat cõsensus expressus, sed de tacito est dubium.nam Inn.hic refert opi.contrarias, & similiter do.Ant.& non decidit. Potes concordare, ꝙ si solum interueniat tacitus consensus ex eo, qa non contradicant, tunc fortè illud nõ sufficit, nã præsumẽdũ videtur, ꝙ forte putauerunt commissionẽ fieri posse pon⁹ q̃, quod velit consentire, sed si aliàs ex aliqubus indicijs possit apparere de eorũ tacito consensu, tunc illud sufficiat, uel fortè potest dici, quod cum in dubio ꝑsumant partes scire iura.si sint in loco vbi sit copia peritorũ facit, quod no.in l.in bonorum.ff.de bonorum possess. & quod notatur, etiã per Bar.in l.quod nerua.ff.deposi.si producat testes corã tali electo a cõmissario videant tacitè consentire sic valebit receptio. ¶ Item aduerte, ꝙ si testis, vel notarius cõmittat falsitatem in circunstantijs extrinsecis, quæ nõ tangunt negotium principale puta, ut, qa dicat aliquid actũ in tali domo sita in tali capella, & illa domus sit in alia capella, seu parochia non propter hoc uitiabitur dictum, uel instrumẽtum, ut hic uoluit do.Anto.& Innocen.in c.fraternitatis.ſ. de hære.& Bar.in d.l. eos.ff.de falsis. ¶ Item adde his, quę dixi super gl.in ver.de causis.quod quilibet testis in causa immediata sui sensus est cum altero singularis nam alius est uisus petri: alius uisus martini: licẽt super eodem deponant, ut nota.Bart.in l.j.in fi.ff. quemadmo-
13 dum testa.aper. ¶ † An autẽ in causis omnino debeant testes esse concordes. tetigit Inn.in c.qualiter. el.ij. de accu.ubi concludit, quod non semper est necesse, quod sint in causis concordes, si aliàs sint concordes in principali dicto, ut quando deponunt super aliquo uniuersali, puta super iurisditione, uel super iure decimandi, unde si testes concordant, quod talis exercuit iurisditionem in tali loco, uel, quod percepit decimas, sed unus testis dicit interrogatus de causa scientiæ, quod uidit reddere ipsum ius in causa inter Ioã.& Petrum, alter dicit, quod vidit reddere inter Seium, & Martinum, uel unus dicit, qꝺ uidit percipere decimam frumenti, alius decimam ordei. probabunt secundum eum cx quò concordant in principali dicto.glo.tñ videtur sentire cõtra in c.nihilominus.iij.q.ix.de quo etiam tetigi in l. inter
14 pares.ff.de re.iu.& in l.i.C.de testa.scd'm Bal. ¶ † Quid autem si vnus testis deponit per auditum: alter per visum, nunquid probent do.Ant.hic dicit, quod sic, & alleg.dictũ Io.iij.q.ix.§.de his, sed certè ibi Io.dicit oppositum, & etiã Io.An.hic.vnde concludit, ꝙ surdus, & cecus non poterunt probare contractũ factũ inter partes, & videtur hoc bene dictum, quia cõtractus percipit̃ ꝑ auditum, quo surdus caret ideo nõ põt testificari: sed si essent duo quorũ quilibet audiret, & videret tūc fortè si ambo cõcordarẽt de cõtractu, licẽt vn⁹ diceret de audi-

tu,quia audiuit partes ſic contrahere.Alius dicat, q̃a vi
dit partes ſic cõtrahere benè valeret teſtimoniũ , quia
ſenſus viſus tanquã generalis ẽt cõprehendit auditum
in eo,qui habet vtrũq; ſenſũ,vt voluit gl.in c.teſtes.iij.
q.ix.Qũo aũt quinq; ſunt corporis ſenſus ꝓſequit̃ hic
Inn.& gl.expreſſe ponit in l. ꝙ meo. §.ſi per venditorẽ.
15 ff.de acq.poſ.¶†Et no.benè,ꝙ licèt teſtis poſſit ꝑ quẽli
bet ex dictis ſenſibus teſtificari ſcd̃m ſubiectã materiã,
tñ notarius ſolũ põt cõficere inſtrumẽtũ de his,quę per
cipit per ſenſum viſus , & per ſenſum auditus , vt notat
Ioã.And.in Spec.de inſtru.editio.§.reſtat.ſuper ver.ſed
qũo,& iõ non poſſet conficere inſtrumentũ , an vinũ
eſſet dulcæ,vel non:licèt etiam guſtaret,ſed benè poſſet
conficere inſtrumentũ,ꝙ partes guſtarũt vinũ , & dice-
16 bant illud eſſe dulcæ.¶†Tangit etiam hic Io.An. quali
ter poſſit notarius conficere inſtrumentum inter duos
diuerſarũ linguarũ:vt q̃a vnus ſit Theutonicus alter La
tinus:ſed interueniat interpres,de quo etiã poſuit Bart.
in l.j.in fi.ff.de verbo.obl.¶Et qualiter etiam poſſit cõ-
fici inſtrumentũ ſuper actu facto a muto.tangit Bar. in
l.mutum.ff.de acquir.hære.¶Quomodo etiã poſſit iu-
dex Latinꝰ mediante interprete examinare teſtes Theu
tonicos no.Bar.in d.l.j.in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia poteſt per partes executioni mandari.*
2 *Publicatio atteſtationum facta in ſummario iudicio non nocet quominus*
*poſſit produci in plenario.*
3 *Atteſtationes receptæ in ſummario iudicio non probant in plenario.*
4 *Facta in capitulo probantur per illos de capitulo,*
5 *Excommunicatus durante excommunicatione repellitur ab officio teſti*
*ficandi:& ideo debet ad cautelam abſolui.*
6 *Tertius,an poſſit appellationem interpoſitam per principalem cõtra quẽ*
*lata eſt ſententia proſequi.*
7 *Atteſtationes inualidæ poſſunt ex conſenſu partium validari.*
8 *Abſolui,an poſſit quis ſi non petat.*

Eniens ad ap. Vbi variatur mo
dus agendi , etiã
publicatis atteſtationibus ſuper eodẽ ca-
pitulo teſtes ꝓduci poſſunt.h.d.¶ Et tres
ſunt partes principales.nã primo ponit or
dinem proceſſus,& diſputationẽ partiũ ſup receptione
teſtiũ.In ſecunda interloquit̃.In tertia cãm committit,
ſecunda ibi: nos igitur.tertia ibi:quo circa. ¶ No.quod
1 ſententia poteſt per partes executioni mandari. ¶ Itẽ
no.ſecundũ vnũ intellectũ,ꝙ ad proſecutionẽ appella-
tionis nõ admittit̃ quis,niſi habeat ſufficiẽs mãdatum .
¶Item no.tertiũ cõparentẽ pro ſuo intereſſe pendente
appellatiõe interpoſita a principali poſſe impedire exe

a Impedit̃ executionẽ ſniæ. ꝓ hoc adde dicti nctio nẽ q̃ ponit hic d. Hẽ. boyc. i pri. c.p.c.

a cutionem ſentẽtiæ. ᵃEt no.ꝙ hoc eſt verum ſi ante om
nia doceat de ſuo intereſſe incontinenti:& ſic videtur ,
qđ ſummatim debeat examinari intereſſe quò ad mo-
dũ procedendi:ſed quò ad probationes videtur,qđ de-
beat plenè examinari,q̃a oportet,ꝙ probet per teſtes ,
vel ꝑ inſtrumẽta,& ex hoc videtur poſſe notari,qđ ple
na ꝓbatio facta in ſummario iudicio nõ ꝓdeſt in plena
rio,qđ videt̃ cõtra notata per Iaco.de But.in l.ab hoſti
bus.§.ſed,quod ſimpliciter.ff.ex qui.cau.ma. & ſic per-
trãſit hic do.An.Sed potes dicere,qđ hic nõ fuit plena
ꝓbatio ex toto,licèt facta fuerit ꝑ teſtes, vel inſtrumẽta
ex eo,q̃a nõ fuiſſet pars admiſſa ad reprobãdũ ꝑſonas,
vel inſtrumẽta in iſto iudicio ſummario,vt ẽt hic voluit
Petrus,& Abb.iõ tunc nõ mirũ,ſi nõ facit fidem in ple
nario,ſecus vbi fuiſſet plenè diſcuſſum de exceptionibꝰ
contra teſtes,vel inſtrumenta:quia tunc poſſet procede
2 re dictum butrigarij.¶ † Item nota,quod publicatio at
teſtationũ facta in ſummario iudicio non nocet quomi
nus poſſit produci in plenario,& pro hoc faciat, q̃a nõ
obſtaret ſententia lata in ſummario vt legit̃,& notatur
in l.pen.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur. ergo nõ ob-
ſtat publicatio per id,quod habetur.ſ̃.ti.j.licèt.& c.cu-
3 rauit.¶ † Itẽ no. ꝙ atteſtationes receptæ in ſummario
iudicio nõ ꝓbãt in plenario vbi a partibus approben-
tur.& ſic facit ad id,qđ dictũ fuit.ſ̃.c.proxi.¶ Itẽ no.ꝙ
cum tertio cõparente ad impediendũ executionẽ ſniæ.
poſtq̃ ſummatim docuit de ſuo intereſſe eſt lis cõteſtã
da.tã ſuꝑ iure ſibi cõpetẽte,q̃ ſuper ſnĩa.¶ Item no.ꝙ
vbi approbant̃ in plenario iudicio atteſtationes produ-
ctę in ſummario nõ poſſunt alij teſtes ꝓduci.¶ Itẽ not.
ꝙ licèt tex.in c.de teſtibus.ſ̃.eo.& in c.cauſam quæ. cũ
ſimi.põderet publicationẽ.tamẽ hic videtur ponderari
didiciſſe teſtificata.de quo plenè dixi i ca.fraternitatis.
ſ̃.eo.¶ Item not.ꝙ vtens in plenario iudicio atteſtatio-
nibus receptis in ſummario,nõ uidet̃ neceſſario aſtrin
gi ad ſtãdũ illis.& ratio eſt,q̃a vtebatur ad pręſumptio-
nẽ faciendã,quia plenè nõ ꝓbabant in plenario:niſi de
4 conſenſu vtriuſq; partis approbarent̃.¶ †Item no.qđ il
la,q̃ in capitulo aguntur pñt ꝓbari ꝑ illos de capitulo,
q̃a cõiter ſunt alijs ignota.facit.l.cõſenſu.§.ſuꝑ plagis.
5 C.de repu. ¶ † Vltimo not. ꝙ ad cautelã abſoluendi
ſunt excõicati,qui neceſſarij,ſunt ꝓ teſtimonio.de quo
in gl.fi.Et ſic no.qđ excõicatus durãte excõicatione re
pellitur ab officio teſtificandi.facit.ĩ.de ſen. excõ. in c.
decernimus. in vj. Quid autem de ſuſpẽſo. poſuit Ho-
ſti.ĩ. de accu. olim. & infra. de excep.appoſtolicæ. &
Specu.eo.titu.j.verſi.q̃d de ſuſpenſo.vbi cõcludit idẽ ,
quod i excõicato.¶ In glo.uoluerit.ibi:ab excõicatis.
ſed certè iſta allegatio non erat bona, quia excõicatus
poteſt ſe defendere in iudicio per ſe,& per procurato-
rem,& melius eſt ꝑ procuratorẽ.ſupra.de iudi. intelle-
ximus.cum ibi no.& facit.ĩ.de excep.cum ĩter. & ideo
cum uenirẽt ad defenſionẽ capituli de iure nõ habuiſ-
ſet obſtare dicta exceptio:nec eſt verum ſecũdum doc.
qđ hoc poterat ex integra. Vnde poteſt dici, quod ſor-
tè opponebatur,qđ ipſi procuratores erãt excõicati, &
ideo non debebant audiri , quia licèt excõicatus poſ-
ſit eſſe in iudicio noĩe ſuo.non tñ põt eſſe noĩe alieno,
q̃a primo caſu trahit̃ inuitus,cũ iudiciũ reddat̃ in inui-
tum.l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff.de uerb.obl.& defenſio ne
mini eſt deneganda.ĩ.de excep.cum inter.ſcd̃o caſu ve
nit uoluntariæ. ideo repelli poteſt.Vel fortè obijcieba-
tur,ꝙ nõ habebat ſufficiẽs mandatum.& non ꝓſtaban-
tur debitæ cautiones.de q̃bus.ſupra.de ꝓcura.c.j. & c.
6 mãdato.ideo non debuerunt audiri.¶†In gl.audiẽdus.
in fi.Adde,ꝙ dictum gl.ꝓcedit ſi tertius ratione ſui in
tereſſe appellat.qđ facere poteſt.vt patet in c.cum ſuꝑ.
& in l.a ſententia.allegata.in glo.idem ſi non appellat :
ſed,vult proſequi appellationẽ interpoſitam ꝑ principa
lẽ,ꝯtra quẽ lata eſt ſnĩa.qđ facere poteſt.vt hic ꝓbatur
& hic ẽt colligitur practica ꝓcedẽdi hoc caſu.q̃a primo
dẽt incõtinenti docere de iure ſuo per teſtes,vel inſtru
menta.poſtea debet lis conteſtari ſuꝑ iure ſuo , & ſuꝑ
ſententia , & demum procedi in cauſa.& an teſtes pro
ducti ſuꝑ articulo intereſſe faciant poſtea fidẽ li.conte.
ſuper prædictis.hic etiã declaratur , an autẽ poſſet ter-
tius producere teſtes ſuper articulis,ſuꝑ q̃bus fuerunt
teſtes ꝓducti per principalem,& publicati. ponit Spe.
in tit.de teſte.§.ſatis vtiliter.verſi.quid ſi a ſnĩa.vbi con
cludit,ꝙ ſic ſi neſciuit cauſam agi.aliàs ſic. Si autẽ ter-
tius uolens impedire executionẽ ſententię nõn appel-
lauit,nec vult proſequi appellationẽ interpoſitã,q̃a for
te nulla fuit interpoſita.tunc ſi eſt caſus,in quo ſenten
tia habeat nocere tertio,qđ q̃n fit,habetur.j.de re iud.
q̃uis,& in l.ſępe.ff.de re iudi.tunc non poterit impedi
re , ex quò ſententia trãſiuit in rem iudicatã.& eſt talis
q̃ ẽt hẽt ſibi p̃iudicare.Si autem ſit caſus in quo ſenten
tiã non hẽt p̃iudicare.tertio,vt quia ſit lata eo ignoran
te,vel

te:vel si sciente est casus in quo nō nocet ēt sciēti : tūc conclude, quod aut petitur executio sup aliare quàm petita: vt si petita fuit quantitas, & executio petaī in alia re:tunc admittiī tertius ad impediendum docēs de iure suo.l.a diuo pio.§.si super rebus.cum ibi nota.ff.de re iudi.& l.ob maritorum cū gl.sua.s̄.ne vxor pro marito.Si autem petatur executio in re petita super qua lata fuit snīa,& tūc si possessio est vacās admittiī tertius, vt hic colligitur secundum vnū intellectū quem notabiliter tangit hic Inn.& ratio,q̄a interest sua, ꝙ possessio quæ non est sua,& est vacās ab alio nō occupet quia facilius poterit illā assequi ipsa existēte vacāte. Si aūt possessio erat p aliū occupata fortè per illū,cōtra quē est lata snīa:tūc nō audiī tertius, q̄a ex quò possessio est penes aliū non videtur interesse sua,ꝙ magis sit penes ipsum reū,quàm penes ipsum actorē vincentē, & iō fieri debet executio pręstita tamē cautione ipsi victo per vincentē de defendendo ipsum reū contra ipsum tertiū, vt probatur in l.is a quo.& l.seq.ff.de rei ven.Si autem ipse terti⁹ rem possideret, super qua lata esset snīa:si facta esset missio in possessionem ipsius rei autoritate iudicis ad instantiā actoris qui obtinuit snīam non pręiudicabit talis immissio ipsi tertio,quia in dubio iudex non intelligit voluisse præiudicare tertio, vt notauit Inno.s̄.vt lite non contestata.quoniam.§.quod si super.& Bar. in l.ij.C.vbi in rē ac. & sic dicta immissio solum valebit, ad præiudicium ipsius condemnati. Et nota benè prædicta,quia de hac doctrina,quæ colligitur ex dictis Inno.Bar.facit sestum in dicto.§.si super rebus. ¶ In gloss. incontinenti.in fi.& quando dicatur doceri incontinen
a ti [a] dicit Innoc.quod hoc erit arbitrarium,& poterit arbitrari,quod doceat infra.viij.dies.argu.de resti. spolia. frequens,lib.vj.nec erit necesse expectare, quod producat testes de longinquis partibus. nam sufficit quòd summatim doceat,& sufficit probare se electum, licèt non probet aliàs se canonice electum:quia hoc non est necesse in hoc summario iudicio.Bar.tamen in l. si is a quo.in princi.ff.vt in posses.lega.dicit,quòd debebit docere infra tempus,infra quod debebit fieri ipsa executio per dictam.l.si is a quo.¶ Sed certè istud non est benè determinatum,quia licèt post quadrimestrę tempus datum iudicatis ad soluendum,de quo per gloss.in c. quærenti.s̄. de offi. delega.possit fieri executio, non tamen est determinatum infra quantum spatium postea habeat fieri,& præsertim, quando aliquid obijcitur ad impediendam executionem:licèt statutum sit, quod in breui debeat terminari,quod obijcitur:ideo satis videtur procedere dictum Innocen.¶ In glo.vellet in fi. No
7 ta † benè, quod ex consensu partium attestationes minus valide possunt validari,de quo etiam s̄.c.proximo. & quia attestationes hic primo fuerant recepte in summario iudicio.in quo leuior probatio requiritur quàm in secūdo plenario dicebat Petrus,& Abb. quòd si pars aduersa in summario iudicio voluisset reprobare personas testium non potuisset. (ADDI Hoc videtur limitandum nisi incontinenti,vellet probare cō trarium. arg.l.iij.§.idem.ff.ad exhib. Vel fortè hoc ideo quia modici præiudicij est, ꝙ admittatur ad contradicendum, quia per hoc nil consequitur in facto principali nisi aliter q̄libet iterato,& tūc poterit obijci ī psonas. TIO.) Quia illud venit expediendum in plenario iudicio, & sufficit, quod prima facie in summario doctum sit de iure partis,& suo interesse,quod tene menti.Et aduerte,quod licèt iste Petrus fuisset vsus in plenario iudicio attestationibus productis in summario: tamē quia fuit vsus ad pręsumptionem inducendam, non ad plenam probationem quia non plenè probabant,ideo non cogitur illis omnino insistere,sed potest eosdem testes, vel alios pducere.¶ In gl.penul.ibi: secus si nesciuisset.supple,quia tunc nō fuisset necesse appellare:sed q̄ñ sciuit tunc habet necesse appellare, vel psequi appellationē interpositum per reū,aliàs snīa faceret sibi præiudiciū, nā licèt diuersum sit ius istius subdiaconi a iure Archidiaconi,quia tamen causa est tractata cū electoribus a quibus habebat causam iste Petrus:ideo præiudicat sibi sententia si sciuit causam agi:& non contradixit, vt in c.quamuis.j.de re.iudi.nisi appellet.vt est dictū.¶ In ead.glo.ibi:diuersum modum.supple:& præsertim cum primum iudicium fuerit summariū,& scd̄m plenariū. ¶ In ea.glos.ibi non credo valere: & hoc, q̄a standū vī primo dicto,vt innuit glo.sed tunc ob.quare primū dictum nō probat in secundo iudicio ad finē obtinēdi sententiā,& tñ pbat in finē reprobādi scd̄m dictū cōtrāriū. dic scd̄m Inn qd̄ ideo nō probat ad finē obtinēdæ snīę in principali,quia ad illum finem non fuit depositū primum dictum:ideo autem pręiudicat secundo dicto:q̄a primum dictum est notorium,& notoriè contradicit secundo:ideo impedit secundum,& sic nota, ꝙ probatio facta in summario iudicio inducit notoriū scd̄m Inno. sed dic hoc verum secundū do.Ant.ad pręiudiciū istius testis,qui dictū deposuit:sicut,& confessio facta in summario iudicio præiudicat confitenti,etiam quò ad plenum præiudicium,vt voluit Innocen.s̄.de ordi.cog.cū dilectus.& in c.inquisitionis.de accusationi.¶ In glo. fina.ibi.iij.q.j.c.j. & ibi de hoc in summa, & per Inn. j̄.eo.testimoniū.& ibi diceī.Itē ibi,vel pcuratione hoc verum si voluntariè veniant secus si coacti ex causa facit.l.prouidendum.C.de postu.¶ In eadē glo.ibi, & iō hic colligitur secunda solutio.s.quod in subsidiū sit ista absolutio.nā aliàs fieri non deberet:nisi dicetur excommunicationē latā post appellationem lītimā.j̄.de sentē. excōmu.per tuas.vel dici potest,ꝙ hæc fuit gratiosa cōcessio,& prouisio. Hostien.tñ hic dicit,ꝙ de cōsuetudine curiæ indifferenter absoluuntur ad cautelam illi qui petuntur in testes donec tulerunt testimonium,sicut ēt absoluūtur ambasiatores donec sunt in curia,vnde ipso
8 facto postea reincidūt in excōicationē.¶ † An aūt possit absolui quis si non petat,tangitur per gl.j̄. de eo qui duxit in matrimoniū,in c.significasti,& s̄.de rescrip. ab excōicato.veritas est,quod sic a vinculo excōicationis, vt notaī in dicto.c.ab excōicato,sed non a vinculo peccati,ꝙ nō terminetur nisi pęnitenti.de reg.iur.peccati.lib. vj.& dicit etiam Ioan.And.hic post Hosti.quod absolutio debet fieri ab excōicatione non aūt fieri debet relaxatio,licèt illa posset fieri a snīa interdicti.j̄. de appel. dilectus.nec ob.j̄.de accusa.olim.quia secundū eū non debet referri ad excōicationē:sed certè istud est cōtra illum text.ideo licèt tutius sit absoluere, tamen puto, ꝙ si fiat relaxatio etiam procedat dummodo aliàs seruentur quæ in absolutione seruari cōsueuerunt,de quibus. j̄.de senten.excommu.nuper,& c.a nobis,& c.cum desideres.quia non est fienda vis in verbis, dummodo habeamus effectum.j̄.de verbo.signi.c.intelligentia, & c. præterea,& c.in his.

a Doceri ī cōtinenti. quando dicaī, incontinēti qūo accipiaī. vide Spe. ti.de app. §. vj. post pri & Bal. .l a.C. de edict. diui Adr.tol.

*SVMMARIVM.*

1 *Testificari possunt monachi, & conuersi in causis ecclesiæ suæ.*
2 *Iuramentum, an sit de substantia testimonij.*
3 *Notarius si dicat talis testis iuratus deposuit, an hoc sufficiat.*
4 *Testis iurans, an debeat tangere scripturam.*
5 *Testis non iuratus deponens falsum coram iudice debet puniri de falso.*

b
Vis quæstionibus. Religiosus [a] ad testificandum, non admittitur absque iuramento, nisi a parentibus remittatur.hoc dicit.¶ Et primo ponit dictum. secundo a b illo excipit.ibi: nisi. ¶ No.
1 quod † monachi,& conuersi in causis suæ ecclesię,seu monasterij admittunī ad testificādū.de quo.s̄.c.insup. Io.ab Imo. in j. super ij.Decre.

b Religiosus. Idem per oia sūmāt hic d. Ab.& Fel. & si q̄ras an infirm remitti possit. distingue sicut hic per d. Hē. Boyc. in prin.c.

 & co.

& c.cũ nuntius.¶ Item no. ꝙ repellunt̃ ſi non præſtant
iuramentum,licèt fortè dubiũ faceret, quia videbatur,
ꝙ ob reuerentiam religionis non tenent iurare:ſed cõ-
trarium eſt qñ producũtur in teſtes,vt hic patet. An aũt
2 aliàs cogantur iurare,habet̃ in c.j.ſ̃.de iura.calũ.¶ † Itẽ
no.ꝙ iuramentũ non videtur de ſubſtantia teſtimoniũ,
quia poteſt a parte remitti.nam ea quæ ſunt de ſolẽnita
te ſubſtantiali non poſſunt per partes remitti,vt no. gl.
ſ̃.de offi.deleg.de cauſis. ¶ An autem ſi appareat teſtẽ
depoſuiſſe,& non appareat ipſum iuraſſe,an præſumat̃
iuratus depoſuiſſe dic,vt in Spe.de teſte.§.ſequitur.ſu p
verſi.& no.verſic.quid ſi in actis,& ibi etiam per Io.An.
3 in addi. Spec.¶ †Et quid ſi notarius dicat talis teſtis in
ratus depoſuit,an illud ſufficiat.notatur per glo.& Bar.
in.l.Theopompus.ff.de dote prælegata,& dixi.ſ̃.e. fra-
ternitatis,& de probatio.poſt ceſſionem,& tãgit hic do
mi.Anto.¶ In glo.ij.in fine.prima opinio hodie expræſ
ſe approbatur in c.j.de iura.calũ.in vj.vbi patet, quod
licèt omittatur præſtari iuramẽtum de calumnia,q̃a nõ
eſt petitum non vitiatur proceſſus, & ſic poteſt tacitè
omitti,vt ibi patet,ſecus,vbi eſſet petitum præſtari, vt
no.in c.j.ij.reſpon.¶ Et adde,quod notauit gloſ.in cle-
men.j.§.porrò.in verb.tacta.de hæreti.vbi gloſſ.tangit.
4 an † ſit neceſſe teſtem iurantem tangere ſcripturam, &
concludit,quod ſic:non tamen eſt neceſſe,quod tangat
ſcripturam euangeliorũ:ſed ſufficit etiam,ꝙ aliam tan-
gat,niſi expreſsè reperiretur cautum eſſe oppoſitum, &
ita etiam practicare,& ita etiam tenet gl.in auth. de iu
reiur.a moriente præſtito in prin.col.v.Et adde etiã gl.
notabilem in c.vt circa.in verbo corporali.de elec. lib.
vj.vbi glo.tangit,an ſufficiat tangere cum cubito,vel pe
ctore,& non cum manu.de diuerſis autem modis iurã-
di.videlicèt ad ſancta Dei euangelia,vel per baptiſmũ
vel fidem Chriſti:vel ſub periculo animæ ſuæ,vel ſub fi
de ſua,tangit hic domi.Anto.de quo etiam in Spec. de
iureiur.§.i.ver.in ſumma,& de arbitr.§.fina.ver.ſed po
ne,quod compromiſſum.& in c.ad aures.ſ̃. quod met.
cau.& per Archi.de ſepul.c.j.in vj.& per eundem in c.
iuramenti.xxii.q.v.communiter tamen ſeruatur,quod
teſtis iurat ad ſancta dei euangelia ſuper ſcriptura euã-
geliorum,vel etiam ſuper alia,vt no.gloſſ. in d.cle.i.de
5 hæreti.& facit iſtud.c.quod† ſi teſtis deponat falſum co
ram iudice non iuratus,quod nihilominus debet puni-
ri de falſo cum iuramentum nõ videat̃ omnino de ſub
ſtantia teſtimonii,vt hic videtur colligi de quo per Ioã.
An.in reg.non eſt ſine culpa.de reg.iur.in vj.& ꝑ Bart.
in l.ſi quis legatum.ff.de falſis.

*SVMMARIVM.*

1 *Fœmina in dignitate poſita poteſt conferre præbendas.*
2 *Iudicem in teſtem producere volens debet ante lit.conteſta.petere eum re
moueri.*
3 *Suſpendi poteſt quis a poteſtate conferendi.*

a ¶ Delegatus neceſſarius. Si quęras an iudex, vel arbiter poſſit teſtificari in cã in q̃ fuit iudex, vel arbiter diſtigue hic ſecundum do. Henri. boych.

a llecto filio arien. Delegatus ne
ceſſarius a in
teſtem remouetur a iudicando, & alius
ſubrogatur.hoc dicit.¶ Et primo ponit par
tis querelam,ſecundo prouidet ibi:ne.igit̃.
1 ¶ †No.primo,quod ad fœminã in dignitate poſitam:vr̃
poſſe ſpectare ius conferendi præbendas etiam ſacerdo
tales,quod videtur verum interueniente ſuper hoc pri-
uilegio apoſtolico,aliàs ſecus,per id,quod no.Inno. de
elec.quod ſic ut,& quod notatur per Io.An.in c.ij.de p̃
ben.in vj.& in Spe.de præben.§.j.circa fi.facit, ꝙ hr̃.ij.
q.v.in c.mẽnã,& in c.bene quidem.xcvj.diſtin.in gl.p̃
ter romanũ.quę fuit additio.De iure autem cõmuni ius
patronatus in eccleſia non collegiata in pręſentãdo re-
ctorem poteſt competere laico,& ſic fœminæ,facit, qđ
habetur in c.quãto.de iudicijs. & quod not. ſuper ru-
bri.de iure patro.& j̃.de conceſ.p̃bẽ.c.ſi.& in cle.ij.de
iure patro.ſecus quando eſſet collegiata,vt legitur, &
2 no.in c.nobis.de iur.pat. ¶ † Itẽ not.ꝙ pars põt petere
iudicẽ remoueri ab officio iudicandi,ſi expediat ſibi il-
lum producere in teſtem.Et no.ꝙ videtur debere pete
re ante litem conte.nam poſtea non uidetur poſſe per
id,qđ habetur.ſupra.de offi.dele.inſinnãte:niſi iuſta cã
ſubeſſet.vt ibi patet.¶ Itẽ no.ꝙ demum uidetur iudex
remouendus,vt poſſit teſtificari,quando per alios non
poteſt perfecta fieri probatio.de quo in gloſſ.ij.¶ Item
not.ꝙ vbi cauſa appellandi exprimitur alternatiuè. &
in vna parte eſt iuſta,& in alia ininſta. valet appellatio
propter partem iuſtam.nã ſi iudices hic erant dati ſine
clauſula iniuſta,erat pars alternatiuè in qua petebatur,
ꝙ procederent altero excluſo.ſ̃.de offi. dele.in c. cãm.
3 facit,quod not.Inno.de renun.c.in præſentia.¶ † Item
not.ꝙ poteſt quis ſnſpendi a poteſtate cõferendi. ſi ta-
men fiat ſuſpenſio poſt appellationem legitimam venit
relàxanda.nam uidetur fore nulla.vt ſentit gloſſ.fin. de
quo tangetur cum illa.¶ In gloſſ.j.in fi.dicit tñ Hoſt. ꝙ
non erat neceſſaria proteſtatio hoc caſu,ex quò non re
ſpondebat ſuper negotio principali,& ſi etiam ſine pro
teſtatione reſpondebatur non inducebat̃ cõteſtatio. fa
cit,qđ hr̃.ſ̃.de li.cont.in c.t.¶ In 2.ibi:vellet iurare &c.
tali iuramẽto debet pars credere, cum ẽt aſſerat ſe vel
le credere ſuper principali negotio,qđ eſt magis p̃iudi
ciale.arg.j̃.de dona.inter virum,& vxo.per veſtras.¶ In
eadem gloſſ.ibi plures alios.ſupple quos fortè videbat
idiotas,vel poſe repelli.vel ſic glo. ſimpliciter procedit
propter fraudẽ.arg.c.ſuper literis.de reſcriptis. ¶ In gl.
recuſatis.ibi non ſufficit ad remouẽdum.hoc intelligit
verum do.Anto.niſi aduocatus propalaſſet ſuam intẽ-
tionem.facit, quod hr̃ in l. prætor. ff. de iur.om.iudi.
ſed certè ſi propalaſſet in fauorem eius cuins aſſumpſe
rat aduocationem, non eſſet tunc iuſta cauſa, vt clien
tulus cõtradiceret petenti remoueri, quia tunc ſua nõ
intereſſet. & ſic non deberet audiri.ij.q.vj. non ſolent.
¶ In eadem gloſſ. ibi ſatis honeſtum. hæc oppoſitio eſt
uera,quãdo delegatus ſubdelegauit in totũ vices ſuas,
quia, tunc ex toto deſiit eſſe iudex.ſecus ſi aliqnid re
tinuiſſet de iuriſditione, quia tunc non deſiit eſſe om-
nino iudex.de offi.dele.ſi delegatus. lib.6.& idem ſi or
dinarius delegauit, quia non deſinit eſſe iudex. ¶ In
ea.gloſſ. in fin. nec obſtat, quod proximè dictum eſt,
quia officialis epiſcopus non habet delegatam, ſed or-
dinariam. vt legatur, & nota. in in c.2. de officio vica.
in 6.& ſic non dicitur cognoſcere vice Epiſcopi, ſicut
facit delegatus licèt aliàs quò ad actum appellationis
cenſeatur idem auditorium.de conſuetu.c.2.in 6.¶ In
gloſſ. defectum. ibi cum ipſum approbauerit. hoc ve-
rum, quando exceptio quam, vult obiicere contra per
ſonam teſtis.concludebat etiam contra perſonam iudi-
cis, ut ſi uelit obiicere, ꝙ ſit infamis.nam talis remo-
uetur a teſtimonio, & a iudicando. infra. eod.teſtimo-
nium. & ſupra. de reſcri.ſciſcitatus. ſecus ſi cauſa, ſed
exceptio non pariter concluderet contra teſtem,& iu
dicem, ut ſi obiiciatur contra teſtẽ, quòd eſt crimino-
ſus. nam poterit obiici, quia non concludit contra iu
dicem cum iudex poſſit eſſe criminoſus,dummodo nõ
ſit infamis, ſed non poteſt teſtis eſſe criminoſus. ſu-
pra.eod.ſuper eo. ideo hoc caſu poterit obiicere in per
ſonam teſtis, quod eſt criminoſus. facit, quod nota-
uit Inno.j̃.de excep.cum uenerabilis. ¶ In gloſſ.fin.in
fine.facit, quod habetur. infra.de ſen.excom.per tuas.
& de offic.delega. cum contingat. aliqui tamen di-
cunt, quod quia iſtæ caſus non erat in iure, ante
hãc decreta.determinatus,quia de mero rigore tenuit
actus

actus factus post appellationem ante inhibitionem cruf.a. cit,q habetur.j.de appellatio.pastoralis,& tunc verbũ relaxata staret propriè,facit,quod notatur per Ioan.An. s.eo.veniens.ad fi.super glo.fina.& in c.j.quod metus causa lib.vj.& hac de causa potest dici fuisse causam re missam ad primos iudices, uel dic,quod de volunta te partium facta fuit remissio.j.de appel.accepta, & ij. q.vj.si quis episcopus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Fundans ecclesiam habet ius patronatus in illa.*

2 *Testes ad petitionem rei possunt examinari ad perpetuam rei memoriam, & in hoc debet pars aduersa citari, & de citatione confici publicum instrumentum.*

3 *Publicatio testium quæ fit ad perpetuam rei memoriam, cui noceat aliis, quàm vocatis.*

a Ignificauit nobis. Ne proba tionis[a] copia pereat citato aduersario recipiunt, & publicantur testes quos reus inducit, hoc dicit.& in prima petitio : in secunda iudicis datio.sec̃da ibi:quo circa.¶ †Nota,q fundãs ecclesiã potest in actu fundarionis remittere omne ius,quod aliàs consequeretur ex ipsa fundatione,& sic remittere potest ius patronatus,quòd aliàs cõ sequeretur facit,quod no.Inno.j.de iure patronatus su per rubri.& quod notatur.s.de consuetu. cum dilect.

2 ¶†Item no.quod ad petitionem rei possunt examinari testes ad perpetuam rei memoriam, ne pereat facultas probandi.de quo per Bar.in auth.sed si quis.C.de testi. & in l.in lege aquilia si deletum.ff.ad leg.aquil. ¶Item not.quod in examinatione testium fienda ad perpetuã rei memoriam debet pars aduersa citari.¶Item nota,q de ipsa citatione debet confici publicum instrumentũ. Et nota etiam,quòd pars debet vocari ad actũ receptionis testiũ,& sic ad videndum illos iurare.de quo.s.e.in c.ij. Vltimo nota secundum vnum intellectũ,q in iuribus incorporalibus.in quibus etiam possessori competit actio facit,qđ notatur de iudi.examinata, & de cau. possess.cum ecclesia.potest etiam ad instantiam rei fieri examinatio testium ad perpetuam rei memoriam:nisi autem reo nulla cõpeteret actio,tunc esset magis clarum per id,quod tangit hic gl.&, quod habetur.s. eod. vt lit.non contesta.quoniam.§.sunt, & alij de quo per Bart.in locis superius præallega.¶In glo.ij.ibi:item hic statim publicantur.Guilicl.in Specu.eo.titu.§.nunc tractemus.versicu.aliàs.tenet cõtrarium,scilicet, quod hic non publicantur, sed consignantur,seu sigillantur sicut, & in c.quoniam,& hoc ideo si publicaretur tolleretur partibus facultas producẽdi alios testes,& sic retorqueretur in læsionem, quod inductum est in fauorem contra id,quod habetur.de regu.iuris,quod ob gratiam lib. vj.ad istum textum respondet, quod debet intelligi, quod debent dicta redigi in publica monumenta.i. in scripturam publicam manu factam, non autem debent aperiri,& publicari,sed sigillari,& demũ aperiretur postea,quando agetur,sed Io.An.in addi.magna in loco p allega.tenet glos.istam,& etiam Bar.in d.auth.sed quis per istum tex.non violando ipsum,nec obstat ratio Specu.quia imputet sibi pars, quæ non producit testes vltra illos qui producuntur siue sit ipse producens,siue ad uersarius:ex quo ei est denuntiatum,vel quare nõ egit ipse aduersarius statim cum fuit sibi denuntiatum, q a sic impediuisset receptionem testiũ,& fuisset dilata donec lis fuisset contestata. facit, quod habetur in regu. damnum.de regulis iuris lib.vj.¶In eadem glo.ibi,sed hoc non est verum, & hoc communiter tenent docto.

videlicet,quod etiam in casu isto potest obijci in personas cum reperiatur in iure oppositum,& satis sit,quod permittatur testium receptio: ideo pœna prædicta non debet imponi parti.ex quo in iure non reperitur expressa.j.de reg.iu.in pœnis li.vj.& de peniten.distin.j.§. pęne,facit,qđ notat in c.bonæ.s.de electi.Sed fortè possunt opiniones concordari,quia aut tenemus opinionẽ quod testes consignentur,& tunc procedit opinio doctorum.Aut tenemus,quòd testes publicentur, & tunc procedat opi.Vincen. quia ex quo non est oppositũ in personas ante publicationem, nec est facta protestatio non potest ammodo opponi cõtra ipsas personas.s.eo. præsentium,vnde sicut si fuisses præsens, & non opposuisses:nõ posses post publicationem opponere : ita nec isto casu ex quo fuit contumax nec id,quod no. glo.in c.j.in verbo absentia.de elec.li.vj.¶In ea.glo.ibi: nõ autem in actione,& sic videtur,quod reo cõpetat hoc remedium quando non competit sibi actio, quia non est in potestate eius cogere actorem,vt agat.l.j.C.vt nemo inuitus,& sic nõ est in potestate eius,quando excipiat, enim exceptio habeat proponi contra actionem.l.pure. §.fin.ff.de doli excep,&.l.j.& ij.de exceptio.& facit,q no.glo.in c.quoniam frequenter.§.sunt,& alii,sed contra glo.facit,quia videtur reo competere officium indicis,vt possit imponi silentium actori.l.si contendat cum sibi nota.per glo.& Bart.ff.de fideiuss.l.aurelius.§.centũ ff.de libera.lega.Item videtur competere sibi officium iudicis,vel condictio ex lege,vt cogatur actor sibi super exceptione facere instrumentũ,per id,quod no.glos.sequens,& quod plenè not.Bar.in l.si finita.§. eleganter, ff.de damno infecto,& sic videtur,q nõ deberet admitti ad istam publicationem.Sed potest responderi,quòd prædicta remedia dantur ex quadam equitate potius q ex rigore,& ideo nõ excludunt istud remedium, quod similiter ex equitate datur per id,quod not.glo.in l. de pecorib.C.ad leg.aquil. & quod no. Dy.& Bar. in l. in prouinciali.ff.de ope.no.nun.& Inno.j.de præscrip. ex transmissa,sed vbi de iure communi,& sic de rigore cõ petit remedium ordinarium illud bene excludit extraordinarium.l.in causæ.el.ij.ff.de minori.¶Item obstat contra glo.quia hic videtur competere actio negatoria isti presbytero,licèt sit in quasi possessione per quam negare potest ecclesiã esse seruam, seu seruitutem aliquã debere,& petere etiam sic pronunriari,per id, quod habetur.s.de iudi.examinata,& j.de verbo.sign. Abbate, & sic non solum competebat exceptio:imo etiã actio: & sic videt, q non debuisset admitti iste presbyter ad publicationem testiũ faciendam ante lit.contesta. Sed dici potest secundum Hostien. qđ istud sit speciale fauore ecclesiæ.¶Sed secundum eum secundo potest dici,q hic vterq; erat actor,& reus:q vterq; potest agere,& vterq; cõueniri.nã patroni poterãt agere cõfessoria petẽdo pnuntiari sibi cõpetere ius patronatus,& psbyter poterat agere negatoria,vt s.dixi. per id, quod habetur in d.c.ex aminata, & ideo isto casu potest peri publicatio testium, sicut si solummodo competeret exceptio, vel defensio, quia imputet sibi aduersarius cui denuntiatur, si non agit, ex quo potest. nam si ageret impediret receptionem, & faceret illam deferri post lit.contest. Et interest istius potius sustinere partes rei, quàm actoris, ideo isto casu possunt recipi testes,& publicari ante lit. contestat. & istum intellectum sequitur Bartol.in d.authen.sed si quis. & in l. in lege aquilia si deletum.ad le.aqui.quod est diligenter notádum, quia alibi fortè non reperies melius expressum nec meliorem text.¶In eadem gloss.ibi, & sententia fertur, & sic uidetur,quod nedum consignantur, sed publicantur:ex quo eorum vigore sententia debet ferri in casu isto.glo.tamen ibi uidet dicere,q ibi publicatur ad finẽ Io.ab Imo.in j. super ij.Decr.

a Idẽ hic summat d. Abb. & Fely & si quæras an, & quando, te stes possint recipi, & examinari lit.non cõ t.vide dist quã ponit hic do. Hẽri. Boych. in prin.

ferendę sententię.non autem ad æternam rei memoriā: sed certè non video quare non debeat valere inter easdem personas,ex quo sunt publicatę sicut,& qn aliàs publicantur ad ęternam rei memoriam.¶ In eadem gl. in fine.Nota bene ex gloss.duplicem intellectum auth. sed si quis.C.de testi.& §.& hæc vero.vnde sumitur dicta authen.in authē. de testibus.vnus est, quod loquatur,quando recipiuntur testes ex parte actoris, & tunc debet intelligi,quod sit receptio secundum formam.c. quoniam frequenter.scilicet,quando timetur de morte vel absentia diuturna.Aduerte tamen,quia ille text. videtur declarare,& supplere.c.quoniam,q̄a vult , quod si pars cōtra quā fit productio sit in ciuitate debeat personaliter citari,aliàs non valeat receptio, vbi autē esset absens,& non posset commode citari,tunc ille tex. suppletur per c. quoniam.quia poterit tunc procedi ad receptionem etiam ipso personaliter non citato , & tunc videtur sufficere citatio ad domum, dummodo postea infra annum actor agat,vel denūtiet personaliter illi,cōtra quem recipiuntur.Alius est intellectus.quod loquatur dicta authen.qñ ex parte rei recipiuntur.& tunc recipiuntur omnes etiam de quorum morte,vel absentia non dubitatur,& publicabuntur etiam testes , sed tunc videtur,quod omnino debeat esse personaliter citatus aduersarius:nisi constaret,quod malitiosè se absentasset.l.fulcinius.§.quid fit latitare.ff. ex quibus causis in possess.eatur,& facit,quod habetur in dicta auth. & per Barto.in l.iiij.§.prætor.ff.de damno infecto.¶ Et ex prædictis potes concludere,quod interdum petitur publicatio, seu receptio testium ex parte actoris. interdū ex parte rei. Interdum in casu in quo quilibet est actor , & reus. Primo casu si actor statim potest agere non potest petere recipi testes ante litem cōtesta.nisi timeatur de morte, vel absentia diuturna.in c.quoniam frequēter. Interdum non potest statim agere fortè propter pendentiam conditionis,vel aliam causam,& tunc.aut non potest competere sibi facultas agendi nisi testibus publicatis,vt quia dubitatur qualiter conditum sit testamentum, & hæres non potest adire nisi sit certus de ipso testamento.l.eum qui.ff. de acquir. hære. & tunc potest petere testes recipi , & publicari.l. publicati.C. de test. aut potest superuenire facultas agendi etiam testibus non publicatis,puta propter superuenientiam cōditionis,quæ purificatur,& tunc interim ex quo non potest agere videtur , quod possit petere recipi testes, & publicari si dubitetur verisimiliter,quia fortè non essent tempore conditionis euenientis,vt probatur in l.in lege aqlia si deletum.secundum intellectum glo.hic posite.ff. ad leg.aquil. Secundo casu.& tertio possunt recipi testes.& etiā publicari,vt patet ex his,quæ superius sunt dicta,& de materia per Bart.in d.l.in l.aquilia , & in d. auth.sed si quis . ¶ Et aduerte,quia Inno.hic tangit an attestationes , quæ sunt nullæ possint approbari per testes,& ponit opiniones.Host.tenet, qđ possunt per id , a habet.§.eo.cum causam.& ibi est expressum, secundum vnum intellectum positum ibi super gl.fina.quando testes fuerunt recepti per duos ex tribus delegatis sine tertio,si dati erant simpliciter, & sine clausula , vel intelligendo,quod ante lit.contesta.fuissent recepti per
3 ea,quæ habentur de iura.calū.in c.cum causam.¶† An ista publicatio quæ fit ad ęternam rei memoriā noceat alijs,quàm vocatis tangit hic domi.Anto.& Io.And. in magna additio.in Specu.de teste.§.nunc tractemus. super ver.aliàs.in addi.quæ incipit huic contrario dic , vt ibi.¶Et ibi concludit,quod non per regulam res inter alios acta.¶Et adde etiam,quia Inn.hic uoluit, qđ ista publicatio in casu huius.c.habet prodesse,si conueniatur ille,qui fecit recipi testes . secus si ipse conueniat alium,sed fortè istud non est verum, quia ex quo legitimè est facta,videt̄ valere inter easdē p̄sonas arg. de regu.iu.factum legitimæ.lib.vj.¶ In gloss.penulti. in fin: Nota bene gl.quæ quotidie allegatur,quod potest reus agere contra actorem, vt faciat sibi instrumētum super iure suo. puta super pacto de non petendo, vel super libertate rei,quam tenet reus.& similiter potest agere cōtra actorē, vt faciat sibi instſm de pecunia sibi soluta p eū reū. Actor aūt nō pōt agere ꝯtra reū, vt faciat sibi instſm pmissionis,q̄a imputet sibi,quare nō agit ꝯtra reū & cōuincat eū per legitimas probationes in iudicio,q̄ postea faciāt fidem.de quo plenè per Bart.in l.si finita. §.eleganter. ff. de damno infecto. ¶ Et aduerte , quia dicta testium de quibus in litera possunt redigi in publicam scripturam,quæ postea faciant fidem, poterunt etiam testes examinari coram alijs qui poterunt deponere de eo,quod audiuerunt a dictis testibus,vt hic tāgit Ioan.Andr. post Hostien. per id , quod habetur in c.sacro.de sen.excō.circa princi.¶ Et sic nota casum,in quo recipietur testimonium de auditu,& in quo etiā testis deponet coram pluribus autoritate iudicis interueniente,qđ est singulariter notandum.primus tamen modus tutior est tum,quia magis inhęret huic literæ.tū etiā quia testes ibi corā quibus alij examinātur possent mori,sicut & primi:& sic perierit probatio .

*SVMMARIVM.*

1 *Venditor deceptus vltra dimidiam iusti pretij qualiter agere debeat.*
2 *Valor rei qualiter probari possit.*
3 *Decipere se adinuicem,licèt contrahentibus.*
4 *Testis qui vno tempore dicit se nescire,& alio tempore deponit non reputatur sibi contrarius.*

a CVm causam. Post publicatas a attestationes nouum capitulū probari pōt ēt p testes antiquos. h. d. ¶ Et in prima ponit̄ decisa petitio q̄ colligit̄. ex c. cū cām.ꝗ.de exceptio.& vendi.quæ est pars huius. in secūda parte ponitur causæ commissio. secunda ibi: cū igit̄. ¶ Nota primo ex textu isto iuncto.c. cum causam. de emptio.& uend.scđm vnū intellectum , quod vbi duo alternatiuè petuntur sufficit id,probare , ex quo surgit obligatio alternatiua.¶Item nota scđm alium,qđ sufficit probationē esse certā respectu eius,qđ principaliter petitur licèt sit incerta respectu eius,qđ est in facul
4 tate soluēdi.nam principaliter petebatur rescissio ꝯtractus,& vt restitueretur res recepto pretio propter deceptionem vltra dimidiam iusti pretii. & hęc deceptio bene probatur,licèt non probaretur quantum vltra ualeret , nec necessitatur agens probare certum valorem anteq̄ reus eligat illud,qđ est in facultate sua soluendi
1 videlicet supplere iustum pretium.¶†Et ex prædictis nota duplicem practicam in hac materia , quando uenditor est deceptus vltra dimidiam iusti precii. vna est , quod petat venditor contractum rescindi propter deceptionem vltra dimidiam iusti pretii. & petat rem restitui restituto pretio emptori. Et tunc si emptor nō eligit supplere iustū precium condemnabitur ad restitutionem rei pretio sibi restituto. Si uero eligit supplere iustum pretium, tunc si non sunt partes in concordia de iusto pretio super hoc fieri debent probationes , vt hic colligitur secundum vnum intellectum. Alia practica esse potest , vt a principio petat venditor alternatiuè , & sic petat , vel rescindi contractum , & rem restitui pretio restituto, vel iustum precium sibi suppleri. ut colligi potest ex his,quæ dixit in primo notabili.& ex his,quæ habent̄ in c.cū cā.ꝗ.de emp.& uēd. & in l.ij.C.de rescin.uēd.qđ nota pro declaratione dictorū iuriū,& p̄cipuę dictæ.l.2.¶ Item not.ꝗ in considerand

a Post publicatas . idē sūmatur hic Ab in primo sūmario. tamē postea pōit aliud magis pro priū. ideo vide eum hic.

deranda receptione vltra dimidiam iusti precij attendi
debet tempus contractus.& sic valor rei secundum tē-
pus contractus:non autem si postea plus, vel minus va
luerit.¶Item no.ꝙ licèt materia antiqui articuli repe-
tatur in nouo.si tamen repetitur , vt non subijciatᷓ ne-
cessitati probandi:nō impedit testium receptionem su-
per articulo.de quo plene dictum fuit.s̄.eo.in c.frater-
nitatis.¶In gl.2.in fine.No.bene ex glo.qualiter possit
2 † probari precium,seu valor rei:& per consequens qua
liter testis super valore interrogatus habeat reddere
causam dicti sui.nam res tantum valet,quantum com-
muniter vendi posset habenti notas cōditiones, & qua
litates rei.facit,quod habetur.in l.mortis causa.§.fina.
ff.de dona.causa mortis . & quod notat Bar.in l.precia
rerum.ff.ad leg.fal.& per glo.& doct.& in l.2.C.de re
scin.vendi.probatur etiam valor rei ex quantitate , &
qualitate reddituum. vnde poterit testis dicere,ꝙ pos-
sessiones ex quibus tanta quantitas reddituum,& talis
qualitatis colligitur valent tantum:& pro tanto precio
communiter venduntur : & ideo cum possessio de qua
quæritur sit talis,quod ex ea percipitur tanta quātitas
reddituum,& talis qualitatis.ideo valet tantum de ma
3 teria plenè in dicta.l.precia. & in dicta.l.2.¶ † In gloss.
fina.ibi ad inuicem se decipere. intellige non interue-
niente dolo . aliàs secus.l.eleganter.ff.de dolo . & l.si
maior.ff.de rescin.vendi.Item hoc intellige de iure ci-
uili. an autem procedat de iure canonico notatur.j.de
vsur.in ciuitate . & x.q.2.hoc ius ibi videtur notari , ꝙ
sic nisi sint personæ ecclesiasticæ:quia ille magis arctan
4 tur,q̄ aliæ. Et no.etiam ex glo.præcedenti † ꝙ non re-
putatur testis sibi contrarius, qui vno tempore dixit se
nescire, si alio tempore tāquàm melius informatus de
ponat super eo,super quo prius dixerat se nescire . fa-
cit,quod habetur. in l.qui bona.§.si quis stipulatus.ff.
de damno infecto.

*SVMMARIVM.*

1 *Vacante sede capitulum ecclesiæ cathedralis potest cognoscere de causis matrimonialibus.*
2 *Sententia in causa matrimoniali, an debeat ferri in scriptis. & numero 5.*
3 *Publicatio testium ad æternam rei memoriam peti potest.*
4 *Sententia potest probari per testes.*
6 *Publicatio testium ad æternam rei memoriam qualiter, & coram quo fieri debeat.*
7 *Et qualiter apparebit eam solenniter esse factam.*
8 *Actus scriptus per tabellionem, an credatur absque eo, quòd publicentur.*

a Lbericus miles. Recipiunt[a] & publican-
tur testes qui intersuerunt sentētiæ vbi
per scripturam de sententia non appa-
ret.¶Et in prima parte petitio:in secun
da prouisio,& iudicis datio : secūda ibi:
1 ideoq;.¶ † No.ꝙ capitulum ecclesiæ cathredalis videt
habere potestatem cognoscendi de causis matrimonia
libus : sed posses intelligere hoc verum sede uacante ꝑ
ea,quæ habentur.s̄.de maio.& obe.in c.cum olim. vel
quando forte ex consuetudine præscripta habebat hāc
potestatem,aliàs videtur spectare ad episcopum.per id
quod habetur . in c.1.j̄.de consanguini.& affini.& j̄.
2 de excessibus præla.c.accedentibus.¶ † Item no.ꝙ vi-
detur valere sententia lata in causa matrimoniali, licèt
b non feratur in scriptis[b].& sic videtur speciale in causa
matrimoniali. nam regulariter non valet sententia nisi
feratur in scriptis.l.1.& 2.C.de senten.ex pericu.reci.
& j̄.de re iudi.c.fina.cum ibi no.lib.vj.Sed do.Flo.hic
tenet , ꝙ etiam in causa matrimoniali non valeat sn̄ia,
nisi feratur in scriptis per ea,quæ habentur in cle.di spē
diosam.iuncta cle.sæpe.in §.sententiam.de uerb.signi.
nec in tex.isto probatur contrarium , quia non dicit,ꝙ
sententia non fuerit lata in scriptis , sed dicit,ꝙ nō fuit
redacta in scriptis . vnde potest intelligi,ꝙ sentētia fuit
facta priuata scriptura,& in scriptis lata.non tamen de
ea fuit facta publica scriptura,& sic non fuit redacta in
publicam scripturam,quæ in futurum fidem faceret.fa
cit,quod habetur.in c.si.de re iud.lib.6.in v.gl.& hanc
3 opi.videtur sequi Ioā.An.post Host.hic.¶ † Item no.ꝙ
ad petitionem rei qui etiam actor esse potest peti po-
test publicatio testium ad æternam rei memoriam : &
sic facit pro eo , quod dictum fuit.s̄.e.in c.significauit.
secus,quando esset actor,& non reus, quia tunc regu-
lariter non possunt recipi testes ad eius instantiam lit.
non contest.vt dictum fuit.s̄.c.significauit.& probatur
4 s̄.vt lit.non contest.in c.quoniam.¶ † Item no.ꝙ sn̄ia
potest probari per testes,quando non apparet instrumē
tum sententiæ.& sic facit, ꝙ acta possint probari per te
stes,licèt non sit confecta scriptura . cum sententia etiā
sit de actis. ut est tex.in l.in fraudem.§.neq;.ff.de iu.fi-
sci.& ibi per Bar.& per Ioan.An.in addi.Specu.super
rubri.de re iud.de quo etiam dictum fuit.in c.quoniā,
5 circa finem.s̄.de probatio.ubi etiam per Inn.¶ † In gl.
j.in fi.& uidetur glo.procedere etiam hodie,quia licèt
in clemen.sæpe.de verbo.signifi.dicatur generaliter,ꝙ
in causis,in quibus procedit sine figura iudicij debeat
sententia ferri in scriptis:& causa matrimonialis sit de
illis,vt habetur in clemen.dispendiosam.de iudi.tamē
per illam generalitatem non videtur derogatum spe-
ciali prouisioni huius.c.per regulā . generi per speciē .
de regu.iur.in 6.& s̄.de rescri.in c.j. Et iste uidetur ue-
rius intellectus huius.c.licèt glo.in c.fina.de re iudic.
lib.vj.ponat multos alios intellectus. de quibus etiam
tangit hic Io.An.¶ In gl.fina.ibi:quos negocium tāgit.
& si tales sunt certi,specifice sunt vocandi,si autem es-
sent incerti. sufficit eos vocare per proclama generale,
seu per citationem generalem.per id, quod habetur in
c.cum in tua.qui ma.accusare possunt. & per Io.in ca.
in nostra.s̄.de procura.& in c.si.de maio.& obed.& ꝑ
id,quod habetur.in l.si eo tempore. cum ibi no.ꝑ Bar.
6 C.de remis.pigno.¶ † In ea.gl.in fi.Aduerte,quia Inn.
hic tangit, quæ gesta possint peti publicari:& in effectu
concludit , ꝙ si sunt gesta coram testibus non interue-
niente scriptura possunt peti publicari:vt hic probatur.
& l.publicati.C.de testa.& s̄.eo.significauit. Idem si in
teruenit scriptura, sed minus solennis:vt q̄a est scriptu
ra priuata,quæ non facit fidem.C.de proba.in l.instru
menta.nam tunc eadem est ratio,quæ est, quando scri
ptura non interuenit.ex quò illa non est sufficiens, per a Recipiū tur.adē aūmat hic d. Ab.& Fel.
id,quod habetur.in c.2.s̄.de transla.prælato. Et proba-
tur hic secundum intellectum Host.quem recitat glos.
in c.fina.de re iudica.in vj.idem si interuenit scriptura
publica : sed timeatur de consumptione propter vetu-
statem,uel corrosionem aliqualem,per id,quod habetᷓ
in c.cum dilecta.j̄.de confirma.uti.uel inuti.& in l.1.
ff.de bono.posses.secundum tabu.nam talia etiam pos
sunt peti publicari,dummodo tenor scripturæ possit ex
illa comprehendi.per ea,quæ habentur ex iuribus præ
allegatis.Idem si sunt rogationes notarij defuncti , per
id, quod habetur . in c.cum.P.j̄.de fide instrumen.in-
terdum etiam instrumentum publicum de cuius con-
sumptione non dubitatur ex causa potest peti publica. b Nō ferat ur in scri. ptis. & hoc distingue hic per do. Henr. Bo hych.
ri,vt si appareat instrumentum in quo aliquis constitui
tur procurator contra plures. nam quia expedit , ꝙ illo
utatur diuersis temporibus,& in diuersis instantijs po-
terit in una instantia peti publicari, & exemplari:ut sic
iudex pronunciet ipsi exemplo fidem adhibendā,tanq̄
originali.ad hoc,ut possit ipsum originale postea in alia
causa

causa producere.dicit etiam Inno.q lit.contestatio posset peti publicari:sed certè scriptura facta per tabellionem de lit.contest.si attestetur illam se scripsisse, & sigillum suum apponat.probat fine alia publicatione. vt voluit Bar.in l.gesta.C.de re iud.& probabitur etiam in alia instantia per talem scripturam lit.contest.fuisse factam:sed vbi notarius solum scripserit,& non attestetur se scripsisse,vel signum non apponat faceret fidem scriptura in eadem instantia,& inter easdem personas: sed non in alia instantia. vt voluit Bartol.in d.l.gesta.
7 ¶ † Tractat etiam Innoc.secundo,qualiter fieri debeat ista publicatio.& concludit,q coram ordinario,vel de legato ab eo poterit fieri vocatis his,quorum interest. intellige specifice si sunt certi : aliàs per citationem generalem,vt dixi super gloss.& sic debebit fieri praesentibus praedictis,vel eis per contumaciam absentibus. & iudice sedente pro tribunali.facit,quod habetur.in c.a penul.& fi.j.de fide instru.& c.inter quatuor. de maio.& obe.& l.nam ita diuus.ff.de adop.& debebit fieri recepta informatione veritatis per iudicem eorum, quae continentur in scriptura minus solenni. & etiam, quando non interuenit scriptura. vnde examinabit testes,qui dicuntur interfuisse actui.& faciet dictum eorum redigi in scripturam publicam,vel autenticam. & sic,quae sit confecta manu tabellionis, vel habeat sigillum autenticum.j.de fi.instru.ca.1.& 2.& poterit etiã iudex decernere ad cautelam illi scripturae proprie fidem adhibendam. facit,quod habetur. in l.publicati. C.de testa.dicit tamen Innoc.hoc verum, nisi publicatio fieret per illum qui concessit illud,quod in scriptura de cuius publicatione agitur,continet:quia tunc sic ri posset etiam nemine vocato:nisi scriptura esset suspecta.& sic intelligit, quod habetur . in c.cum dilecta.j. de confirma.vti.vel inuti.

a Publicatis variotiõ summant hoc.c.do.Io.de mo. domi. abb.& Fely vide eos hic.

7 ¶ † Tractat etiam tertio qualiter poterit apparere publicationem solenniter factã. & concludit,q probari poterit per testes, qui viderunt solennitatem seruari, vel per instrumenta facta super solennitate,& tandem dubitat. Quid si de illa taliter probari non possit,nunquid tunc valebit publicatio , si fortè non appareat citationem fuisse factã de illis quorum interest.& recitat opiniones contrarias. Nam aliqui dicunt , q valet quasi praesumatur in dubio omnia solenniter acta , nisi aliud appareat per l.primam.C.de contra.& commit.stipu.& institu.de fideiusso.§.fina. Alij tenent contrarium.Hostien.concor.opinio.quia si in publicatione fit mentio de solennitate, praesumatur pro illa . argu.l.optimam.C.de contrahen.& commit. stipula.Idem si non fiat mentio, si factum est valde antiquam,ita,q de facili non possit haberi probatio.arg.l.si arbiter.ff.de probatio.& quod legitur,& notatur. in c. illud.j.de praesump.secus si factum sit recens , & non fiat mentio de ipsa solennitate in publicatione . facit, quod notat Cy.& Bald.in l.emancipatione.C.de fide instrumen.& no.bene praedicta.cum quibus transit hic Ioan.And.& domi.Anto. & adde, q dixi.in c.quoniã.
8 §.de proba.¶ † Vltimò,& quarto tractat , an actis scriptis per tabellionem credatur absq. eo. q publicentur, secundum formam supradictam.& refert opiniones,q quidam dicunt,q non:nisi scriptura notarij habeat subscriptionem testium. nam aliàs non probabit corã alio iudice,nisi publicentur , secundum formam praedictã. Alij verò,& hoc videtur placere magis Innocẽ.tenent, q ex quo scriptura est facta per notarium semper faciet fidem inter easdem personas sine alia publicatione. alijs autem personis non habet prodesse, nec nocere.l. sed si possessori.§.fina.ff.de iureiuran.& haec pars videtur vera, vt credatur actis scriptis per tabellionem etiã in alia instantia,dummodo notarius attestet se illa scripsisse , & signum suum apponat,etiam si aliàs non sint testes subscripti.per id,quod habetur . in l.in donationis.C.de dona.& q dictum fuit. in c.a quoniam . super gl.3.§.de proba.alias autem solum in eadem instantia facerent fidem , vt voluit Bar.in l.gesta.C.de re iud.& haec vera in actis,quae fiunt palàm, sed si fierent occulte,vt sunt attestationes:tunc licèt ille essent subscriptae per tabellionem cum eius signo.tamen in alia instãtia non facerent fidem , nisi per iudicem fuissent publicatae , vel pronunciatae pro publicatis haberi , vt notauit Bar.in d.l.gesta.& facit etiam, quod dictum fuit.§.eo. fraternitatis.Et tangit etiam ipse Innocẽ.an si attestationes , quae non fuerunt publicatae reperiatur penès aliũ iudicem:forte in alia instantia, an poterit per illum fieri publicatio,& innuit , q sic . de quo plenè per Bar.in l.2.ff.iudicatum sol.& in d.l.fi.C.de re iud.& plenè dixi.in c.causam.el.j.§.co.ti.

*S V M M A R I V M.*

1 *Testes pauciores,an,& quando praeferentur pluribus.*
2 *Probatio facta in iudicio summario non proficit in plenario , nisi repetatur.*
3 *Testibus duobus affirmantibus plus creditur , quàm mille negantibus.*
4 *Publicatis attestationibus in causa matrimoniali admittuntur testes super eisdem articulis.*
5 *Testis in iudicio summario dicens vnum,si in plenario dicat aliud,non valet secundum dictum.*

a Vm in tua diaece. Publicatis a attestationibus in causa matrimoniali : testes admittuntur super eisdem directò contrarijs articulis.h.d. Et est communis diuisio.secũda ibi:quanq.
1 ¶ † No.j. q illud , quod dicitur standum esse pluralitati testiũ, est verum, quando in eodem iudicio sunt producti , & examinati . secus si in alio iudicio , & ad alium finem producantur pauciores,quia praeferũtur pluribus examinatis super eodem ad alium finem,nisi illi plures iterum repetantur. Et ita debet limitari,quod habetur. in
2 c.in nostra.§.eo. ¶ † No.ex hoc secundo,q probatio facta in iudicio summario non proficit in plenario, nisi repetatur,probatur etiam.§.eod.ueniens. ¶ Item no.q publicatio attestationum , & etiam didicere testificata non nocet etiam inter easdem personas in alio iudicio in quo attestationes non prodessent. ¶ Item no.hic põderari didicere testificata : alibi uidetur ponderari sola publicatio.§.eo.de testi.de quo dicetur.j.eo.constitutis.el.2.
3 ¶ † Itẽ no. q pluralitas super negatiua coarctatã praeualet paucitati super affirmatiua. & sic no.quod illud.quod dicitur.x.testes,vel duos affirmantes praeualere centum,uel mille negantibus . ut notauit glo.in l. diem proferre.§.si plures.ff.de arbi.est uerum, quando negatiua non est coarctata,aliàs secus , vt hic patet . &
4 ibi etiam notatur per Bar. ¶ † Item no.casum,in quo ẽt publicatis attestationibus admittũtur testes super eisdem articulis. nam speciale est in causa matrimoniali , secundum vnum intellectum : vel secundum aliũ speciale est , quando producuntur ad confirmandam primam probationem reprobatam.facit,quod dictũ fuit. §.eo.series.& quod notatur.j.eo.cum clamor.vel quãdo producuntur ad probandũ in plenario iudicio probatum in summario iudicio. de quo tangetur in glo.fi. ¶ In glo.j.circa fi.ibi,vel dicas.haec verã, quia dummodo isti tres,vel quatuor sint idonei praeferentur illis.xj. vel.xij.primo loco receptis,si non repetuntur in isto secundo iudicio, si autem repeterentur:tunc debent praeferri illi.xj.cum sint multo plures. dummodo sint idonei,etiam si isti quatuor essent maioris autoritatis . ex quo

quò vltra duplum numerus illorum plurium excedit pauciores per id,quod dixi.in c.in nostra.super gl.fi.s. eo.Secus si isti.xj.essent viles.& sic intelligi debet dictũ Host.hic,qui dicit per duos,vel tres posse reprobari cẽtum.vt dixi.in c.in nostra.super glos.fi.na.¶ Quid autẽ si illi.xj.vel.xij.essent mortui,ita ꝙ non possent repeti, videretur tunc standum dictis eorum contra istos tres, vel quatuor per c.præsentata.j.e.& C.eo.l.fi.contrariũ tenet Inn.notabiliter,quia primo ad aliud,& ad alium modum agendi fuerunt inducti. secus in d.c.præsentata.& d.l.fi.quia ad idem.de quo modo agitur, & inter easdem personas,& ad eundem modum producuntur. & sic deberet probare si coram iudice fuissent recepti etiam in alia instantia tendente ad eundem finem inter easdem personas. sed quia sunt recepti coram arbitro,qui non est tantæ autoritatis,vt iudex,seruatur tũc distinctio dictorum iurium,quod no.¶ In gl.fi.ibi: sed Ioan.hic colligi potest secundus intellectus,scilicet,ꝙ hoc fit propter protestationem. Sed certè protestatio non valet, quando fit contra iuris dispositionem.s.de consti.cum.M.& j.de appel.solicitudinem.& notatur. in l.alimenta.C.de neg.gest.Ideo datur tertius intellectus,vt patet ex sequentibus, ꝙ hic recipiuntur testes etiam publicatis attestationibus:quia est nouus articulus,scilicet falsitatis. Sed certè iste intellectus etiã non est bonus:quia articulus falsitatis non censetur nouus, quando directè allegatur falsitas, vt hic fiebat. secus si indirectè.s.eo.ex tenore.& secus,si allegaretur falsitas cum corruptione.vt notatur.in cle.testibus.eo.ti. Ideo datur quartus intellectus.in ver.vel sic potest,ꝙ hic inducebatur ad alium finem. Sed certè ista solutio procedit quò ad illos tres, vel quatuor qui recipiũtur in isto secundo iudicio: sed non procedit si primi repetantũ in isto secundo iudicio post publicatas attestationes ipsorum quatuor.& ideo Io.An.tenet primam expositionẽ scilicet,ꝙ sit speciale in causa matrimoniali, qñ producuntur in fauorem matrimonij, vt hic fiebat. & sic secus videtur si contra matrimonium producerent. sed de hoc dic, vt dixi.in c.feries.s.eo.vbi Ioan.Cal.& etiã do.Anto.dicunt etiam contra matrimonium posse recipi testes.sed concorda opiniones, vt ibi dixi. Posset etiam dici,vt hic tangit domi.Anto.ꝙ hic admittuntur isti qui repetuntur ex eo, quia adducuntur ad confirmationem priorum. facit,quod dictum fuit.s.eo.ex tenore.nam præsumi debuit pro dicto primorum,donec appareret contrarium. & sic non videtur fuisse imputãdum parti,si ante publicatas attestationes illorum quatuor non reproduxit testes:tamen vt dixi prima exposi
6 tio communiter tenetur.¶ † In ea.gl.ibi non valet dictum eius no.bene, ꝙ licèt in summario iudicio testis dicat vnum,si postea in plenario dicat aliud,non valet secundum dictum,idem voluit glo.penul.ad fi.s.eo.c. veniens.ratio est,quia licet quo ad præiudicium partiũ dictum in summario non faciat fidem in plenario: tamen ad præiudicium ipsius testis,bene facit fidem. sicut, & confessio facta in summario iudicio nocet confitenti etiam in plenario. vt notauit Inno.de ordi.cog.c. 2.& facit,quod ipse no.in c.inquisitionis.j.de accus.& quod dictum fuit.s.eo.cum causam.el.j.& hac ratione etiam videtur, ꝙ si primum dictum etiam fuerit inter aliàs personas tamen faciet non valere secundum contrarium inter aliàs diuersas personas. & hoc etiam expresse tenuit Bar.in l.eos.ff.de falsis. & sequitur etiam hic do.Ant.quod est notandum. Si autem primum dictum fuisset in iudicio nullo,non videtur nocere secundo in iudicio valido. per id,quod dictum fuit.in d.ca. cum causam.in glo.fi.& super ea.Si autem primum dictum fuisset extra iudicium, secundum in iudicio contrarium gl.in d.c.cum causam. vult præualere secundum Bar.in l.eos. tenet contrarium do. Anto.videtur hic concordare opi.videlicet, vt propter hoc non possit redargui de falso,tamen non valebit dictum secundum,contrarium primo: maximè si primum transiuit in tractatum.s.eo.per tuas.quia ex primo dicto saltem conuincitur in secundo foro mendax,& sic in peccato. sed non per hoc concluditur falsarius:quia possibile est ꝙ prius dixit mendacium, & nunc verum.& non omnis mendax punitur pœna falsi, ex quò non depositum primo in formam testis.l.j.ff.de fals.& sic verisimilius est, ꝙ in secundo dicto deposito in iudi.dixit veritatẽ: quia de facili testes extra iudicium deseruiunt parti de verbis,postea in iudicio plus habent respectum ad conscientiam,& veritatem, tum propter iuramentum, & propter timorem, quia in præsentia iudicis. facit.j.de accu.inquisitionis. putat,tamen quod sit suspectus de falso.eu potes dicere, ꝙ valebit secundum dictum. per gl.præallegatam.& per id,quod ibi plene dixi. Si autẽ testis primo in iudicio dixit unum. & postea extra iudicium dicit contrarium.statur.primo dicto.s.eo.sicut. Et hoc si lata est sententia. Si autem non esset lata:tunc secundum dom.Anto.videtur, ꝙ per secundum detrahatur de fide primi dicti. sed fortè potest dici contrarium:quia ex quò primum dictum expositum fuit in iudicio. & coram iudice præsumendum est pro illo. & ꝙ tunc magis dixerit veritatem. tum propter reuerentiã sacramenti,tum etiam propter iudicis autoritatem, & quia etiam tunc liberius loquitur, ex quò non est pars præsens.facit,quod dictum fuit.s.eo.præsentium.& in c.2.s.e.& quia etiam extra iudicium, quandoq; aliqd dicunt volentes applaudere parti. vt notanit glo.in ca. præsentium.in gl.1.cautius tamen facit testis,si caueat sibi à talibus,& maximè, vt euitet opiniones. vbi autẽ testis contrarium dicit in eadem instantia repellitur,nisi dixerit animo se corrigendi. & incontinenti illud fecerit.j.ti.j.c.præterea.de quo in isto.eo.ti.§.1.ver.quid si idem testis.& se.& de cautela.quando testis, q aliàs deposuit iteratus repetitur,vt deponat,quam tunc debet seruare testis ponit Bar.in d.l.eos.& do.Ant.hic ad hoc,vt ex lapsu memoriæ non sit sibi contrarius, & sic ne incurrat falsum.nam poterit petere sibi exhiberi primas attestationes, vt informetur qualiter habeat dicere contra sibi debentem exhiberi, etiam si non sint publicatæ: quia sibi satis sunt publicatæ. cum habeat illas notas.j.eo.cum clamor. & si non potest illas habere protestetur,ꝙ nunc dicit prout sibi videtur modo. & si apparuerit eum aliàs aliter dixisse. ex nunc corrigit dictum suum, & reducit ad primum, in quo memoria erat recentior: potest etiam dicere attestator prout in alijs attestationibus sum attestatus.Item potest dicere: quia modo melius informatus sum per ea,quæ de nouo habui,volo istis attestationibus stari, quando factũ est tale,quod ex discursu communis informationis, & temporis potuit recipere meliorem informationem.p no.s.eo.cum causa.quæ dicit do.Ant.notanda pro cõsulente ad excusandũ consilia contraria.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatio generalis,an,& quando valeat.*
2 *Particeps delicti videtur,qui illud prohibere potest.*
3 *Probandi facultatem subtrahens alteri qua pœna puniatur.*
4 *Testes in criminalibus non compelluntur testificari.*

CONstitutis.j. Excõmunicari possunt a qui partes impediunt in testibus producendis.& denunciandi sunt testes non teneri iuramento per eos præstito de veritate tacenda. Et si consanguinei rei impediant testes actoris punitur reus de cuius voluntate hoc fieri præsumitur.

a Excõica ri possunt. idẽ sũmat hic d.Abb.

præsumitur.h.d.¶ Et tres sunt partes, sicut tria dicta, q patent ex summario.secunda ibi:illos.tertia ibi:si quis
1 autem.¶† No.casum in quo valet generalis excommunicatio,scilicet,quando personæ sunt incertæ.& subest causa promulgandi ipsam excommunicationem.facit, quod habetur.s.de offi.ordina.si sacerdos.¶ Item no.q non valet iuramentum præstitum de non testificando contra aliquem.¶ Item no.q ex consanguinitate aliquid præsumitur.nam si consanguineus aliquid facit, quod tendit ad vtilitatem alterius consanguinei præsumitur in dubio de illius voluntate facere. facit, quod habetur. in c.Petrus.j.de homi.No.in ver.nos. ex officio uostro,q iudex ex officio suo potest prouidere partibus ne pereat copia probationum. facit.s.vt lit.nõ cõ
2 test.quoniam.¶†Item no.q quis videtur esse particeps delicti,si illud potest prohibere,& fiat ad eius commodum,seu vtilitatem. nam præsumitur in dubio tunc il-
3 lud posse prohibere,& q de voluntate eius fiat.¶† Itẽ no.pœnam subtrahentis facultatem probandi aduersario:quia debet sentire pœnam elusionis autoritate iudicis. qui illud non patietur. & potest etiam suspendi ab officio.& per hoc videtur, q non habetur pro conuicto.nec,q ex hoc perdat causam.facit,quod notat per gl.in l.prouidendum.C. de postulan. Quid si iudex nõ potest prouidere.dic,q tunc seruabitur,quod dicit. gl.
4 in c.cum causam.s.eo.in glo.antepenul.¶ † Item no. vltimo, q licet in criminalibus non compellantur testes.j.ti.proxi.dilectorum.tamen excommunicari possunt impedientes,vt hic colligitur.¶ In gl.2.in fi. Not. bene ex tex.cum glos.q vbi aliquid fit à consanguineo ad vtilitatem alterius consanguinei. etiam si illud sapiat delictum præsumitur fieri de voluntate illius consanguinei:nisi probetur oppositum : qnod tene menti, quia ad hoc sæpe allegatur. Et no.bene, q licet testis non cogatur testificari in criminali : tamen non potest arctari per iuramentum ad non testificandnm: quia licet non cogatur,tamen potest testificari si vult.ideo iuramentum,per quod astringeretur ad nou testificandũ tanq̃ tollens liberam facultatem testificandi censetur esse contra bonos mores.ideo non valet.j.de regu.iur. in c.non est obligatorium.lib.vj.& ff.de uerb.obli.in l. stipulatio hoc modo concepta.

*SVMMARIVM.*

1 *Ab appellatione ab interlocutoria recedere non videtur, quis per appellationem à diffinitiua.*
2 *Testes aliàs producti possunt reproduci ante didicita testificata.*
3 *Renunciatio facta testibus producendis impedit productionem testium.*
4 *Reus in exceptione dicitur actor.*
5 *Publicatio sola non didicitis testificatis non impedit productionem testium.*
6 *Productio testium, an impediatur propter didicita testificata.*
7 *Renunciatio sola testium non interueniente publicatione nec notitia attestationum, an habeat impedire testium productionem.*

a Qui testificata. si est differẽtia inter summariũ. do. ab & istud

Onstitutis.ij. Qui testificata a non didicit: nec renunciauit testibus producendis: etiã super antiquis capitulis testes producere potest.h.d. Et in prima ponit formam processus,& grauamen appellantis. in secunda dat iudicẽ. secunda ibi:mandamus. in tex.ibi principis.h.d.quia olim tempore huius.ca.erat Dux.sed hodie ẽ Rex.vt hic tangit. Io.An.In tex.ibi ꝓuocari.& j.deciditur secundum Inn.q princeps impetrauit iudices super confirmatione sententiæ episcopi.& demum contra vtrunq; processum mulier de qua in litera impetrauit iudices coram quibus super illis processibus fuerunt testes producti. & ante aperturam ipsorum fuerunt obtentæ literę de quibus sequitur ad illos,vel alios iudices. Hostien.vero dicebat decidi, q mulier super appellatione iudices impetrauit,qui cassauerunt processum episcopi prageñ contra quorũ pro cessum princeps hos iudices impetrauit.¶ No.causam posse agitari per nũcium. sed expone,id est per procu. quia absq; mandato procuratorio non posset agitari. facit.s.de procurato.petitio. & eo.ti.c.j.¶ Item no.causam vnam legitimam appellandi,scilicet, quando non habet liberum accessum ad iudicem, vt sua iura propo
1 nat.¶†Item no.q per appellationem à diffinitiua,quis non videtur recedere ab appellatione ab interlocutoria.de quo per Innoc.j.de appel.dilecto.& per gloss.in cle.j.de do.& contu.¶ Item no.q in repulsione facultatis probandi per testes non ponderatur sola publicatio.sed etiam didicere testificata. facit.s.eod.cũ in tua. & c.veniens.& j.e.vltra tertiam.in contrarium facit.s. eo.de testibus.de quo dictum fuit.s.eo.fraternitatis.&
2 aliquid tangetur cum glo.fin.¶†Item no.q testes alias producti videntur posse reproduci ante didicita testificata.de quo.j.eo.per tuas.& in c.cum clamor. & s.eo.
3 cum causam.& etiam tangitur.in glo.fi.¶†Vltimo no. q renunciatio facta testibus producendis videtur impedire productionem testium.facit.s.eo.de testibus. & c. cum venisset.de quo etiam tangitur. in glo.fi.¶ In gl.j. in fi.pro ista vltima facit,quia reus in exceptione dicitur actor.l.j.ff.de exceptio.& ff.de proba.l.in exceptio.
4 facit,quod habetur.in c.j.s.de iudi.¶†In gloss.2.in fin. No.bene,q vbi non agitur de vinculo matrimonij, sed. de processu facto in causa matrimoniali impugnãdo, non debent recipi testes publicatis attestationibus.Secus vbi agitur de vinculo matrimonij,per id, quod habetur.in c.series.& c.cum in tua.s.eo.& est ratio diuersitatis,quia primo casu nòn versatur periculum animę licet forte impugnetur processus, qui alias in se sit iustus.ideo tunc remanemus in regula,vt non admittantur testes post publicatas attestationes,etiam si talis processus,sit factus in causa matrimoniali , quæ ratio cessat in secundo casu,in quo versatur periculum animæ, si veritas non haberetur,& impedietur fieri ratione publicationis,facit,quod habetur.s.titu.1.in cap.iurauit. Et no.bene prædicta pro limitatione eorum, quæ habentur.in d.c.series. & in d.c.cum in tua.¶ In gl.fi.ibi. C.de testibus.l.vltima. Potes dicere,q in eadem instantia idem testes non possunt repeti ante publicatas attestationes, posset tamen testis reuerti ad examinatorem, & corrigere,vel supplere dictum suum dummodo hoc faciat incontinenri antequam cum paribus loquatur. j.ti.1.c.præterea.In alia autem instantia, ex quo in prima non fuerunt publicati possunt produci : nisi aduersarius velit stare primis attestationibus.s.eo. cum causam.el.1.ubi autem publicatæ essent attestationes : an idem testis possit repeti recurrendum est ad c.per tuas. j.cod.qnia videtur, quod non,nisi super articulis super quibus non fuisset interrogatus,vt ibi , vel nisi repeta-
5 tur, vt declaret dictum suum.¶ † In ea.gl.ibi:antequã didicerit.No.singulariter istam gl.quæ aperte decidit , q ubi quis non didicit testificata, sola publicatio non impedit productionem testium, saluo nisi esset renunciatum productioni testium.& sic publicatio iuncta cũ renunciatione, vel iuncta cum notitia testificatoris impedit productionem testium,secus:quando est sola publicatio , sine notitia prædicta , & sine renunciatione, quod est valde notandum . sed in contrarium videtur tex.supra eo.de testibus.& sequitur Specu.opin.huius glo.in ti.de teste.§.satis ntiliter . ver.quid si publicatæ. refert tamen Clementem quartum pronunciasse contrarium, vt.j.patet.in si.Ioã.An.concordat opinionem

nam

nam prima opinio procedat, quando publicatio facta est inuita parte, vel inscia. secunda quando vtraq; parte consentiente. quam opinionem etiam videtur voluisse gl. j. in c. fraternitatis. s. eo. quæ videtur huic gloss. contraria. facit, quod dixi. in d. c. fraternitatis. super gl. prædicta. s. eo. series. & quod no. gl. in cle. testibus. de testibus. & Bar. in Auth. at qui semel. C. de proba. Sed fortè dictum Ioan. An. potest limitari, nisi publicatio sit facta ex causa parte inuita, vel etiam ignorante legitimè tamen citata. vt quia fortè timebatur de peremptione instantiæ. facit, quod habetur. in c. consuluit. de offi. dele. nam tunc videtur, q publicatio habeat obstare. aliàs procedat dictum Ioan. And. quia non debuit iudex parte inuita, quæ fortè valebat producere alios testes, vel illa ignorante procedere ad publicationem testium.

6 ¶ † An autem solum didicere testificata impediat productionem testium, si aliter non sit renunciatum productioni fuerunt opiniones, de quibus per glo. in §. q̃a verò multi. in Auth. de testi. colla. vij. Sed communiter tenetur, nocet didicisse testificata. dummodo hoc appareat, etiam si non sit facta renunciatio, vel publicatio. per tex. in d. §. quia vero. & ibi etiam hoc tenet glo.

7 ¶ † An autem sola renunciatio non interueniente publicatione, nec notitia attestationum habeat impedire productionem testium fuerunt opiniones. de quibus. in d. §. quia vero. glo. tamen ibi tenet, q non nocet. & idem fortè voluit ista gloss. idem Azo in summa. de testi. in vlt. col. In contrarium facit tex. in c. de testi. s. e. & c. cum venisset. & hoc tenuit Specu. in loco prætallegato. & communiter sequuntur canonistæ. pro hoc faciat regula generalis, quæ habet, quod renunciantibus iuri suo non est amplius dandus ingressus ad illud. vij. q. j. quam sit periculosum. & in l. penul. C. de pact. de quo etiam dixi. in d. c. fraternitatis. nec ob. quod habetur. in d. §. quia vero multi. quia ibi dicitur, quod si est conclusum, seu renunciatum, & facta publicatio non debet dari quarta productio etiam cum solennitate legali. Si vero non sit facta publicatio: tunc debet dari cum solennitate legali: nec repetit, etiam si sit renunciatũ: nec debet etiã dicta subauditio fieri: quia resultaret prauus intellectus, & iuri contrarius per ea, quæ habentur. in c. de testi. & in d. c. cum venisset. & ideo videtur, quod dictus tex. non habet obstare. Et quod dixi de renunciatione, q illa sola sufficiat. videtur velle Specu. eod. ti. §. fin. ver. antepe. & sequenti. An autem sola publicatio sufficiat sine renunciatione tetigi. s. eo. Spec. tamen eo. ti. §. satis vtiliter. videtur tenere, q non sufficiat: nisi interueniat renunciatio. in ver. quid si publicate. in eod. §. licèt ex errore. s. dixerim cum aliud dicere. ibi tamen refert, vt etiam. s. tetigi clementem voluisse solam publicationem sufficere. de quo. supra plenè dixi.

*SVMMARIVM.*

1 *Testimonium de auditu admittitur in re valde antiqua cum aliud de facili haberi non potest.*
2 *Testis debet deponere de eo, quod percepit ante litem motam.*
3 *Probatio per auditum ex sensu alterius ad hoc, vt valeat oportet, q trahat originem ab integra probatione.*
4 *Testimonium vnius non valet licèt trahat originem à dicto plurium.*
5 *Testificari est actus legitimus, seu publicus.*
6 *Testes debent iurare per proprium iuramentum, & non per procuratorem.*

Icèt ex quadam. Ponit cõsilium xij. sine quibus ad probandum consanguinitatem in causa matrimoniali non valet testimonium de auditu. & hoc sit loco summæ. ¶ Et duæ sunt principales partes. nam in prima parte ponit sex, quæ respiciunt personas. in secunda alia sex, quæ respiciunt dicta. secunda ibi: testes autem. ¶ † No. j. q in re valde antiqua
1 admittitur testimonium de auditu. cum aliud de facili haberi non potest, & sic videtur admitti testimoniũ de fama. facit, quod no. j. de verbo. signifi. in c. quid per nouale. & eo. ti. c. veniens lib. vj. & ff. de proba. in l. si arbiter. & l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcen. & sic videtur posse dari per regulam, q in factis valde antiquis in quacũq; materia sufficiat talis probatio, & sic transit do. Anto. sed Ioan. And. hic videtur dicere, q tũc recipiẽ testimonium de auditu cum fama, & alijs adminiculis. alle. supra eo. præterea. & supra, ti. j. c. ante penul. & ff. de proba. l. Celsus: & l. j. §. fi. & l. in summa. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. ar. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & esti. contra hoc tamen facit, quod ipse idẽ Ioan. And. hic tangit. dum dicit, quòd si aliter ageretur de vinculo matrimonij, quam respectu consanguinitatis non valeret testimonium de auditu: quia casus iste est exorbitans, vt patet ex principio huius capituli. facit, quod habetur. in c. quæ à iure. de reg. iur. in 6. ideo tutius vr̃ esse tenere, quòd regulariter non admittatur testimonium de audituː nisi in casibus in iure expressis. ¶ Item no. quod testimonium de auditu eius, quod ab alio audit fuisse, vel dictum, vel factum esse dicit exorbitans, & contra communem formam. quia testes secundum formam, & regulam habẽt deponere de eo, quod proprio sensu capiunt. 3. q. 9. testes. & de his. s. eo. cum causam. vbi plenè per Innocen. facit, quod dixi. supra e. in c. tam literis. super gl. & facit, quod habetur in aut.
2 si iudex. C. de epis. & cle. ¶ † Item no. quod testis debet deponere de eo, quod percepit ante litem motam.
3 facit, quod habet. in l. non potest. ff. de iudi. ¶ † Itẽ no. quòd ad hoc, vt valeat probatio per auditum ex sensu alterius. oportet, quòd trahat originem ab integra probatione. & sic, quòd saltem quis à duobus audiuerit. & ex hoc no. quòd si probatio mediata à qua assumit originem immediatè non est plena, seu perfecta: non censebitur etiam ipsa immediata plena, vel perfecta. ¶ Itẽ no. quòd vitium personale extendiẽ ad successorem, qñ successor nitit ex iure autoris. facit. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqu. pos. & quòd notaẽ. in l. vitia. C.
4 de acquiren. pos. ¶ † Item no. quòd non valet testimonium vnius licèt trahat originem à dicto plurium: nec similiter valet testimonium inhabilis, licèt eius dictum trahat originem à persona habili. ¶ Item no. illud vulgatum, quòd actus legitimi sunt infamibus interdicti. facit, quod habeẽ. in l. 2. C. de dig. libr. 12. & de reg. iur.
5 infamibus. lib. vj. ¶ † Item no. quòd testificari dicit esse actus legitimus, seu publicus. facit, quod habeẽ. in l. sed & si quis ex signatoribus. cum l. seq. ff. quemadmo
6 dum testamenta aperianẽ. ¶ † Ex versi. testes. No. quòd testes debent iurare per proprium iuramentum, & sic videtur, quod non debent iurare per procuratorem. & hoc tenet hic Petrus, & Abbas. ¶ Item no. quòd vbi testis deponit de eo, quod sensu proprio nõ percipit, debet illud asserere per credulitatem. & non per certam scientiam. ¶ Item no. casum, in quo sufficit ꝓbare qua si possessionem consanguinitatis ad separationem matrimonij. ¶ Item no. non referre, an aliquid proprio nomine, vel aliqua certa circumlocutione, seu demõstratione certificeẽ. facit, quod hr̃. in l. certum. ff. si cer. pet. ¶ Vltimo no. tex. in fi. dum dicit tollerabilis &c. q̃a ex illo potest colligi ratio, quare vbi agiẽ de matrimonio semper in dubio pro illo est iudicandum, vt habeẽ. in c. fi. j. de re iudi. & no. s. de proba. ex literis. & facit etiã iste tex. pro eo, quod dixi. supra eo. series. ¶ In gl. 3. ibi: vel seniores. hæc potest esse bona iuncta cum præcedẽti, vt appellentur hic personæ graues, q̃ sunt antiquiores. per ca. j. allegatum in gl. & quæ non sunt leuis opinionis,

nionis, per id, quod habetur. in l. cum patet. §. rogo. ff. de leg. 2. & per id, quod supra dixit glo. ¶ In gl. motam in fi. nam tunc videtur habere originem à tempore vitioso. quia lit. pen. & sic non debet proficere, per id: quod habet. in l. 2. C. de litig. & co. ti. in fi. & ĩ. vt lit. pen. c. fi. ¶ In gl. ad minus ibi: locum haberet obiectio. dic secundum Hostien. quod sufficit, quod testificantes de proprio audi tu hoc habuerint à pluribus per istum tex. maximè cū de facili non possint testes scire à quo, vel quibus habuerint illa, quibus se audiuisse testificantur: quia probatio non est angustanda, seu restringenda, dummodo testes sint honesti, per id, quod habet. in l. quoniā. §. de hæreс. ¶ In ea. gl. ibi: vel nisi ipsi omnes, & sic vult gl. quod sufficiat, quod vnus audiuerit à duobus, & alter audiuerit ab alijs duobus: vel quod etiam quilibet eorū ab eisdē duobus audiuerit. & istud etiam tenet hic Innoc. quia sufficit testes esse concordes in principali dicto, licèt non concordent in causis dicti, vt ipse notauit. in c. qualiter. el. 2. ĩ. de accu. vbi dicit, quod si volo probare iurisdictionem, & vnus testis dicat de vno actu, alius de alio: ex quo concordant in principali dicto, scilicet, quod exercitata est iurisdictio, quod tales testes probant. licèt in causa dicti non concordent, sed sint singulares. dicit tamen tutius esse, quod deponant, quod ab eisdem duobus audiuerint. & eodem tempore: quia tunc sunt omnino contestes, & non singulares. Hostien. uerò hic tenet, quod est necesse, quod audiuerint ab eisdem pluribus, aliàs videntur singulares. & per consequens non videntur probare, per id, quod habet. ĩ. de elec. cum dilecti, & istud videtur, sequi hic do. Anto. nec obstant notata. in c. qualiter, quia rei pondent, quod loquuntur, qn testes testificantur de proprio sensu, in quo quilibet est singularis. quia sensus vnius non est sensus alterius. facit, quod no. Bar. in l. 1. in fi. ff. quemadmodum testa. aperiā. ideo tunc facilius tolletatur, quod valeat probatio si sint concordes in dicto. licèt non concordent in causis dicti. sed hic testificant de aliorum sensu. & non surgit vis, seu efficacia probationis à suo sensu tantum, sed à sensu eorum, à quibus dicunt se habuisse. ideo secundum eum oportet, quod sint contestes. sed fortè gloss. seruaretur in practica per tex. istum, qui videtur velle, quod sufficiat testem dicere se audiuisse à suis antiquioribus. & maximè etiam, quia hoc tenuit Innocen. & de materia. in d. c. qualiter. & etiam dixi. in l. inter pares. ff. de re iudic. & per Cyn. in l. 2. in quarta principali quæstione. C. quæ sit long. consue. ¶ In ead. gloss. in fin. & quæ sit ratio diuersitatis inter accusatorem, & testem notauit gloss. in d. c. cum in tua. quia non per accusatores. sed per testes reus condemnatur. facit. infra, de simo. per tuas. ¶ In gloss. autores. in fi. de hoc. infra, de pur. ca. c. penul. in gloss. penulti. dic, vt ibi. ¶ In gloss. penul. in fin. potes concordare opiniones, secundum Ioan. Andr. quia opin. gloss. procedit, quando testes deponunt de auditu. nam tunc cum tale testimonium sit exorbitans, vt patet ex princi. capituli. iō debet restringi, & pro tanto tunc testes debēt deponere de vtroq; latere, aliàs non probant. sed si testis deponat de visu, tunc procedit prima opi. quia sufficit, quod deponat de vno latere, & sic sufficiet, quod duo de visu deponant, ex vno latere. ¶ Alij duo similiter deponant de visu ex alio latere: quia tale testimonium tunc non est exorbitans. ideo magis ampliandum, hoc intelligo verum saluo eo, quod dicitur. in ver. sed nec Et ad materiam eius, quod tetigi cum glo. in verbo vno. facit quod no. gl. 3. q. 9. testes. & c. nihilominus. ¶ In gl. fi. in fi. supple vitra illum, de quo quæritur secundum Host.

a Testes post idem summant hic d. Ab. & d. Fely. & adde hic d Fely qui hoc c. expedit per cōclusiones pulchras habebis materiam huius c. expeditam.

*SVMMARIVM.*

1 *Publicatis attestationibus super articulis, super quibus testes deposuerint non debent amplius interrogari.*

2 *Dolus, & negligentia æquiparantur.*

3 *Testis, an, & quando repeti possit.*

a **Et tuas.** Testes [a] post publicationē ad petitionem partis interrogari non debēt, nisi quando super omnibus capitulis non deposuerūt. ¶ Et est cōmunis diuisio. consultatio, scilicet, &

1 responsio. secunda ibi: nos igitur. ¶ † No. quod publicatis attestationibus super articulis, super quibus testes deposuerunt non debent amplius interrogari, secus si repetantur super articulis, super quibus non fuerunt interrogati ex negligentia, vel malitia examinatoris, quæ in dubio præsumitur, vt etiam notauit Spec. eod. ti. §. nūc videndum. ad fi. secus. si ex certa scientia fuisset omissa interrogatio per iudicem, vt hic colligitur à contrario sensu huius tex. forte ex eo, quia reputauit capitula esse impertinentia: si tamen contrarium esset, debuisset pars appellare ratione grauaminis illati. aliàs imputan

2 dum esset sibi ar. de elec. cum dilecti. ad fi. ¶ † Vltimo no. quod dolus, & negligentia æquiparātur quo ad casum istum, in quo est eadem ratio vtrobiq; licèt aliàs differant, quando non est eadem ratio vtrobiq;, vt. ĩ. de crimi. fal. ad falsariorum. & ĩ. de ele. in ca. nihil est. ¶ Item potes notare, quod si pars petijt interrogari testem de causa scientiæ, si omissa fuit interrogatio, quod repeti poterit testis etiam ad instantiam partis, vt interrogetur super causa dicti sui, & aliàs in effectu, sibi non præiudicet. argu. istius tex. & sic limita, quod notauit gloss. ĩ. eo. cum causam. cum dicit, quod valet dictum testis etiam si non reddat causam dicti sui, si non fuit de illa interrogatus. & ideo vtile est semper facere interrogatoria super capitulis partis aduersæ, vt etiam dixit Spe. in ti. de teste. §. sequitur. ver. illud. & facit, quod notat. c. ti. §. iam de interrogatorijs. ver. item caute. & ita etiam practicatur. nam dicit pars, si testis interrogatus super capitulis aduersæ partis dixerit se nihil scire non interroget vlterius. Si autem dixerit se scire, interrogetur de cā scientiæ. & etiam fiunt interrogatoria alia de quibus. in d. §. iam de interrogatorijs. & per Innocen. ĩ. eo. cum cām. & per gl. ĩ. eo. in c. præsentium. lib. vj. ¶ In glo. 1. in fin. Concordat gl. quam legistè reputant singularem. in §. quia vero. in Auth. de testi. colla. 7. & tractat hic Inno. an expediat facere capitula. & concludit, quod sic: quia expedit producenti illa facere ex eo, quia testes videbūt melius, super quo habebūt deponere. & sic facilior erit probatio. Item, quia si capitula admittantur per iudicē non poterit pars aduersa dicere, quod testes non debebant interrogari cum sint impertinentia: quia imputet sibi pars, quæ non appellauit, cur non appellauit, quādo iudex admisit capitula. & si est disputatio inter partes, an capitula sint pertinentia, vel impertinentia. iudex debet hoc decidere, & reijcere impertinentia. facit, quod notatur per gl. in c. 1. & 2. de confessis. in vj. & in c. præsentium. de testi. eo. lib. Si tamen remaneat dubius debet potius admittere, quàm reijcere, vt hic voluit Hostien. facit, quod no. in simili. in c. vt debitus. de appel. Expedit etiam parti contra quam producuntur testes capitula per aduersarium dari: quia facilius videbit super quo habeat facere interrogatoria. nam sibi expedit facere interrogatoria propter id, quod dixi in notabilibus. & quia etiam facilius deteget falsitas, vt no. in c. cum causam. ĩ. eo. & in §. iam de interrogatorijs. superius allegato, & per glo. ĩ. eo. in c. præsentium. lib. vj. & licèt copia capitulorum debeat dari parti aduersæ, non tamen debet dari copia interrogatoriorum alteri parti, ne instruat testes qualiter habeant deponere, licèt secundum Innocen. de consensu facientis illa possent dari. sed parum cautus esset, qui taliter consentiret.

tiret.¶† Ultimo pro declaratione decretalis,& eorum, quæ hic tangit do.Ant.satis confusè potes cōcludere duos casus principales: quia aut repetitur testis super eo,super quo aliàs est testificatus:aut super alio. Primo casu,aut testis seipsum repetit. & tunc si incontinenti id faciat,se fortè corrigendo tunc potest,vt tetigit gl.& probatur.j.ti.proxi.præterea. Ex interuallo autem id fa cere non posset,vt ibi habetur. Aut testis repetitur per iudicem ex officio,fortè vt declaret dictum suum obscurum. & tunc etiam id fieri potest, vt etiam tetigit glo.& habetur.j.eo.cum clamor. Aut testis repetit ad instantiam partis.& tunc,aut facta erat publicatio. aut non,si facta erat publicatio regulariter repeti non potest,vt hic probatur. Fallit primo,si attestationes primæ erant nullæ,per id,quod no.glo.s.eod.cum causam. & j.de reg.iur.non præstat.lib.vj. Fallit secundo, si erant amissæ,seu perditæ.s.ti.j.c.fi. Fallit tertio, si primo pro ducti fuerunt testes super iudicio summario. & secundo repetuntur super plenario.s.eod.veniens.el.2. Fallit quarto,quando primo inter alias personas fuerunt recepti,licèt super eodem.quia tunc sicut non ob.sentētia,sic,nec publicatio.j.ti.1.c.licèt.& ca.iurauit.cū ibi no. Si autem non fuerunt publicatę attestationes, tunc in casibus, in quibus dixi posse repeti etiam post publicationem,multofortius poterunt repeti hoc casu. ar.s. eo.constitutis.el 3. In alijs casibus dic, q licèt do.Ant. hic distinguat,an perempta sit instantia,vel non:tamen videtur dicendum, q aut pars aduersa consentit vt repetantur.& possunt repeti,per id, quod habetur.s.e.c. cum causam.& per Ioan.An.in c.fraternitatis.in vlt.q. Aut non consentit.& tunc non poterūt.(ADDI Hoc videtur procedere in eadem instantia. sed in diuersa,cū in illa nō faciat fidem, ex quo non est facta publicatio poterunt repeti, nisi pars aduersa cōtenteť stare primæ depositioni,per ea,quæ habentur.in c.cum causam. ad fi. TIO.)repeti. sed instandum erit, vt fiat publicatio, quod fieri poterit. etiam coram alio iudice , vt voluit Inno.s.eod.Alberi.& Bar.in l.2.ff.iudi.solui.& hoc de primo casu principali.¶ Secundo casu,quando repetiť super eo,super quo non deposuit, tunc considera tres casus.quia aut nulla data sunt capitula,quo casu petitio, seu libellus, succedit pro capitulis. Aut data sunt capitula super tota causa. Aut data sunt solum sup par te causæ. Primo casu si testes fuerunt interrogati super omnibus contentis in petitione, licèt fortè non plenè dixerint.& tunc non possunt iterum produci,nisi fortè vt declarent dictum suum ex officio iudicis,vel nisi attestationes essent nullæ,vel aliquis alius casus,de quibus.s.dixi in simili. Aut non fuerunt testes super omnibus interrogati. & tunc aut omissa fuit interrogatio circa ea.quæ non erant substantialia, vt circa circunstantias loci,vel temporis,eo casu quo non sunt de substantia,licèt possint interrogari iuxta ea, quæ notantur.s.e. cum causam.per gl.Innocen.& doct.& s.eo.ex tenore. & tunc non repetuntur ad instantiam partis, sed iudex possit ex officio, si sibi videreť repetere.per id,quod habetur.xxx.q.v.indicantem. & ff.de interro. actio.& in l.vbicunq;.& j.eo.cum clamor. Aut omissa est interrogatio super substantialibus,vt quia in petitione fit mētio de præscriptione,& tali,in qua requiriť titulus, q̄d q̄ñ sit,colligit ex notatis. in c.j.de præscrip.libr.vj.& l. fi.C.de præscri.lon.temp.& iudex interrogabit solum super possessione:& omisit interrogare de titulo. & sic de parte substantiali præscriptionis, ideo tunc poterit, & debebit repeti per testes etiam ad partis instantiam, vt etiam voluit Innocen.hic. & s.eo.fraternitatis. non enim debet iudex omittere interrogationem substantialem.faciat, quod habetur etiam in hoc capitulo. & plus voluit hic Inno.q etiam iudex ex officio hoc casu poterit repetere testem,cum in actis,id sibi constet, & notoriæ:ideo potest supplere sup tali facto.facit, quod no.s.de postu.præla.in c.bonæ.& per gl.in l.vbi pactū. C.de transa.& no.hoc dictum Innoc.in quantum vult notorium dici,quod ex actis patet.& idem voluit.j.de appel.ex insinuatione.¶ Secundo casu, quando data sunt capitula super tota causa,tūc si super omnibus fuit interrogatus,non debet amplius repeti. nisi in casibus, de quibus superius dixi. Aut fuit omissa interrogatio super aliquibus capitulis, & tunc,aut fuit omissa ex negligentia,vel malitia,quod in dubio præsumitur, vt superius dixi. & tunc,possunt iterato repeti etiam ad instantiam partis, vt hic probatur. Aut ex certa scientia omissa fuit interrogatio.& tunc si fuit omissa,q̄a à principio iudex non admisit illa capitula,non poterunt repeti,quia imputet sibi pars, quæ non appellauit à non admissione.argu.s.de elect.cum dilecti ad finem. Posset tamen iudex in cuius præiudicium non transit inter locutoria in rem iudicatam. vt no.j.de appel.cum cessante.reuocare suam interlocutoriam.& consequenter recipere testes.ar.d.c.cum cessante.cum ibi no.¶ Si autem fuisset porrecta petitio.& non fuissent data capitula, & iudex ex certa scientia omisisset super aliquibus interrogare deberet, tunc pars appellare,cum primum sciuit.aliàs sibi imputaretur,per ea, quæ superius sunt dicta. Si tamen iudex videretur se errasse. Posset errorem suum corrigere,per id,quod habetur. in d.c.cum cessante.¶ Tertio,& vltimo casu,quando data sunt capitula super parte causæ, & super tota causa, & tunc si deposuerunt super capitulis productis, an possint repeti super illis dic,vt superius est dictum.sed si producantur super alijs capitulis possunt produci testes si non sunt inclusi super primis, vt s.eo.fraternitatis. etiam si sint de materia contenta in petitione. & idem fortius est dicendum,si essent capitula super iure, quod de nouo supeuenit,si est tale,quod habet prodesse ad victoriam,vt in casu.c.Abbate.de re iud.in vj.& in l.fi in rē. §.fi.ff.de pigno.act.nam tunc super talibus nouis capitulis multo fortius poterunt testes produci,per ea,quæ habentur.in d.c.fraternitatis. Item aduerte,quia quādo testes non sunt publicati: an possint repeti,tres fuerunt opiniones.vna,q indistinctè possint repeti. per ca. constitutis.el.3.s.eo. Secunda,quod possint repeti secū dum distinctionem.c.præsentata.j.eod.vt tetigit gloss. in d.c.consti.hæc potest saluari, quando coram alio iudice repeterentur,per ea,quæ habentur.s.eo.cum causam,quæ inter archiepiscopum. Tertia, q incontinenti possunt seipsos repetere, si volunt se corrigere, vt hic tetigit gloss. & ista verior videtur. de quo supra plenius dixi.

a D Icèt dilectus. Testes[a] sup principali productos reprobare est licitum,& similiter reprobare reprobatorios. Ulterius autem nō est locus reprobationi.h.d. Et in prima ponit processus narratio.in secunda causæ commissio.Secunda ibi : mādamus.¶ No.q cuilibet parti licitum est facere vnam reprobationem testium, siue probatoriorum, siue reprobatorium, & non vltra. ¶ Et ex hoc no.q inter probatorios,& reprobatorios licitū est cuilibet parti facere duas productiones,& non vlterius. qualiter autem intelligatur,quod hic dicitur de tertia productione,& de quarta declaratur. in glos. ¶ Et no.q decre.ista loquitur,quando agitur de reprobatione personarum testium,vt patet ex litera. An autem habeat locum si ageretur de reprobatione dictorū per testes,fuerunt opi.Io.An.j.eo.præsentium. libr.vj. ante glo.videtur tenere,q non. quia ista decre.non loquitur hoc casu. & quia est exorbitans à iure cōmuni, ideo

[a] Testes. Eodē modo sūmit hic d.Ab. & d.Fely.

ideo non debet extendi etiam per identitatem rationis per ea,quæ habentur . de regu.iur.ea quæ.libr.vj.& de regularibus.c.constitutionem . & c.non solum.eo.lib. ¶ Sed Io.Cald.hic tenet contrarium per rationem tex. in fi.& per no.per Hostien.š.eo.ex tenore.¶ Sed Paul. de Liaza.concor.opi.quia,aut propter falsitatem dicti opponitur periurium , vt sic in nullo credatur testi.& sic etiam super eo, super quo non probatur falsitas . & tunc habeat locum decre. Et procedat opi.Hostien.& Cal.quia tunc in effectu opponitur contra personam. Aut opponitur simpliciter falsitas alicuius dicti.& tūc non habet locum hæc decre.per iura,quæ dicunt indistinctè exceptionem falsitatis posse opponi etiam post sententiam . de prob.licèt causam . & quia dicens falsum plus deliquit,quàm criminosus, quia licèt quis sit criminosus : tamen posset dicere verum, & sic non est eadem ratio , quando agitur de reprobatione dictorū: quæ est,quando agitur de reprobatione personæ : quia magis suadet ratio admitti reprobationem contra dicta ratione falsitatis,qu m quando agitur solum de reprobatione personarum.cum vt dixi, licèt sint criminosæ personæ possent tamen dicere verum. ideo talis reprobatio magis fuit restringenda.& intellige,quia pōt reprobatio fieri ratione falsitatis, quando aliud nō ob. hoc dico propter ea,quæ habentur.in cle.testibus.hoc eo.ti.& de materia per Pau.š.eo.testimonium.¶ Et no. ꝙ litera procedit, quando agitur de reprobatione fienda per testes.ideo si quarto loco non producerentur testes.sed instrumenta ad reprobationem personæ testis admitti debent . cum hic non prohibeatur talis probatio,& sic stabimus in regula permissiua. ar.l.quoniam. ad fi.C.de hære.& similiter si produceretur instrumentum , & pars aduersa vellet reprobare illud per testes. Prima productio testium esset illa, quæ fieret cōtra ipsum instrumentum. ideo tunc duæ aliæ admitterentur per testes per hanc literam. de quo hic etiam per Ioan. And.& do.Anto.¶ In glo.fi.ibi,quæ incipit præsentium hodie habetur. de testi.lib.vj.¶ In ea.gl.in fin.Aduerte pro declaratione glo.& tex.quia aut actor solum producit testes super principali . Aut reus solum producit testes super principali,aut vterq;. Primo casu tūc actor potest habere duas productiones testium,vnam,quam facit producendo super principali,aliam si reus reprobat personas eorum , quia poterit producere testes reprobatorios contra testes reprobatorios rei , & sic reus tunc habebit solum vnam productionem testium, quā facit ad reprobandum,& actor duas. vnam,quam facit ad probandum super principali:aliam quam facit ad reprobandum testes rei . & sic hoc casu solum inter ambos habebunt tres productiones.& ex illis tribus actor habebit duas,reus solum vnam,quarta verò productio nullo modo concedetur ad reprobandūm, si fortè reus vellet illam facere ad reprobādum testes actoris,quos actor induxit ad reprobandum testes rei . Secundo casu,quando reus tantum produxit testes super principali:tunc reus poterit habere duas productiones : sicut in simili dixi de actore . & actor vnam tantum si ipse velit reprobare personas testium inductorum contra se per reum in principali . & sic inter ambos hoc casu solum habebunt tres productiones,quarum duæ erunt rei.s. vna probatoria : & alia reprobatoria . & alter ex dictis tribus erit actoris,& erit reprobatoria.quarta autem reprobatoria nullatenus concedetur per istum tex.¶ Tertio casu,qñ vterq; producit super principali,tunc cuilibet parti possunt competere tres productiones.vna producendo testes super principali:aliæ duæ ad reprobandum.nam poterit actor producere testes ad reprobandum personas testium inductorum contra se per reum in principali . & ista erit secunda productio actoris , & similiter poterit reus producere testes ad reprobandū personas testium inductorum contra se per actorem in principali.& ista erit secunda productio rei.Item poterit actor facere tertiam productionem reprobatoriam, producendo testes ad reprobandum testes reprobatorios inductos per reum contra suos testes productos in principali. & ista erit tertia productio quo ad actorem. & sic habebit vnam productionem probatoriā,& duas reprobatorias. & similiter poterit reus tertio loco producere testes ad reprobandum testes actoris inductos per actorem contra testes rei productos in principali. & sic similiter reus habebit tres productiones testium. vnam probatoriam . & duas reprobatorias. quarta autem neutri parti dabitur.& contingit hoc, ꝙ tot productiones habeat actor , q̄ reus propter diuersos respectus,& propter pluralitatem testium ab vtraq; parte ꝓductorum , sed reuera si consideramus solum respectu testium productorum ex parte actoris:tunc actor habet duas productiones.& reus vnam.quia actor habet vnā probatoriam,& vnam reprobatoriam,& reus vnam reprobatoriam. & similiter contingit ex parte rei:si consideramus testes productos ex parte ipsius rei:quia reus habet dicto respectu duas productiones,vnam probatoriam,& aliam reprobatoriam , sed actor vnam tantū reprobatoriam.& per hæc potes habere clarum intellectum tex.& glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Compromitti potest in clericos super iure spirituali.*
2 *A compromisso recedi potest, quando arbiter se absentat à loco compromissi.*
3 *Tertius arbiter non potest aliquid laudare duobus absentibus.*
4 *Attestationes facta coram arbitro prosunt etiam coram iudice si testes sunt mortui.*
5 *Acta litis ordinatoria facta coram arbitro, an prosint coram iudice , vt super eis possit fundari sententia.& nu.8.*
6 *Confessio facta coram arbitro , an habeat prodesse coram iudice . & nume.9.*
7 *Compromissum factum in aliquem expresso nomine dignitatis , an transeat in successorem, & an morte alicuius compromittentium cesset compromissum .*

a Attestationes. Cōcordant in summario, huiꝰ decr. dñs Abba. Felv.& do. Io.de Imo. Et si quæras, an acta vnius iudicij faciant fidē in alio iudicio. vide hic diss. do. Henri. Bohych.in princ.

PRæsentata nobis. Attestationes[a] receptæ per arbitrum faciunt fidem in iudicio,si testes sint mortui. Si vero viuūt est in optione illius contra quem testes sunt producti,an velit attestationes recipere . An vero velit testes de nouo recipi.h.d.¶ Et in prima partis petitio. in secunda causæ commissio Secunda ibi: discretioni.
1 ¶ † No.ꝙ super iure spirituali potest compromitti in
clericos:an autem compromitti possit in laicum dic , vt
2 š.de arbi.contingit.¶ † Item no.ꝙ à compromisso vide
tur posse recedi,quando arbiter se absentat à loco com
promissi, & vadit ad longinquas partes in breui non re
uersurus.Facit,quod habetur.in l.si longius.ff.de iudi.
3 ¶ † Item no.ꝙ tertius arbiter non potest aliquid lauda
re duobus absentibus , quando in tres est simpliciter
compromissum. facit.š.de offi.dele.vno delegatorum.
4 ¶ † Item no.ꝙ attestationes factæ coram arbitro ꝓsunt
etiam coram iudice,si testes sunt mortui . Si vero sunt
viui est in electione eius, contra quem sunt producti:
an velit stare dictis eorum:an vero,ꝙ iterum producan
tur ad idem.l.fi.C.eod.An autem idem sit, si testes essent recepti coram iudice inter easdem personas.& ꝓducantur dicta eorum coram vno alio iudice.gl.voluit ꝙ sic in l.properandum.ad fi.C.de iudi.Sed communiter tenetur contrarium , quia si fuerunt publicatæ coram alio iudice , faciunt fidem coram alio inter easdē personas

personas etiam inuito aduersario.ſ.eo.causam,quæ.el j.& ibi etiam dixi.Et voluit Innocen.ſ.e.c.cum causa.
5 ¶†An autem acta litis ordinaria facta coram arbitro,ꝓ sint coram iudice, vt super eis possit fundari sententia, hic vr̃ casus,quod sic.& facit,quod no.Spe.in ti.de lit. cõte.§.nunc tangamus.circa fi.sed Inn.& do.Ant.hic. dicunt hoc procedere propter mãdatum Papæ, vel qa sic partes consenserunt.aliàs cum sit noua instantia:ne cesse esset reiterare acta litis ordinaria , & sic de nouo offerre libellũ.& iurare de calumnia.per l 2.ff.iudicatũ
6 solui.¶†An aũt confessio facta coram arbitro habeat prodesse coram iudice.j.dicam.¶In gl.j.in fi.do.Ant. hic post Io.An.reprobat gl.ex quo iste, qui fuit promo tus in archiepiscopum,erat clericus tpe cõpromissi:se cus si fuisset laicus,quia,tunc bene excusatur.& sic lo quant iura allegata. in gl.sed fortè gloss.potest saluari: quia licèt tempore compromissi,quis sit clericus . Aut superuenit dignitas,per quam non impedit posse vaca re cõmodè ad finiendum arbitrium,vt si efficiatur Dia conus,vel sacerdos: & tunc procedat dictũ doctorum. Interdũ superuenit magna dignitas,q̃ habet multas oc cupationes p.p quas non possit vacare circa arbitriũ. & tũc nõ poterit cõpelli,per ea,quæ hñr.in l.licèt. alle gata.in glo.& sic saluatur glo.¶In gloss.2.in fin.proce dit gl.secundum iura antiqua. An aũt hodie duo ex trĩ bus tertio absente & si simpliciter sint dati possint ꝓce dere ad sententiam,recurre ad tex.& glo.in c.fin.de ar bi.lib.vj.¶In gl.arbitrium ibi:alterius arbitrorum.hoc clarũ,qñ aliud non est actũ.& qñ cõpromissum nõ est
7 factũ sub noĩe dignitatis.† An aũt cõpromissum factũ in aliquẽ expresso nomine dignitatis trãseat in succes sorem videret,ꝙ sic.per c.qñ Abbas.de offi.deleg.cõ trarium voluit Inn.in ca.fi.eo.ti.& Bar.in l.qui liberis. §.hæc verba.ff.de vulg.& pup.quia licet expressa sic di gnitas vr̃ potius contemplata persona,ex eo,qa cõsue uit cõpromissum fieri in amicos cões , & non in alios. An autem morte alterius cõpromittentiũ expiret com promissum.dic,ꝙ sic.nisi aliud sit actum expresè , vel tacitè:per id,quod hr̃.in c.fi.ſ.de arbi.& iõ dixi tacitè, qa si factũ esset Per prælatum nomine ecclesiæ cũ au toritate superioris transiret in successorẽ , & ita põt in telligi hic,dum dicit litera in principio prædecessorem suũ.&c.facit,quod habet.in c.veniens.ſ.de transactio.
8 ¶†In gl.pen.in fi.& sic habes ex tex.cum gl.an acta de cisoria, seu respicientia decisionẽ facta corã arbitro va leãt corã iudice:qa si sunt attestationes,dicendũ est,vt
9 in tex.& gl.¶† Quid autẽ de confessione.tangit Spe.in ti.de confessi.§.nunc videndum. versicu.quid de con fessione.vbi videt dicere,ꝙ valebit coram iudice. per l. penul.C.de arbi.sed Ioan.An.ibi in additio.post Pe.& Cy.& sequitur hic do.Anto.dicit,ꝙ valebit,vt extraiu dicialis:non, vt iudicialis : quia coram arbitro non est propriè iudiciũ.l.j.C.de arb.& ff.de re iud.& l.ait præ tor . quod dicunt procedere etiam si sñia arbitri fuerit emologata:qa licèt quo ad sñiam reperiatur posse ha bere locum emologationem , non tamen reperitur re spectu confessionis.& ideo stabimus iuri antiquo . arg. l.præcipimus.C.de app.& l.sancimus.C.de testa.licèt aliqui secus dicant,quando sententia esset emologata. Sed fortè potest attentari,ꝙ confessio facta coram arbi tro valeat etiam vt iudicialis coram iudice, siue sit fa cta emologatio, siue non:per tex.in d.l.penul.qd sim pliciter vult,quod acta respicientia decisionem iudicij valeant coram iudice,& videtur intelligendum , quod valeant, vt iudicialia : quia aliàs non habuisset dubiũ; quis enim dubitasset,quod confessio facta coram arbi tro,si de illa appareat valeret,vt extraiudicialis. Certe rationabiliter nullus debuisset dubitare . per id , quod habetur.ſ.de proba.per tuas . & in l.generaliter.C.de non nume.pecun.pro hoc etiam litis contestatio facta coram arbitro valet etiam ꝗ, vt iudicialis , & interrũpit præscriptionẽ,vt ibi patet.& sic eadem ratione videtur fuisse mens Imperatoris,quod acta respicientia decisio nem facta corã arbitro , etiã vt iudicialia valeãt coram iudice.arg.l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupi. Vnde sor te et posset dici , ꝙ nisi emanasset hæc decre.& l.fi.C. de testi.attestationes receptæ coram arbitro indistin ctè valuissent coram iudice. per illam.l.penul.& pro ꝓ dictis etiam facit,quod no.Inno.de ordi.cog.cum dile ctus.vbi vult,quod confessio facta in summario iudicio præiudicet in plenario.Et adde, quod hic no.Io.Cal.ꝙ non videtur in omnibus bene dicere.

*SVMMARIVM.*

*1 Testificari possunt pro monasterio omnes, qui sunt de conuentu.*
*2 Testimonium religiosi deponentis sine iuramento non valet.*
*3 Profiteri,an possit quis regulam minorum infra annum probationis.*

Vper à nobis. Non credit isti, ei religioso, qui sine iuramento deponit.Et est cõis diui sio.Secunda ibi:rñdemus.¶† No.ꝙ te
1 stes de cõuentu,seu monasterio põt pro cã cõuentus,& monasterij testificari.de
2 quo plenè.ſ.co.in c.insuper.& c.cum nuncius.¶ † Itẽ no.ꝙ non valet testimonium ei religiosi deponẽtis si ne iuramento parte non consentiente, & cã sit spiritua lis, & ecclesiæ.¶Item no.ꝙ secundum hæc tẽpora , vr̃
3 ꝙ infra tempus probationis,quis possit pfiteri regu lam minorũ,vt illi obligetur.Hodie vero dic,vt hr̃.in c. non solum.de regularibus.lib.vj.¶In gl.secunda ibi:se cus si volente.& sic videtur,ꝙ siue contradicat ille con tra quem fit productio,siue taceat,non valebit testimo nium,si testis deponit non iuratus.secus si consentit, ꝙ sine iuramento deponat.¶In glo.fina.ibi:per confesso rem suum.de hoc etiam tangitur. in ca.testimonium.ſ. eo.vbi etiam tractatur,an debebit stari dicto confesso ris,sine iuramento.

*SVMMARIVM.*

*1 Canonizari,an possit quis sine speciali licentia Papæ.*

VEnerabili. Diligenter,& sigillatim exa minandi sunt testes.h.d. Et in prima petitio. in secunda testium recipien dorũ cõmissio. Secunda ibi:discretioni vestræ mandamus &c.¶No.duo requisita, vt quis canonizet pro sancto.Primum est,quod vitam duxerit virtuosam Secundum , ꝙ miracula fecerit.super quo vide bonam glo.in c.j.de reliquijs,& vene.san.lib.vj.& no.per Inn. j.de reli.& vene.san.c.j.¶Vltimo not.ꝙ testes sigilla tim,& diligenter sunt examinandi. An autem isti com missarij possunt hunc articulum receptionis testiũ sub delegare.dicebat Boatinus, ꝙ non,propter arduitatem negocii,& industriam electam.argu.de offic.dele.in c. fi.sed Io.An.hic remittit id ad ea,quæ hñr.in tex.& gl. in cle.1.de offi.deleg.& sic vr̃,ꝙ distinctio ibi posita ha beat locum etiam in casu isto , quod diligenter no.qa propter magnitudinem negocij videretur oppositum.
1 ¶In gl.t.in fi.& de materia.c.habetur. in d.c.1.de re lig.& vene.san.lib.vj.vbi glo.† tangit,an sine speciali li centia Papæ possit quis canonizari.& concludit,ꝙ non: tangit etiam quid iuris,si Papa erraret in canonizatio ne , an peccarent adorantes illum tanquàm sanctum, & an etiam aliquo casu possit quis non canonizatum adorare , vt sanctum.de quibus dicendum , vt ibi ha betur .

SVMMARIVM.

1 *Testis qui obscure deposuit potest repeti non obstante publicatione.*
2 *Confusè dictum, habetur pro non dicto.*
3 *Publicatio testium non nocet iudici quominus post illam possit testes producere.*
4 *Testes, an post publicationem repeti possint ad instantiam prosequentis inquisitionem.*
5 *Lis, an sit contestanda in causa inquisitionis.*
6 *Ambigua verba in iudicio prolata interpretantur pro parte proferente: sed verba ambigua testis interpretantur contra eum proferentem.*
7 *Testem repetere potest iudex ex officio suo, ut dictum suum obscurum declaret.*
8 *Testes quandoq; repeti possunt, & quandoq; non, & quando, & in quibus casibus.*

a Si quas, versi. & qui in cã inquisitionis publicatis attestationibus sup eis dē articulis possit testes dno uo pduci, & examinari, vel iã pducit, vel examinati reexaminari vide di stinct. hic per dom. Hēr. Boyc. in prin. c.



a Vm clamor. a Si testis obscurè deposuit dictum suum, iterum examinari pōt vt illud declaret. h. d. Et in prima ponit q̄rela. in sc̄cūda mādatū. Secūda ibi: mādamus. ¶ † No. j. q̄ nō obstāte publicatiōe pōt
1 testis repeti, & iterum examinari, si obscurè deposuit, & repetit officio iudicis, non ad instantiam partis, vt tā
2 git gl. de quo etiam. s. eo. per tuas. ¶ † Itē no. q̄ confuse dictum h̄r pro non dicto: nisi declaretur sic, & aliàs cōfusè scriptum h̄r pro non scripto. l. 2. ff. de his, q̄ pro nō
3 scriptis h̄nr. ¶ † Item no. q̄ publicatio testium non nocet iudici quo minus possit post illam testēs pducere, & est rō, q̄ ipsi iudici omnia sunt aperta. ideo si pter hoc impediretur post productionē vnius testis nō possent alij produci. & ideo non debet pp hoc impediri. ¶ Itē, q̄ in iudice non est suspicio, cū non tangat eius cōmodū, vel incōmodum, & ideo etiam post publica-
4 tionē pōt repetere testes. ¶ † An autem ad instantiā psequētis inq̄sitionē possint repeti testes post publicationē tāgit hic Inn. & ponit duas opiniones cōtrarias, sed Host. cōcordat opi. q̄ si datus est à iudice ad ipsam inq̄sitionē promouendā, & adiuuandam tunc, q̄ talis non est propriè pars, sed minister iudicis, non habet libellū offerre, nec litē contestari. & posset ad libitum iudicis remoueri. ideo tūc ad ipsius instantiā possent repeti, q̄ potius ex iudicis officio repeti vīr cui⁹ iste est minister, facit, quod h̄r. in c. olim. j. de acc. Secus si non est datus à iudice. sed à socijs, vel ipse se obtulit ad instigandam inq̄sitionē. q̄ iste censetur pars, & libellum debet offerre, & litem cū eo cōtestari. facit, quod h̄r. j. de pur. ca. cum dilec. & s. de iud. exhibita. & j. de acc. veniens. c. cū dilecti. & ideo hoc casu ad istius instātiā
5 non repetenē testes. ¶ † Et no. bene ex prædictis. An, & q̄n in causa inq̄sitionis sit lis contestanda. q̄ si ex mero officio iudicis pcedit, tūc nō est cū quo lis cōtestet. Si aūt aliquis prosequat̄ illā, tunc, aut est datus à iudice. & tunc ēt non fit contestatio necessaria. Aut ille, q̄ prosequit̄ inq̄sitionē non fuit datus à iudice. & tūc debet lis contestari, supple si contra præsentem procedit secus, si cōtra contumacē, vt s. eod. cū olim. & secundū prædicta intellige, quod h̄r. in c. quoniam frequenter. in §. sunt, & alij. s. vt lit. nō contest. quod tene mēti, q̄
6 melius hic declarat̄, quā in alio loco. ¶ † In glo. fi. ibi: li qs intētione. Solue, q̄ ibi loqtur in verbis ambiguis platis à parte in iudicio, in quibus fit interpretatio pro proferēte. sed hic in verbis ambiguis prolatis à teste, in quibus fit interpretatio cōtra producentē, vt in c. in pñsentia. s. de proba. & facit, quod no. Bar. in l. inter stipulantē. §. j. ff. de ver. ob. In contractibus autem verba ambigua interpretantur contra stipulatorē, seu creditorē. l. veteribus. & ibi de materia. ff. de pact. & est etiā bona gl. in regula contra eū. de regu. iur. lib. vj. & facit, quod

7 no. gl. s. de rest. spo. cum ad sedem. ¶ † In ea. glo. in fin. No. bene ex gl. q̄ iudex ex officio suo potest repetere testem, vt declaret dictum suum obscurum, licèt hoc facere teneatur ad partis petitionem, vt etiam dixit gl. in c. per tuas. s. eo. & in §. quia vero. in Auth. de testi. colla. 7. Et procedit hoc nedum in criminalibus. sed ēt in ciuilibus. vt volunt gloss. prædictæ cum iudex qñcunq; sibi videatur possit. interrogationes facere pro veritate eruenda. xxx. q. v. iudicantē. j. de fid. instr. cum Ioan. & l. vbicunq;. ff. de interro. act. maximè autem hoc potest facere in criminalibus per rationes hic alleg. in glo. vbi autem iudex non repetit, tunc stabit dictum vulgatū, q̄ dubia probatio non releuat probantē. vt in præall. c. in præsentia. Secus si iudex ex officio vellet repetere testem, vt declaret dictū. & ille testis postea declaret taliter, q̄ probaret. & sic limita. d. c. in præsentia. & propter hoc potissime expedit habere iudicem discretū, & gratiosum. Facit, q̄ no. Io. An. in c. consuluit. de offi. deleg. vbi concludit, q̄ propter arbitrariam valde expedit habere iudicē gratiosum. & prædicta procedunt, quando verba sunt ambigua etiam s̄m cōmunem intelligētiā. Si autem secundum cōmunē intelligentiā, & secundū cōmunem modum loquendi verba haberent certam interpretationem: tunc licèt aliter possent intelligi, & iudex ex officio etiā tunc posset repetere, vt hic voluit Host. tamen si non repetat vīr intelligenda secundum cōem modum loquendi per ea, quæ habent̄. in c. ex literis. j. de spon. & l. cum dclanionis. §. asinam. ff. de fun do instructo. & facit, quod notatur maximè per Bar. in
8 l. Labeo. ff. de suppel. leg. ¶ † Et no. ex prædictis, q̄ interdū reperitur testis, vt declaret dictum suum, & tūc dic vt superius est dictum. Interdum repetitur, vt addat, vel se corrigat. & tunc dic, vt h̄r. j. ti. j. præterea, & dictum fuit. s. eod. per tuas. Interdum aūt repetitur testis, vel ēt alius de nouo producitur, vt confirmet primū di ctū. & tunc hoc fieri potest secundum Inno. per id, quod habetur. s. eo. ex tenore. sed hoc intellige sane, quia si Titius petijt decē à Seio tanquā sibi pmissa in ciuitate Bononiæ, & pducat testes, q̄ deponant pmissionem factā de mense maij in prima die. & aduersarius postea velit reprobare testes allegādo, q̄ dicta die ipse promissor, vel ēt ipse stipulator non fuit in ciuitate ista. sed fuit in ciuitate florentiæ, & sic in loco adeo distanti ab isto, q̄ dicta die non potuisset hic esse: certe non obstante publicatione priorum testium, poterit ipse Titius producere testes ad confirmationem superiorum, qui deponunt, quòd dicta die vtraq; pars fuit in ista ciuitate, & sic ad confirmationem priorum: quia non debuit in dubio præsumere, quod pars aduersa vellet suos redargue re. vnde poterit, vt dixi producere testes ad confirmationem priorum, intelligo anteq̄ producentur testes ad uersarij: aliàs non esset licitum, q̄ super directè cōtrarijs articulis non est licitum producere testes post publicationem, nisi allegetur falsitas cum corruptione. s. ti. j. licèt. & in cle. testibus. cum ibi no. eo. ti.

SVMMARIVM.

1 *Criminosus perseuerans in crimine repellitur ab officio testificandi tam in ciuili, quàm in criminali.*
2 *Infamia facti, an repellat delegatum.*
3 *Crimen quare potius repellat testem, quàm iudicem.*
4 *Emendatus de crimine remanet infamis infamia iuris, non tamen repellitur à testimonio.*
5 *Crimen periurij non infamat infamia iuris.*
6 *Criminosus licèt sit emendatus repellitur in causa criminaliter mota in quatuor casibus.*
7 *Infamia facti repellit à testimonio in criminali criminaliter mota.*
8 *De crimine agitur ciuiliter, quando agitur ad pœnam pecuniariam.*
9 *Infamis iuris, quid sit, & quid infamia facti.*

10 *Infames infamia canonica, qui dicantur.*
11 *Periurus repellitur à testimonio, licèt sit emendatus, & an omnis periurus repellatur. & nu. 17.*
12 *Periurus, an sit infamis infamia iuris.*
13 *Condemnatus de crimine, an admittatur ad testimonium in causa ciuili, si egit pœnitentiam.*
14 *Ad testimonium admitti, an debeat accusatus, de crimine licèt non sit conuictus, vel confessus.*
15 *Accusatio criminalis eoipso, quod est instituta contra aliquem, videtur ex hoc quodammodo insurgere infamia.*
16 *Hæreticus, an admittatur in testem contra hæreticum.*
17 *Infamis non admittitur in testem, etiam contra infamem.*
18 *Excommunicatus, an post absolutionem repelletur à testimonio.*

a Estimonium. ᵃ Perseuerās in
crimine ēt in ci
uili repellitur à testimonio. Emendatus
verò non infamis admittitur in ciuili,
& ēt in crīali ciuiliter mota. Fallit in p-
iurio. In crīali verò crīaliter mota secus.
h.d. ¶ Et duæ sunt partes principales. nā primo loqtur
In criminoso perseuerante in crimine. Secūdo de emē-
dato. Secūda ibi: si vero. Secūda subdiuiditur. nā primo
tractat de emendato in causa ciuili, vel ciuiliter mota
de crīe. Secundo de criminali criminaliter mota. Secū
da ibi: in criminali. & s̄m Abbatē pōt dici, q decre. po-
nit tres casus in qbus in ciuili, & quatuor in qbus in
1 crīali testis repellit̄. ¶ † No. q crimē in quo qs pseuerat
repellit quē ab officio testificandi, nedū in crīali, sed ēt
in ciuili, licèt nō repellat quem ab officio purgandi, si
de illo qs nō sit cōdēnatus. ī. de purg. cano. cōstitutus.
cū ibi notatis. nec similiter repellit à iudicando, si non
inducit infamiā iuris, aliàs secus in delegato q̄uis ordi-
nariū nō repellat donec tolleretur, vt no. Inn. s̄. de præ
scri. sciscitatus. & de offi. dele. cum super. & tangit etiā
de excep. cum venerabilis. & no. glo. 3. q. 7. in summa.
2 † An aūt infamia facti repellat delegatum. dom. Ant. te
nuit, q non. c. sciscitatus. de rescrip. Sed dic, vt ibi dixi.
3 † Quare autem crimen potius repellat testem, quā iudi
cē. no. Ioā. An. ī. de cler. excō. ministrante si celebrat. &
Inn. s̄. de elec. nihil. nam ratio est, qa maius est pericu-
lū in teste: qa ab eo nō appellat̄, secus in iudice. Et no.
vt crimē repellat à testimonio exigit̄, q saltē, sit tale, q
repellat à promotione, vt dictum fuit. in c. super eod. &
4 in c. intimauit. s̄. eo. ¶ † Item no. q emendatus de crīe
remanet infamis, intellige infamia iuris, non tñ repelli
tur à testimonio tam in cā crīali, q̄ ciuili. ¶ No. 2. q si
emendatus de crīe non remanet infamatus infamia iu
ris non repellitur in causa ciuili excepto crīe periurij.
5 ¶ † Et ex hoc no. diligenter, q crimen periurij non infa
mat infamia iuris. alias exceptio non esset bona, cū de-
beat esse de cōtentis sub regula, vt no. ī. de regul. iur. in
rub. lib. vj. de quo per glo. 6. q. 1. infames. & c. quicūq;.
& per gl. & legistas. in l. Lucius. ff. de his. q no. infa. &
in auth. senecas mulieres. § j. colla. v. & aliqd etiā. in l.
quæ sub condōne. ff. de cond. inst. Vincen. hic dicebat,
q est infamis infamia canonica, sed non secundū leges
nec infamia iuris: nisi in casu legis, si quis maior. C. de
transac. s. quando venit contra transactionē, seu cōuen
tionē iuratam, vt patet ex illa. l. cū ibi no. per Bar. & sic
reqritur, q veniat contra cōuentionem, & contra iura-
mētū, vt voluit gl. in d. auth. senecas mulieres. & sic nō
vr̄ sufficere, vt veniat cōtra iuramētū tantū, vt si iurauit
aliqd dare, vel facere non præcedente cōuentione, li-
cèt iurauit parti, vt voluit sentire Vinc. & gl. in d. auth.
senecas mulieres. licèt Bar. aliter sentiat. in d. l. Lucius.
sed præcedēs opinio verior vr̄, qa s̄m leges iuramentū
de se nō erat obligatorium. l. si qs pro eo. cum ibi no. ff.
6 de fideiusso. ¶ † Item no. q in causa criminali crimina
liter mota criminosus licèt emēdatus repellit̄ in qua-
tuor casibus. Primus est, qñ de crīe est conuictus. Secū
dus, qñ de crimine fuit cōfessus. Tertius qñ de crīe cō
tra eū in iudicio probatur. Quartus qñ eius opi. de crīe
est grauata, & sic de crimine est de facto Infamatus in-
famia facti. nā duplex est infamia. vna iuris, alia facti. Et
de effectibus infamiæ facti notatur per gloss. in l. nullā.
7 C. ex quibus cau. infamia irrogetur. ¶ † Et ex prædictis
not. q infamia facti repellit à testimonio in criminali
criminaliter mota: secus in ciuili. etiā si ex crimine de-
scendat. de quo hic tangit Io. An. & per Cy. & Bar. in l.
j. C. de sum. tri. & etiam per glo. in l. eiusius. ff. de senato.
¶ Et no. ēt, q cōuictus ēt in alio iudicio de crimine nō
potest esse testis in causa criminali criminaliter mota.
& sic vr̄, q probatio facta in vno iudicio, noceat in alio
8 etiā si inter diuersas personas de quo in gl. † Quādo au
tē dicat̄ agi ciuiliter de crīe. dic secundum Ioan. Ardr.
quādo agitur ad pœnā pecuniariā. per l. vltimam. ff. de
priua. delictis. intellige hoc verum, qñ pœna pecunia-
ria venit applicanda parti, secus si fisco. qa tunc intelli-
geretur agi crīaliter, vt est gl. cum tex. quæ reputat̄ sin-
gularis. in l. 4. §. j. ff. de sepul. viola. & no. Bar. in l. agra-
ria. ff. de termino moto. & Inn. ī. de accu. qualiter. el. 2.
9 ¶ † In gl. a. ibi: sub nota infamiæ. supple iuris. nā quædā
est infamia iuris, quæ introducitur in casibus expressis
à iure. de qbus. in l. j. ff. de his, qui notantur. infamia, q̄-
dam est infamia, facti, vt quando grauata est alicuius
opinio apud bonos, & graues. vt innuitur hic in text. in
ver. in criminali. & longa est differentia inter infamiam
facti, & iuris. nam infamia iuris repellit indistinctè à te
stimonio tam in ciuili, quam in crīali: intellige nisi in
subsidium, & vbi alij testes non reperirentur. & tūc de-
mū, cum tormentis. vt no. Bar. in l. 2. C. de sum. trin. fa-
cit, quod habetur. in auth. de test. §. si vero ignoti. cū ibi
no. colla. 7. sed infamia facti repellit à testimonio in cri
minali, non autem in ciuili, vt hic probat̄, minus tamē
credetur tali testi, quàm alteri integræ opinionis. per id
quod hr̄. s̄. de proba. licèt. & in l. 3. §. causæ. ff. de carbo.
edi. & no. Cyn. in d. l. j. C. de sum. trin. posset etiam esse
tanta vilitas testis, q ei nō crederetur nisi cum tormen
tis. per id, quod habetur. in d. §. vero ignoti. & no. Bar.
in d. l. 1. C. de sum. trin. & secundū prædicta debet intel
ligi, quod notatur. per gl. in l. Cassius. ff. de senato. & ēt
vr̄ tenendum licèt Io. An. hic dubitauerit; & non bene
firmauerit pedes. & hoc sequitur in effectu etiā hic d.
Anto. Habet etiam alium effectum infamia facti. quia
repellit à dignitate. Item interdum facit locum quere-
læ inofficiosi testamenti. l. fratres. C. de inoffi. testa. & l.
nullam. C. ex quibus causis infamia irrogetur. vbi bo-
na gl. & facit, quod hr̄. ī. de regu. iur. infamibus. libr. vj.
Et no. q infamia iuris interdum surgit ex ipso facto, ēt
non secuta sententia. vt si quis lenocinium cōmittit,
vel si artem ludicram corā populo exercet. l. j. ff. de his,
q notantur infamia. Interdum surgit demum ex sentē-
tia, vt quando quis est damnatus de crīe publici iudi-
cij. Et q̄ sint crimina publici iudicij habetur. in l. j. ff. de
publ. iudicijs, vt crimen adulterij, falsitatis, & violen-
tiæ publicæ, vel priuatæ, & alia, quæ ibi enumerantur,
& appellantur publica iudicia, seu publica crīa. qa cui
libet de populo competit accusatio, vt habet̄. in d. l. j.
Alia autem in quibus non competit cuilibet de popu-
lo accusatio, sed passus damnum, vel iniuriam, & talia
appellantur crimina priuata. l. fina. ff. de priua delic. vt
est crimen furti, & iniuriarum. damnatus autem de pri
uato delicto non est infamis infamia iuris: nisi in casi-
bus expressis in iure, vt si sit damnatus de furto, vel cri-
mine, & iniuria, & per id, quod tangit hic gl. & ī. de te
iud. in c. cum te. & habetur. in d. l. 1. ff. de his, q no. in-
10 famia ¶ † Item no. q infamia canonica dicunt̄ esse in-
fames omnes criminosi, etiam si secundum formam

a Testimoniū. istud. c. est solenne, & magnæ vtilitatis ī practica. & iō si vis habere notitiam huius materiæ post do. Abb. & post hunc vide d. Fely. qui expedit hāc materiam per cōclusiones, & limitationes, & alijs modis quibus elegāter solet omnia tractare.

iuris ciuilis non ſint infames.vj.q.j.illi qui.& c.qcũq;
& c.infames.& multofortius, qñ eſſent infames de iu-
re ciuili.vt patet ex d.c.infames . Aduerte tñ : qa infa-
mia canonica abolet̃ ex pœnitentia.& ſic durat demũ,
dum quis in crimine perſeuerat.vj.q.j.quicunq;,iũcta
gl.Sed infamia iuris ciuilis non abolet̃ per pœnitẽtiã.
2.q.3.§.hinc colligit̃.ſed oportet,ꝙ qs reſtituatur in in
tegrum per habentem poteſtatem. puta per Principẽ,
vel Papam.vt plenè no.ĩ.de re iud.cum te.& in l.infa-
mem.ff.de publicis iudi.& l.j.§.de qua.ff.de poſtu.&
ſimiliter infamia facti non tollitur per pœnitentiam.vt
probat̃ in tex.iſto . & ſic etiam poteſt intelligi præalle-
gatus.§.hic colligitur.¶ In ea.gl.in fi.dic , quod ibi lo-
quitur in crimine ſimoniæ,quod propter criminis enor
mitatem reputatur de criminibus exceptis à cõmuni-
bus regulis.ĩ.de ſimo.tanta.& facit, quod no.in c.cum
p.ĩ.de accu.¶ Item aduerte,quia videtur velle hic Inn.
& videtur ſequi do.Ant.quod ſi quis eſt condemnatus
de crimine repellatur,licèt ſit emẽdatus ſicut ſi eſſet in
famis infamia iuris, & ita videtur voluiſſe Innoc.circa
principium.Sed credo dictum eius intelligendum, qñ
eſt dãnatus ex tali delicto, ex quò efficitur qs infamis.
nam tunc idem eſt, quod eſſet ſi quis ſine ſententia ex
ipſo crimine efficeretur infamis.quod quando ſit.ſ.di-
xi.ſecus vr̃ ſi damnatus ſit de crimine , ex quò non ſe-
qnat̃ infamia per iſtum tex.q loquitur indiſtinctè , &
vult admitti emendatum in cauſa ciuili dũmodo non
remanſerit infamis. & hoc videtur etiã fuiſſe de mente
11 Inn.hic in glo.ſua penul.¶ † In glo.periurij ibi:non re-
cipitur . Et eſt ratio ſpecialitatis , ſecundum doctores
quare periurus licèt emendatus repellitur à teſtimo-
nio indiſtinctè . quia ſemel malus præſumitur in eodẽ
genere mali ſemper eſſe malus.ĩ.de reg.iur.ſemel ma-
lus . libr.6.& ſic, ex quò ſemel periurauit præſumitur
quod iterato periurabit . facit.ĩ.de præſum.in c.ſcribã.
ideo non admittit̃ ad hoc ẽt qa periurus certo reſpe-
ctu vincit homicidium.22.q.v.in c.ille . cũ ibi notatis .
dicit tamen hic Vincen.ꝙ Papa poſſet diſpenſare , vt
periurus , vel alius in mortali crimine conſtitutus non
repelleretur à teſtimonio, per id,quod habetur.ĩ.de re
iud.in c.cum te.& ĩ.qui fi.ſint leg.per venerabilem . &
facit de hære.accuſatus.§.licèt.lib.vj.¶ An autem om-
nis periurus repellatur.Conclude,ꝙ ſi eſt periurus,qa
venit contra licitum iuramentum,ſiue ſit aſſertorium,
ſiue permiſſorium repellitur per iſtum tex. Secus ſi ve-
niret contra iuramentum illicitum,qa tunc non repel
leret̃ ſaltem acta pœnitentia.ſ.cod.conſtitutus.el.2.&
12 c.intimauit.¶ † In ea.gl.in fi.No.bene diligenter gloſ.
quæ videtur velle , ꝙ periurus non ſit infamis infamia
iuris:niſi in caſu.l.ſi qs maior. alleg.in glo.& illud etiã
tenuit Vincen.vt dixi in notabilibus.Et iſta opinio etiã
vr̃ vera,quia pœna infamiæ iuris nõ imponit̃, niſi in ca
ſibus expreſſis in iure,vt patet ex his,quæ habentur. in
l.1.ff.de his qui no.infamia. Et iõ cũ reperiat̃ ſolum in
dicto caſu periurum eſſe infamẽ non debet extendi ad
alium caſum.quia pœnæ ſunt reſtringendæ,& non am-
pliandæ.de pe.di.j.§.pœnæ.licèt gl.in c.qcũq;.6.q.1.fa
cit differentiam inter iuramentum de præterito, & iu-
ramentũ de futuro, vt hoc vltimo caſu,ſi cõmittatur p-
iuriũ ſit infamis.ſecus in iuramento de pterito, & hoc
ẽt ſequatur Bar.in l.Lucius.ff.de his qui nota.infa.qñ
iuramentum fuit de falſario parti,ſecus ſi ſoli Deo . &
videtur etiam fuiſſe de mente gloſſ.in d.ca. quicunq;.
in ratione quam ibi aſſignat: tamen hæc opi.non vide-
tur de iure vera per iſtum tex.& ſic tenendum videtur,
quod ſuperius dixi.¶ In glo.confeſſus ibi: in cauſa cri-
13 minali,licèt egerit pœnitentiam.¶ † No.diligenter,qa
videtur velle glo.ꝙ condemnatus de crimine admitta-
tur ad teſtimonium in cauſa ciuili,ſi egit pœnitentiam

intellige,quando non fuit factus infamis,per id, quod
dr̃ hic in ver.ſi vero.& ſic habes gl.quæ cõtradiceret In
no.ſecundum intellectũ aliquorũ intelligentiũ ipſum
voluiſſe, ꝙ indiſtinctè condemnatus de crimine repel-
latur ſicut repellit̃ infamis , ſed verior eſt,hæc gl.p iſtũ
tex.q loqtur indiſtinctè, & vult emẽdatũ poſſe teſtifi-
cari.dũmõ nõ ſit infamis . & dictũ Inn.nõ dẽt intelligi
ruditer,vt ſonat,ſed ſecundum id, quod dixi ſup gl.2.
¶ In ea.glo.ibi:nec eſt neceſſe &c.rõ eſt, qa ex quõ ſe-
mel eſt cõfeſſus,vel conuictus de crĩe factus eſt inhabi
lis ad teſtificandũ in criminali.ideo iſta inhabilitas ſeq
tur cum quocunq; vadat.& ſic etiã in alio iudicio . fa-
cit,quod no.per gl.in l.ex ea.ff.de poſtu.¶ In gl.pen.in
fi.& per hoc vr̃ tolli cõtrariũ regulæ,quæ habet,ꝙ acta
inter alios nõ faciunt fidẽ.ĩ.de re iud.cum inter.C.res
inter alios act.aper toſũ.Et aduerte,qa ſolutio gl.ſatiſ-
facit quarto caſui poſito in text.ſ. qñ grauata eſt opi-
nio ex eo,qa aliàs fuit repulſus per viam exceptionis.
nã tunc,ex quò exorta fuit infamia facti illa ſeqtur per
ſonã quocunq, vadat,ſicut lepra leproſum.facit,quod
no.in l.ex ea.ff.de poſtu.& no.bene, ꝙ ſi nõ eſſet exor-
ta infamia,nõ repelleret̃:niſi iterato pbaret̃. Nec obſt,
qd hr̃ hic in ver.in crĩali.dũ dicit cõuictus extitit &c.
qa ibi loqtur , qñ fuit conuictus inſtituta accuſatione,
Sed hic loqtur,quando fuit cõuictus p viam exceptio
nis, vnde qa non directè tunc agitur contra teſtem . vt
tangit gl.ſequens attenditur , an exorta fuerit infamia,
vel nõ.ſecus quando directè agitur contra ipſum inſti-
tuta accuſatione.nã tũc eoipſo,ꝙ eſt cõuictus,vel con
feſſus efficit̃ inhabilis ad teſtificandũ in crĩali,vt ibi pa
tet.& ideo nocet ſibi ẽt in alio iudicio:qa talis inhabi-
litas afficit perſonam. & ſeqtur illam quocunq; vadat.
facit,quod hr̃.in d.l.ex eã.ff.de poſtu. Et no.ꝙ licèt lo-
quatur hic lr̃a : quando qs eſt infamatus infamia facti,
ex eo, qa fuit repulſus per exceptionẽ:tñ idem vr̃ , qñ
alius appellat quẽ infamatum de crĩe apud bonos , &
graues,cum eadem ratio videatur, & per cõſequẽs idẽ
ius.ſ.de tranſla.præla.in c.2.& ſic etiam videtur intelli
gere Bar.in l.1.C.de ſum.trin.& videtur etiam de men
te Ioan.And.hic,quando producitur in criminali , licèt
videatur velle,ꝙ in ciuili ita demum infamia facti non
repellat ſi non traxit originẽ immediatè à crimine. ſed
à carceratione,vel à repulſione à teſtimonio . ſecus ſi à
crĩe , licèt etiam clarè ſe non firmet,ſed de hoc dic , vt
14 ſuperius dixi.¶ † An autem ſi aliqs non ſit conuictus,
vel cõfeſſus,ſed pendeat accuſatio, an admittat̃ ad te-
ſtimoniũ.dic,vt ĩ.eo.c.fi.¶ Quid ẽt ſi nondũ eſſet repul
ſus in alio iudicio.ſed penderet lis ſuper exceptione op
poſita contra eum.videtur velle Inno.ꝙ idem ſi ex hoc
grauata eſt opinio. cum ſit tunc ẽt eadem ratio . quod
no.pro his, quæ ſuperius dixi.¶ In gl.fi.ibi:grauata eſt
eius opinio. & ſic vr̃ gloſſ.verba iſta in hoc caſu poſita
in litera referre ſolum ad id,quod proximè , & imme-
diatè pcedit:tñ idem vr̃ dicẽdũ ẽt in alijs tribus caſibus
poſitis . in ver.in crĩali.ſ.quando inſtituta accuſatione
contra ipſum,fuit de crimine conuictus,vel confeſſus,
vel etiam tunc per exceptionem conuincitur. quia iſte
verſicu.in crĩali propter dictionem,aduerſatiua,autẽ
de qua.in l.hoc amplius.§.de his aũt.ff.de dã.infe.ma
ximè per Bar.aduerſari videt̃ in oĩbus caſibus hic poſi
tis in ver.in crĩalibus,quæ ſuperius dicta ſunt de cauſa
ciuili. vnde ẽt aliqui exponunt in hoc caſu.ſ.quãdo in
alio iudicio inſtituta accuſatione fuit conuictus,vel cõ
feſſus,vel nunc per exceptionem conuincitur.ſ.in alio
iudicio,vel in hoc,licèt fuerit emendatus, vel grauata
ſit opinio,ex eo , qa aliàs fuit per exceptionẽ repulſus.
nã in oĩbus iſtis cauſis admittendus vr̃ qs in ciuili : ẽt
ſi deſcendat ex crĩe dummodo ſit emendatus, & nõ re
manſerit infamis,per id,quod habetur. in verſi.ſi vero.
Et no.

15 Et no.† q eoipso, q accusatio criminalis est instituta 3
aliquē, vr̄ quodāmō ex hoc insurgere infamia facti, p id
quod hr̄.j.eo.c fi. Et multo fortius si de crimine, sit cō-
uictus, vel confessus cū tunc maior sit ratio. & idem vr̄,
qñ per exceptionem qs cōuincit̄ de crimine, p id, qd
hr̄.s.de ord.cog.cum dilectus.circa finē. & per hoc for
tè posset attentari, quod demum pp infamiam facti re
pellitur quis in criminali, quando surgit ex aliquo ca-
suum hic positorum, & in c.fi.j.eo.tamen, vt superius
tetigi. Bar.in d.l.j.de sum.trin.intelligit̄ indistinctè, qd
qualitercunq; qs sit infamis infamia facti repellat̄ à te
stimonio in criminali præcedens tñ dictum fortè de iu
re posset defensari per istum tex. & qa excludere quē
à testimonio, vr̄ qdā pœna, q nō debet imponi, nisi in
casibus in iure expressis, cū pœnæ sint restringendæ. de
pœni.di.j.§.pene.de reg.iur.in pœnis. lib.vj.¶In ea.gl.
ibi: p sacerdotē. sed an credet̄ illi sine iuramēto.¶Qui
dā, quod sic, cū sustineat vices Dei in actu cōfessionis.
facit.s.de off.ord.si sacerdos. Sed cōtrariū tenuit Host.
qa licèt in illo actu gerat vices Dei; tamen in foro con-
tentioso in quo nūc pducit̄, nō gerit vices Dei. iō non
credit̄ sine iuramēto, p id, quod hr̄.s.eo.nup. & p hoc.
ēt sequit̄ Arch.in c.in capite.l.dist.licèt do.Ant.hic ali
16 ter referat.¶ † In ea.ibi.C.de hæreti.l.penul.vbi videt̄
hæreticus admitti contra hæreticum in testem, sed dic,
q ibi loquitur in certis hæreticis, qui fm iura antiqua
nō erant infames. sed hodie oēs hæretici sunt infames,
vt in ant.gazaros.C.de hære. & no.ēt per Cy. & Bar.in
l.j.C.de sum.tri. & sic illa.l.hodie non habet locum. &
17 idē voluit gl.in c.si hæreti.2.q.7.¶†In ea.gl.ibi dico, q
non pōt. No.bene diligenter ex gl. q infamis nō admit
tit̄ in testem ēt contra infamem per rationem quā glo.
ponit. Accur.tñ tenuit contrariū. in l.3.§.l.Iulia.ff.de
testi. sed nō bene, vt voluit Bar.in l.cum mulier.circa fi.
nē.ff.sol.ma.allegat, quod no.Inn.j.de adul.intellexi-
mus. & nō allegat hanc glo.q in terminis hoc decidit.
iō tene singulariter ipsam menti.nec ob.l.in arenā.C.
de inof.testa. qa ibi loquitur de actibus, q fiunt inter
ipsos infames. sed hoc testimoniū principaliter reddit̄
cū fieri dēt fides.l.quinquaginta.ff.de proba. & tangit
Bar.in d.l.cū mulier. Et no.ēt bene, q gl.in d.§.l.Iulia.
valde dubitauit, an periurius emēdatus admittat̄ ad te
stimoniū, & nō allegat hūc tex.de quo est mirandum.
¶In ea.gl.ibi: directè nō agit̄. No.diligēter, q exceptio,
q obijcit̄ cōtra testē potius vr̄ obijci cōtra partē pducē
tē testē. & ideo ipsi testi nō sunt necessario dāda capitu
la sup dicta exceptione saluo nisi, fortasse vellet se de-
fendere, p id, qd hr̄.in c.puenit.j.de fideius.per Inn. &
facit, qd no.3.q.v.cōstituimus.¶In ea.gl.ibi: si seruus
vult probare. nā pōt seruus contrahere matrimoniū si-
cut liber.j.de coniu.ser.c.j. & 2.iō pro illo poterit esse
in iudicio, maximè cū sit res spiritualis. facit, qd hr̄.s.
de rest.spo.ex parte.¶In ea.gl.ibi: argm̄ cōtra. alias est
sine dictione 3. & p hoc facit, qa.c.personas.vr̄ potius
cōcordare ex eo, qa repellit̄ à testimonio habēs cōsi-
18 milē cām.¶†Extra gl.tagit hic Inn.an si pbet̄ aliquem
fuisse excōicatū debeat repelli à testimonio, licèt pbet
se absolutū. nā videret̄, q sic, saltē iu criminali. qa ex-
cōicatio nō debet fieri, nisi p graui crimine.xj.q.3.ca.
certū. & c.nullus. & facit ēt, quod no.4.q.1.in summa,
vbi ēt de materia Inn.hic finaliter vr̄ velle cōtrariū, vi-
delicet, q nō repellat̄, si pbet̄ absolutus ab ipsa excōi-
catione: nisi aliter pbet̄ crimē cōmissum p ipsum ex-
cōicatū. ex eo, qa excōicatio ēt iniusta ligat.xj.q.4.in
c.1. & iō licèt afficiet personā donec durat: tamen non
vr̄ cōueniens, q illā perpetuo afficiat etiam post abso-
lutionē. facit.6.q.1.in c.illi, qui, & pro prædictis ēt facit
qa ab hoīe nunq fieri debet sententia, nisi præcedente
cōtumacia.j.de sen.ex.sacro. & no.gl.in c.de presby-
terorū.17.q.4. & licèt iudex excōicet aliquē, qa nō cō
paruit in termino, vel qa non paruit, sibi possibile est,
q fortè ille fuit impeditus parere, vel cōparere in ter-
mino. & sic licèt sñia esset iusta quò ad iudicē, tñ esset
iniusta quo ad partē. & iō ex sola excōicatione nō p-
bat̄ necessario quē criminosum esse, nisi aliter probet̄.
Posset aūt pbari crimen si fortè de illo esset cōdemna-
tus, vel aliter esset crimē notoriū. & si esset tale, qd in-
duceret infamiam ēt post pñiam repelleret ēt in ciuili.
aliàs repelleret solū in criminali. & sic intelligit archi.
Innoc.in c.decernimus. de sen.exc.li.vj.q meo iudicio
melius pcepit mētē Inn.in locis, in qbus ipsum recitat
quā aliqs alius. d.Ant.hic aliter intelligit Inn.videlicet
qñ simpliciter excōicatio est lata. secus dicit Inn.velle
si aliqs fuit excōicatus pp crimen cōmissum, vel etiā
propter inobedientiā. qa non vult comparere, vel etiā,
qñ est excōicatus propter delictum, quod est notoriū
per euidentiam facti, vel qñ est excōicatus à iure. vt in
casu.c.si qs suadente.17.qō.4.¶Sed certè, vt superius
dixi iudex nō debet excōicare propter crimē, sed pro-
pter contumaciam in non parendo, vel nō cōparēdo,
& licèt mandauerit sibi, vt compareat ad defendendū
se sup tali crimine, non pp hoc probat̄ necessario cri-
mē cōmissum: nisi aliter pbet̄ per ea, q dixi. Fateor tñ,
q vbi apparet quē excōicatū à iure, id apparere nō pōt
nisi appareat crimen: qa à iure immediatè infert̄ excōi
catio propter crimen. tñ tunc non debet absolui, nisi sa
tisfaciat, ideo si apparet eum absolutum consequenter
vr̄ emendatus de crimine. ideo non nocebit in ciuili ni
si esset tale crimen, quod induceret iuris infamiam per
ea, quæ hic dicuntur in tex. Et adde prædictis, q vbi cō
stat quē cōmisisse crimen debet probare emēdationē,
siue crimen fuerit manifestum siue occultum: ex quò
nunc constat de crimine. qa ex hoc fundata est intētio
volentis eum repellere per id, quod hr̄.s.eo.super eod.
ideo cum volens se iuuare necessario habeat se funda-
re ex emendatione illam debet probare per ea, quæ ha
bentur. in l.2.ff.de proba. & in l.j. & 2.ff.de excep. & sic
non videtur procedere distinctio gl.in c.ipsi apostoli.
2.q.7.quæ distinguit, an crimen sit manifestum. & tūc
debeat probari emendatio, an vero occultum, & tunc
præsumatur. vltimo etiam his, quæ dixi super gl. potes
addere, id quod no.in c.1. & 2.j.de collusione detegen
da. quæ crimina dicantur publica secundum canones.
nam secundum leges satis dixi super dicta glo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Productio quarta testium non admittitur nisi cum solemnitate. & numero 4.*
2 *Præsumptio malitiæ purgatur per iuramentum.*
3 *Testificata qui didicit repellitur à productione testium.*
4 *Iuramentum de calumnia est de credulitate.*
5 *Dilatio vnica dari debet in causis pecuniarijs.*
6 *Dilatio data ad probandum præsumitur in dubio peremptoria.*
7 *Dilatio secunda in causa pecuniaria si detur sine causa cognitione, an valebit datio, & quo tempore incipiat.*
8 *Prouincia sumitur multis modis.*
9 *Productio quinta testium cum solemnitate, an possit dari.*
10 *Attestationes percunctasse, quis dicatur.*
11 *Testificata didicisse, an præsumatur pars, quæ audiuit testem, quando testificabatur.*
12 *Et si iudex publicet attestationes, licèt non appareat partem aliter vidisse illas, an præsumatur didicisse testificata.*

a VLtra tertiam. Ponit formam [a] secū-
dam, secundum quā
datur quarta productio. & aliter summa-
ri non potest. Et in prima ponitur regula.
1 in secunda exceptio. secunda ibi: nisi.¶ † Not. q post

a Ponit formam. licet do. Io. de Imo. nō asimet hoc c. tamē d. Abb. & do. Fely. summāt hic videeos.

trinam productionem testium non admittitur quis ad quartam.nisi eum solẽnitate,de qua hic, de qua etiam habetur.in §.quia vero.in auth.de test.collat.vij.Vnde sumpta fuit hæc decre.& ratio est, quia ex quo præcedunt tres productiones, & adhuc petit aliam suspicat lex,ꝙ fuerit percunctatus attestationes,& ꝙ velit quartam, quia viderit se deficere in probatione. ideo propter timorem subornationis non admittitur ad quartã nisi cum solẽnitate hic posita.& sic patet, ꝙ præsumpta percunctatio testium repellit à productione testium,nisi illa purgetur.¶ Item no.quod sicut percunctatio propria excludit quem à facultate producendi testes, ita & percunctatio facta per alium.& sic paria sunt aliqua per se,vel per alium facere. facit.j.de reg.iur.q̃ p aliũ. lib.vj.¶ Item no.ꝙ eo ipso,quod quis subtraxit attestationes, & sic illas habuit penès se præsumitur percun-
2 ctatus.Facit.s.eo.constitutus.el.j.¶ Item no.ꝙ † per iuramentum purgatur præsumptio malitiæ.& sic in depẽdentibus ab animo statur iuramento. facit,quod hr.s. eo.præsentium. & in c.2.de iuramento calum. in vj.&
3 & per gl.in §.alie.in glo.magna.insti.de accu.¶ † Item no.vnum terminum habẽtem excludere productionẽ testium.s.q̃n q̃s didicit testificata, ꝙ intellige siue sint proprie attestationes,siue alterius partis,p id, quod habet.in d.§.q̃a vero.& quod dixi de testificatione alterius partis intellige,q̃n sup eodẽ, vel directe contrario articulo,q̃s vellet pducere testes, p id,q̃d hr.s.eo.fraternitatis. & in cle.testibus.hoc eod.ti.¶ Vltimo no.ꝙ subuenitur illi per quẽ non stetit. de quo.j.de reg.iur. imputari.libr.vj. ¶ In gl.j.in fi.& intellectus cõiter seruatur,ꝙ sumi debeat productio pro dilatione.vt no.gl. in d.c.in causis.& sic licèt in eadem dilatione,tres productiones essent factæ non denegaretur quarta etiam non adhibita solennitate. de qua hic.¶ Sed Bar.in aut. at qui semel.C.de prob.dicit, ꝙ de iure standũ esset significationi verborũ, vt sic non possit quarta productio fieri sine solennitate,siue tres præcesserint in eadẽ dilatione, siue aliquæ pcesserint in prima,siue aliquæ in secũda per istũ tex.q̃ simpliciter loquitur. intelligit tñ p dnctionem cum effectu, q̃n facta est productio cũ examinatione:nã si solũ testes essent producti, & forte intrassent.sed non deposuissent, licèt factæ essent tres tales pductiones,nõ impediret quarta ẽt sine solẽnitate, de qua hic.nã ex quo testes non deposuissent, nõ posset esse præsumptio,ꝙ percunctatus esset attestationes. iõ non esset necesse præstari iuramentũ,de quo hic. q̃a hoc casu nõ adaptaret:secus vbi facta esset pductio trina,& examinatio.d.An.tñ videtur hoc limitare, q̃n aliquod interuallum non paruum intercesserit inter pductionem,& productionẽ.nã aliàs censet vna productio arg.l.continuus.ff.de ver.ob.¶ Sed certè Bar.non facit differentiam,sed prædictã solũ attendit,an fuerit facta productio,& examinatio eo casu, quo vult aliã facere. & istud videtur rationabilius:q̃a tunc stat timor psumptionis,ne fuerit percunctatus attestationes, & sic statuere debet dispositio.arg.l.illud.ff.ad l.Aquil.& licèt iste intellectus Bar.de iure posset defensari.tñ, vt dixi,cõiter seruatur expositio gl.¶ In gl.2.in fi.& sic vult glo.ꝙ in cã in qua iuratur de calumnia indubitanter debet p
4 stari iuramẽtũ de quo in litera.q̃a † iuramẽtũ de calumnia est de crudelitate : sed iurm, de quo in litera est de veritate:& sic alterius speciei,iõ non dr̃ tunc sæpius iurari in eadem spẽ iuramenti. similiter etiam debet præstari, licèt sit causa in qua iuretur de veritate , vt est cã matrimonialis,& spiritualis.s.de iur.calum.literas.q̃a tale iuramentũ vniuersale non extenditur ad casum,de quo in litera,sed ad principale negocium.Item quia,ꝙ dicitur non debere sæpius iurari,est verum nisi specialiter aliter à iure sit prouisum. & ita ẽt potest intelligi hic.¶ Item potest dici tertio extra gl.ꝙ in effectu istud est iuramentum de malitia,seu quod præstatur ad malitiã excludendam.quod nedum est præstandũ in casibus à iure expressis , sed ẽt quandocunq; iudici visum fuerit, vt in c.2.de iur.cal.in 6.¶ Item aduerte, q̃a hic loqtur de quarta productione testiũ, & sic non loquitur de productione instrumentorũ.& iõ illa ẽt sine hac solennitate admitteret. ar.sumpto à contrario huius tex. & per id, quod no.per Ioan.Andr.s. eodem.licèt.el.3. ¶ Item aduerte, q̃a hæc quarta productio videtur danda cum solennitate,de qua hic.dummodo non excedatur terminus iuris.de quo. in §.spacium.3.q.3.& C.de dilatio.l.1.nam ille terminus non debet excedi,nisi forsan pars fuerit impedita per iudicem,vel per receptorem testiũ. nam tunc saltem subueniendum esset parti per restõnem in integrum.vt 2.q.vj.anteriorum.¶ Glo. tamen. in l.sed & si per prætorem.in princ.ff.ex q.cau. maio.vr̃ velle, quod quando stat per iudicem non currat tempus.& illa gl.vr̃ communiter teneri.licèt gl.aliter dicat in aut.item si appellatione.C.de temp.ap.de quo ibi per Cy.& Ia.de Bu.licèt Bar.ibi videatur seq̃ illam gloss.de quo dicetur.j.de appel.ex ratione.¶ Item aduerte,quia est dubium, an si data fuerit quarta dilatio sine hac solennitate valebit. de quo Innocen.supra eo.in causis.& per Bar.in auth.at q̃ semel.C.de probatio.& videntur velle prædicti, ꝙ sic,licèt malè faciat iudex,& propter hoc possit appellari. per ea,quæ habentur.in c.significauerunt.s.eo.Nec ob.quod habetur. in d.§.quia vero.circa principium , q̃a secundum Bar.loquitur,quando facta erat publicatio, & renunciatũ testibus.ideo tunc non valet, si detur quarta etiam cum solẽnitate ista. & sic multofortius sine solẽnitate,secus quando non esset facta publicatio neq; etiam renunciatum.¶ Sed aduerte, q̃a contra istam opin.fortiter facit tex.iste,ꝙ expresse prohibet dari quartam sine hac solennitate.& ideo videtur,ꝙ si contra fiat ipso iure sit nullum,quod agitur,per id,quod habetur.in c.vides filij carissime.x.dist.& in l.nõ dubiũ.C.de legibus.& forte de iure hæc opi.verior.licèt do.Anto.hic transeat cũ opin.Bar.¶ In glo.fin.ibi, quod non est verum.dic clarius,q̃a solutio glo.ex toto nõ tollit obstaculum,quod licèt appareat impedimentum , tunc posset sibi relaxari iuramentum quatenus iurat, quod non potuit prius habere quos modo produxit , q̃a ex quo vera probatio habetur super impedimento non esset necesse præstari iuramentũ.supra.de proba.c.2.& c.ad nostram.tñ saltẽ deberet iurare propter alia, quæ hic dñr. Præterea potest litera intelligi, quando non constat de impedimento,nisi per assertionẽ partis quo casu ei non creditur sine iuramẽto,& sic ẽt potest intelligi gl.¶ In ea.gl.ibi sufficiens productio testium . nam tũc agit̃ de multitudine restringenda.vt in d.c.significauerũt. ideo tunc si sufficiẽs productio testiũ facta est in prima pductione , vel dilatione,nõ dẽt tũc secũda,vel tertia cõcedi.¶ In e.gl. in fi.No.bene ex gl.quod in causis pecuniarijs nõ dẽt
5 † dari nisi vna dilatio ad pbãdũ,saluo nisi causa cognita.q̃a tunc poterit dari secunda. & idẽ intellige de tertia , q̃a illa non debebit dari nisi causa cognita.hoc est probato impedimento.vt no.in l.vlt.ff.de ferijs. quarta etiam non debebit dari sine causæ cognitione , & sine
6 solennitate hic posita.¶ † Et ex prædictis no.ꝙ dilatio data ad probandũ in dubio intelligitur peremptoria,ẽt si hoc non exprimatur,vt no.Bar.in d.l.fi.& Spec.in ti. de dila.§.videndum. ver.quid si data in capitalibus autem causis dantur tres dilationes reo,& duæ accusatori,vt habetur. in d.l.fin.Et an aliqua causæ cognitio sit habenda in prima dilatione.dixi in c.in causis.supra,e. q̃a leuis cognitio requiritur.nã solum habet iudex videre ad q̃d petetur. Et an calumniosè petatur, & ꝙ moderetur

deretur dilationem intra spacium iuris. ita, q illũ non
excedat, sed potius minus statuat. l. j. C. de dila. & in d.
§. spatium. In secũda aũt non sufficiet cognitio prædi-
cta, sed requireret, q probet impedimẽtũ fuisse in pri-
ma, vt no. d l. fi. ¶ Et aduertẽdũ, q a ẽm Bu. & Bar. in d.
l. fi. eatenus restaurãda est dilatio, quatenus fuit impe-
dimentum. & ideo si oẽs testes iurarunt in prima exce
pto vno, qui propter impedimẽtũ non iurauit, nõ dabi-
tur dilatio, nisi p illo, per ea, quæ hñr. in l. admonendi.
ff. de iureiur. idem dicunt si solũ fuit impeditus in duo-
bus vltimis diebus. quia solum illi duo restaurabunẽ,
& in secunda dilatione solum illi duo dies assignabun-
tur. arg. l. diuus. ff. de resti. in integ. & l. quod tpe. C. de
test. mil. Spec. tñ in tit. de dila. §. j. sentit contrariũ. s. se-
cundã dilationem docto de impedimento simpliciter
dandam. & non sic restringendã, & sic cõiter practicaẽ.
imo plus seruaẽ sæpe, q de impedimẽto sit fides solũ,
p iuramentũ. facit. l. scire oportet. §. sufficit. & qd no. p
Ia. de Are. & Bar. ff. de excu. tuto. Et sic patet ex pdictis,
q iusta cã dandi secundã dilationem est impedimẽtũ.
¶ Idẽ vr̃ dicere Inn. qñ prima dilatio nõ fuit data inte-
grè secundũ formã dicti. §. spaciũ. & d. l. j. C. de dila. q a
est iusta cã dandi secundã. s̃. dictũ spatiũ. ¶ Sed hoc nõ
placet Bar. in d. l. fi. quia licèt iudex non debeat exce-
dere spaciũ, seu tp̃s, de quo in dictis iuribus tñ in arbi-
trio suo ẽt est dare minus, vt ibi patet. & iõ ex quò se-
mel data est dilatio nõ dẽt dari secũda, nisi doceaẽ de
impedimento, & sic seruaẽ. de quo ẽt p Bar. in l. 2. ff. de
re iud. ¶ Itẽ põt esse cã dandi secũdã, si iudex videat, q
ius aduersarij non est factũ deterius p id, quod habeẽ,
per gl. in cle. sæpe. in verso saluo. de verb. sig. & p Cy.
in l. si ea. C. q accusare nõ pñt. & no. Bar. in d. l. fi. quod
est notandũ. ¶ In criminalibus aũt intellige, q dantur
tres reo cũ leui cãæ cognitione, de qua dixi dari primã
in causis pecuniarijs, & eodem modo accusatori duæ,
sed postea non dabitur alia, nisi eo modo, quo datur se
cunda in causa pecuniaria. & sic debet intelligi gl. in d.
l. fi. & intellige pecuniariã ẽt ex crimine. p d. l. fi. q̃ sim
pliciter loquiẽ in causis pecuniarijs. & sic in illis indi-
stinctè debet intelligi. ¶ Vnde intellige ĩ criminalibus
in quibus alia pœna quã pecuniaria venit imponẽda.
7 ¶ † An aũt si in cã pecuniaria deẽ secunda dilatio sine
cãæ cognitiõe de qua dixi, valebit dilatio. Bar. in l. j. C.
de dila. dicit, q si prima dilatio fuit data secũdũ termi-
nũ iuris, de quo in d. l. j. q est trium mẽsiũ, qñ intra cã-
dẽ prouinciã, vult producere testes, & sex, qñ extra p-
uinciã, dicit se habere testes, q̃ tñ est de cõtinẽtibus p-
uincijs puinciæ loci iudicij. Si verò esset prouincia vl-
tramarina. tunc est tp̃s nouẽ mensiũ, vt ibi patet. & in
d. §. spaciũ, tũc secũda non valebit p dictã. l. j. & iõ si pri
mo dedit dilationem triũ mensiũ. & postea propter te-
stes existẽtes in eadẽ prouincia detur secunda, sine cau
sæ cognitione de qua dixi non valebit datio. Secus ẽm
eum, si prima dilatio fortè fuit vnius mẽsis. q a si postea
det secũdũ mensem, sine causæ cognitione pdicta, licèt
malefaciat, vt superius dixi. licèt Inn. aliter dixerit, vt ẽt
s̃. tetigi. tñ valebit de mero iure. sed posset appellari p
ea, quæ habentur. s̃. eo. significauerunt. & sic transit hic
d. Ant. ¶ Sed fortè posset defensari cõtrariũ. per l. fi. ff.
de fer. vbi expressè dicit, q non debet dari secunda, nisi
causa cognita. & sic si aliter fit nõ vr̃ valeret tanq̃ factũ
contra legem. per l. non dubium. C. de legi. & debet il
la. l. intelligi, vt ẽt vult idem Bar. q etiam si prima dila-
tio fuit intra terminũ iuris non debet dari secunda, nisi
cum dicta causæ cognitione, quod tene mẽti. ¶ An au-
tem valeat probatio facta nulla data dilatione. tenuit
Bar. q sic. in d. l. fin. & in l. crimine. ff. de adul. Item ad-
uerte, quia est dubium, an si aliquis petijt dilationem
pro testibus existentibus in eadem prouincia, & ha-
buerit tres menses secundum formam. l. j. C. de dila. &
postea petat pro testibus existentibus extra prouinciã;
non tamen vltra maro debeant sibi dari adhuc sex mẽ-
ses, & si postea petat pro vltramarinis debeat habere
nouem, & sic in effectu. xviij. menses. ¶ Innocen. hic di
cit, q vt tollatur materia dilatandi lites debebit pars à
principio interrogari. de quo loco velit producere te-
stes. quia si eligat locum, nõ poterit postea variare, sed
si nõ fuerit interrogatus vr̃, q possit habere dictos. xviij.
menses, quia si petit primo pro testibus in eadem pro-
uincia non propter hoc negat quin de alijs velit produ
cere. ¶ Sed Petrus. in l. 1. C. de dila. dicit, quod isti ter-
mini confundentur adinuicem. quia si primo habuit
tres menses pro testibus in eadem prouincia, si petat
postea. vj. pro testibus extra prouinciam non tñ vltra-
marinã, solũ habebit tres, & sic computatis primis ha-
bebit. vj. non aũt habuit sex. Io. An. concordat opinio-
nes. q a si in prima dilatione poterunt testes etiam de
alijs locis procedat opinio Pe. aliàs procedat opi. Inno.
Et de remedio ẽt, qñ canillosè quis allegat se hr̃e testes
in longinquis partibus vide in tex. & gl. in c. statutũ. §.
pen. de rescr. lib. 6. & intellige ẽt appellatione puinciæ
in materia ista non contineri simpliciter prouinciã ar-
chiepiscopalem. q a ille cõiter ab inuicẽ parum distãt.
sed intellige de prouincia sicut Italia Gallia, Cicilia, &
similibus secundum doc. & ad prædicta benè facit, qd
8 hr̃. in l. notionẽ. §. j. ff. de ver. sig. ¶ † Et aduerte, q a istud
a nomẽ prouinciæ [a] diuersimodè sumiẽ secũdũ diuersas
materias. nã in materia. c. corã. s̃. de ele. sumitur prouin
cia p archiepiscopatu. & iõ Regium, & parma dicunẽ
esse hoc respectu de diuersis prouincijs. q a sunt sub di
uersis archiepiscopatibus, vt ibi tangit gl. ¶ Quandoq;
sumiẽ puincia iuxta vulgare. sicut Lombardia. Roman
diola. Tuscia. Marchia, & similia, vt patet in extrauagã
ti. hęretici, q sint rebelles in verbo Lombardiæ, vbi per
Bar. ¶ Qñq; sumitur prouincia prout comprehendit,
sub se plures prouincias sũmẽdo put statim dixi. Vnde
Italia appellaẽ vna puincia. licèt sub se cõtineat Lom
bardiã, & alias de quibus dixi, vt patet. in d. l. notionẽ.
§. j. ¶ Qñq; sumitur prouincia ẽt p vna ciuitate, q̃ hẽt
diuersum dñiũ, & diuersum regimen ab alia, & ita su-
miẽ in materia pscriptionis. vt est gl. or. quę reputaẽ sin
gularis. in l. fi. C. de pscr. lon. temp. & vt dixi. s̃. si testes
debeãt produci de eadẽ prouincia dari pñt tres mẽses,
vel minus, secundũ q iudici videbitur, sed non plus su
mẽdo prouinciã prout pen. loco dixi. Si vero petantur
ex continentibus, seu contiguis prouincijs dari pñt,
sex menses, vel minus prout iudici videbitur, sed non
vltra. & dicuntur contiguę prouinciæ ẽt si mediãte ma
ri distinguantur, dũmõ modico mari interueniente. vñ
Cicilia, & prouincia prouinciæ dñr contiguæ Italię, li-
cèt mediante mari distinguantur, ex quò id contingit
modico mari interueniente. nõ cõtiguæ aũt, & trãsma
rinæ dñr, quæ mediante multo mari distinguuntur, vt
patet in d. l. notionẽ. §. j. & in istis nõ cõtiguis dari pñt
nouẽ menses, vel minus, vt iudici videbiẽ. sed nõ plus,
d. l. 1. ¶ Et q dixi nõ posse dari plus vltra dilationes p-
dictas intellige secũdũ Inn. vbi ex magna cã, vt si fortè
interuenerit impedimentũ propter discrimina maris,
vel propter tempestates aquarum, vel ventorum respe
ctu maris, vel alios casus fortuitos. nam esset tunc iu-
sta causa prorogandi dictas dilationes, dũmodo non ha
beant durare multo tempore pericula. & sic non velit
nimis prorogare. facit, quod habetur. in l. si quis ex ar-
gentarijs. §. fi. cum sequenti. ff. de æden. & si iudex vide
ret, quod nimis haberet durare impedimẽtũ, potius de
bet procedere ad publicationem testium, vel pcessus.
& ad sentẽtiã saluo parti beneficio restitutionis postq̃
cessauerint pericula. ar. s̃. de re iudi. cũ Bertoldus. nam

a Prouinciæ. qd sit prouincia vide doct. in l. cũ longi. C. de lon. temp. præscr. & Bart. in extrauagã. ad reprimendum versi. Lõbardiæ. in fin.

vt dicit Inno.melius est tunc causam diffinire,ne detur
materia nimis dilatandi lites. & quia non videtur hoc
magnum præiudiciũ fieri parti, ex quò poterit postea
petere restitutionem in integrũ, & probari possit id,ad
qđ fuit impeditus nõ obstãte sñia,facit ad p̃dicta,q̃ hr̃
in l.2.ff.de re iud.& in l.q̃situ.eo.ti.& l.si longius.ff.de
iud.& in l.fi.ff.de vaca.munerum.·Et dicit ẽt hic Inno.
q̃ ei,contra quem producuntur testes non expedit pe-
tere,q̃ pars volens producere testes producat articulos
sup q̃bus habeãt deponere, q̃a q̃ denĩ capitula eẽt po
tius ɔ̃ ipsum,cõtra quẽ producunĩ, q̃a p capitula ma-
gis instruerenĩ testes super quibus haberent deponere
iõ capitula dari expedit potius producenti testes, quã
ei,contra quem producuntur.facit.quod dixi.s̃.eo.ti.p
tuas.¶Item aduerte ad id, quod dixi.s̃.in pecuniarijs.
causis vnã dilationẽ tñ dandam, & non aliam sine cã.
bene facit,quod hr̃.in l.oratione.ff.de ferijs. & in d.l.
j.C.de dilatio.¶An autem tempus harum dilationum
sit vtile,vel continuũ dic,q̃ est continuũ, q̃a in eo cõ-
putanĩ ẽt dies feriati.vt hic voluit Inn.& facit, qđ no.
gl.in rub.ff.de diuer.p̃scrip.qđ intellige saluo eo,quod
notauit Host.& Io.An.post eũ.s̃.de prob.licèt causam.
vbi etiam tetigi.¶An aũt, q̃n datur secũda dilatio tp̃s
medium inter primã dilationem, & secundam sit com
putandum. Dicit Inno.q̃ non,q̃a dilatio solum incipit
ex tempore,ex quò est assignata per ea, quæ habenĩ. in
d.l.j.C.de dilatio.& 3.q.3.§.spatium.¶Itẽ aduerte, q̃a
quod dixi.s̃.quod vbi impedimentum est multo tem-
pore duraturum procedi potest ad sentẽtiam, vr̃ proce
dere de iure canonico. sed de iure ciuili secundum q̃
instantia potest durare vsq; ad trienniũ non vltra,vt no
taĩ.s̃.de iud.venerabili. licèt de iure canonico non sit
determinatum aliquod tempus instantiæ cãæ princi-
palis,vt ibi notaĩ:vr̃, p posset iudex prorogare dilatio-
nes p p impedimẽta,dũmõ finiret cãm infra triẽniũ iux
ta.l.properãdũ.C.de iudi.iuncta.l.2.ff.de re iudi.& sic
9 voluit Bar.in l.fi.ff.de ferijs.¶†An aũt quinta p̃ductio
cũ solẽnitate de qua hic posset dari.Dic,q̃ si sumiĩ pro-
ductio prout verbũ sonat,certè non p istum tex.q̃ solũ
permittit quartam. sed si sumaĩ productio pro dilatio-
ne Bar.vr̃ velle,q̃ sic.d.l.fi.quia secundum eum non re
periĩ prohibitũ in dilatione. licèt reperiaĩ prohibitum
in productione,vt vltra quartã alia non detur. Sed cer-
tè gl.tenuit contrariũ.in d.l.fi.& illa, vt puto seruareĩ
in practica præsertim,q̃a expositio,q̃ habet,q̃ hic p̃du
ctio sumaĩ pro dilatione cõiter seruatur, vt tetigi super
gl.j.¶Et no.quod licèt data esset dilatio ad probandũ
sup dilatorijs, tñ postea poterit dari super perempto-
rijs:tũ quia illud est aliud capitulum.tũ ẽt,q̃a simul su
per dilatorijs, & peremptorijs nõ debuit procedi.s̃.de
iudi.exhibita.& sic, qđ dixi.s̃.non debere dari dilatio-
nẽ ad probandũ in pecuniarijs causis,nisi vnã. verũ est
sup capitulo,sup quo data est,secus sup alio, vt statim
dixi,& vt ẽt no.Bar.in d.l.fi.¶Itẽ aduerte,quia inqnan
tum dixi.s̃.dilationẽ datã ad probandũ in dubio intelli
gi peremptoria ẽt si non exprimatur de quo.est ẽt gl.in
cle.j.de exceptio.procedit, vt dixi in dilatione data ad
probandum. Secus in dilatione data ad comparendũ.
quia illa non intelligitur peremptoria,nisi exprimatur:
vt notatur per gl.xxiij.q.3.de illicita,& probat nr. in l.
ad perẽptoriũ.ff.de iud.& C.de iud.l.iudices. & auth.
iubemus.& idem in data ad allegandum,vt ibi,& ple-
nè per Bar.in l.si finita.§.Iulia.de dam.infec.& notaĩ
ẽt per eum.in l.consentaneũ.C.q̃o, & q̃n iu.¶Itẽ ad-
uerte, q̃a est dubium, an q̃n agitur de exceptionibus
probandis sit locus huic quartæ productioni,de qua in
litera.Spec.eo.tit.§.qualiter. versi.sed cum super,tenet
q̃ non, quia secundum eum non debent dari tot dila-
tiones in exceptionibus per decre.prudentiam.§.sexta.
de offi.deleg.& quia tales exceptiones videntur odio
se.facit.j̃.de excep.pastoralis.& de rest.spolia.frequẽs.
lib.vj.Io.An.in addi.super dicto ver.dicit hoc procede
re in exceptionibus odiosis,quæ differunt, & non peri
munt.q̃a tunc non dabiĩ, nisi vna dilatio, per ea,quæ
habenĩ.in d.c.frequens. & de excep.pia.lib.vj.secus in
peremptorijs,in quibus est maius periculũ. q̃a ille re-
gulanĩ s̃m naturã negocij principalis: facit.s̃.eo.de te-
stibus.& idẽ s̃m eũ ẽt in quasi peremptorijs.vt est exce
ptio testiũ reprobatoria iuxta notata. per gl.s̃.e.in c.de
testi.& in c.ex parte adæ. & in c.j.j̃.de exce.& ibi ẽt re
net in dicta addi.q̃ numerus harũ dilationum habeat
locum ẽt in summarijs,q̃a licèt in illis debeant ampu-
tari dilationes.per cle.sæpe. de verb.signifi.non tñ am-
putari debent necessariæ dilationes ad probãdũ, vt ibi
patet.& p hæc sit expedita materia dilationũ. quæ hic
tangiĩ per doctores,de qua ẽt per Bar.in l.fi.ff.de ferijs.
& per Cy.& Bar.in l.j.C.de dilatio.& ẽt hic per Inno.
10 ¶†Vltimo pro declaratione tex.tangit hic Inno.q̃n di-
catur quis percunctatus attestationes.& cõcludit,q̃ cũ
dictio per,perfectionem significet.l.vrbana familia.§.
pernoctare.ff.de verb.signi.q̃ non sufficit transcursoriè
vidisse attestationes.quia tunc nõ est perfecte illa scru-
tatus, & sic non habet locum ille tex.quia tunc verisi-
militer non vidit taliter,q̃ bene possit subornare testes,
& sic cessat causa hic posita,& per ɔ̃ñs dispositio.facit
de renũ.in c.post translationem. Idẽ dicit si hoc sciuit à
testibus,q̃ sibi dixerunt qualiter fuerunt testificati.q̃a
p viuã vocẽ non potuit plenè instrui de eo,qđ cõtineĩ
in scriptura.facit,quod habetnr.de priuilegijs.cum p-
sonæ.lib.vj.& q̃a sæpe testes dicunt parti mendacia, vt
complaceant ei.facit,quod notatur.s̃.e.præsentium. p
11 glo.¶†Quid aũt si pars audiuisset,q̃n testis testificatur
videretur idem dicendum, & hoc tenuit Vinc.s̃.eo.se-
ries. Sed contrarium tenuit Io.And.2.q.j.in primis. &
istud vr̃ sequi hic do.An.quia tunc pars, ex quò audit
à principio minutatim id,q̃ dicit testis,satis videĩ pos-
se instrui. ideo tunc videtur timeri timore subornatio-
nis.& ista opinio satis mihi placet,vt saluetur.gl.in d.c.
In primis,licèt aliter dixerim. in d.c.series.vbi autẽ q̃s
subtraxit attestationes propter delictum est præsum-
ptio contra eum. ideo præsumitur didicisse testificata,
vt hic patet idem,si alias habuit attestationes penès.s̃.
12 eod.constitutis.el.1.¶†An autem si iudex publicet
attestationes,licèt non appareat partem aliter vidisse il
las præsumatur didicisse testificata.dixi. in d.ca.series.
qnia si est publicatio minus solennis.Fortè,quia dixit
iudex probatũ est, nõ nocet. si autem sit solennis tunc
illa nocet,nisi fiat parte absente,vel inuita, vt notat gl.
in cle.testi.hoc eo.tit. & dixi.s̃.eo.cõstitutis. el.3.& in
d.c.series. & in c.fraternitatis.s̃.e.vbi etiam dixi mul-
ta, quæ hic tangit.do.Anto.quæ non expedit repetere.
¶Itẽ aduerte,quia inquantũ dixi supra. impedimẽtum
posse probari per iuramentum. Idem tenuit Spec.in ti.
de appella.§.nunc breuiter. versi.quid ergo.sed Iac.de
Are.in l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excu.tut.dicit im-
pedimentum debere probari per testes, & non sufficit
iuramentum.Sed Guil.de Cu.& Bar.post eum. in l.2.
§.sed quod eicimus.ff.si quis cau.dicunt hoc esse arbi
trariũ. q̃a index inspecta qualitate personæ interdum
poterit credere iuramento.Interdum aũt si sibi videbiĩ
poterit exigere testes. Et hoc mõ videntur concordari
opinio.Vidi tamen simpliciter stari iuramento.

*SVMMARIVM.*

1 *Accusatio testimonium, & ordo parificantur: & qui ab vno repellitur: repellitur ab alio.*

2 *Infamia facti repellit à potestate testificandi in causa criminali.*

3 Crimina excepta quæ dicantur.
4 Accusatio sola non repellit quem a testimonio in criminibus exceptis.
5 Talionis siue similitudinis supplicij pœnam incurrere debet accusator non probans accusationem.
6 Accusatus si pendente accusatione eligeretur teneret electio: sed non debet confirmari antequam constet de innocentia.

a Non debet quis. Accusat⁹ de crimine a testificando repellitur accusatione pendēte nisi in criminibus exceptis. h.d. ¶ Et primo ponit regulam,& casum exceptū. secundo probat per duo simīlia. secunda

1 ibi:cum etiam. ¶†No.tria quæ parificantur.s.accusatio testimonium,& ordo.vnde qui repellitur ab vno repellitur ab alio,de quo etiam in tex.& glo.in c.ipsi aposto li.ij.q.vij.¶Item no.argumentum,quod propter pendētiam accusationis infametur accusatus saltem infamia

2 facti de quo in glo.¶Et no.quod † infamia facti repellit a potestate testificandi in causa criminali nisi in exceptis criminibus.de quo.s.e.testimonium.¶Item no. casum in quo non seruatur exceptio contra testes in tēpus disputationis,sed statim admittitur de quo.s. eo.

3 in c.ex parte adc.&.c.cum causam.Quæ †aūt appellentur crimina excepta tangit aliquid per glo.j.de accu.cū P.sed plenius in Spe.de accusatore in fi.in prima parte. Spe.¶In gl.j.ibi,& est verum si sit emendatus. hoc posset procedere si constaret ipsum accusatum commisisse crimen,sed in dubio vbi aliud non apparet,quia ex sola accusatione non statim apparet eum criminosum, vt j.tangit glo. ideo etiam si alia emendatio nō appareat,

4 debet admitti in ciuili causa ad testificādum.¶† In ea. glo.ibi,sed licēt accusetur.quasi velit glo.quod sola accusatio non repellit quem a testimonio in exceptis criminibus,quia ex illa sola, vt prædixi non apparet eum esse criminosum, sed vbi appareret testem esse criminosum, & vilem,tunc non videtur admittendus in exceptis criminibus,nisi cōtra illum,qui est male famæ,nec videtur tunc credendum nisi cum alijs adminiculis per id,quod habetur in c.per tuas.de si.& in c. in primis al legato in gl.& infra.de accu.in c.cum.P.¶ Vltimo extra glo.posset opponi,quia per hanc decre. videtur dari materia accusandi testes,ne possint testificari contra ipsum accusantem ipsos testes, & sic videtur quodammodo aperire viā malitijs cōtra decre.quāto.j.de diuor.& contra.ib.in fundoff..de rei uē.Sed dic,q nō est verisimi-

5 le,quod quis calūniosè velit aliū accusare pp pēnā† talionis,seu similitudinis supplicij,q̄ incurreret nō pbās accusationē,vt hr̄ in c.super his,cū ibi notatis.j. de accu.& in l.fi.C.de accu.vel pōt dici fm Io.An. q licēt testis repellat a testimonio nō est hoc ipsi tertū magnū præiudiciū,nec similiter si quis repellat ab accusatione,cū nō prosequatur interesse proprium, sed publicū , & iō si ageretur de interesse priuato,vt quia pendente accu-

6 satione ipse accusatus †eligeretur,teneret tunc electio, nec impediret talis actus : licēt nō deberet ipsa electio cōfirmari antequā constaret de innocētia,vt notauit In no.j.de acc.omnipotens.& licēt hæc secūda solutio in se sit bona,tamen magis placet prima,q licēt testi nō sit præiudicium si non admittat ad testimonium,tamē saltē est magnum præiudicium parti,quæ vult producere testē,quæ forte succumbet si ipsum pducere nō poterit,quia sine illo fort non poterit plenè probare.

## ¶ De testibus cogendis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Testis officium est publicum.

¶Visum,& tractatum est in ti.præcedenti de testibus.

1 verùm quia officium† testium,seu testificandi,quasi publicum est, & ad id illud interdum coguntur inuiti, ideo post rubricam præcedentem ponit istam. secundū Da.& Goff.facit ad materiam,quod habetur in decre. ij.q.vj.statuendum.

SVMMARIVM.

1 Verba ista moneas,& inducas,non importent præcisam compulsionem.
2 Delegatus an possit compellere testes.
3 Clerici possunt compelli testificari, quando veritas aliter haberi non potest.

Causam matrimonij. In cā matrimoniali cogendi sunt testes.h. d. Et in prima ponit causæ commissionē. In secunda prouidet partibus. secunda

1 ibi:idcoq;.¶†No.j.quod verba ista moneas,& inducas non videntur importare præcisam compulsionē.¶Item not. quod articul⁹ receptionis testium est delegabilis etiam in causa matrimoniali de quo in tex.& gl.in cle.j.de offi.dele.¶Item no.quod delegatus ad receptionem testium appellatur nuntius,quando que autē appellatur executor.Interdum etiam delegatus ad vnū articulum appellatur auditor,vel cognitor,

2 de off.dele.super quæstionum.§.j.& §.verum.¶† Item no.ar.quod delegatus non possit compellere testes, sed ordinarius, sed contrarium est verum,quia etiam delegatus potest compellere per id,quod habetur.supra.de off.delega.præterea,& in l.ij.ff.de iurisd.om. iu. nec ob. iste tex.quia dici potest secundū Vin.& Petr.quod fortè ideo hic scripsit ordinario,quia magis timebatur de ipsius facto,quēm delegati non autem ex eo,quia delegati non possent compellere.¶ Vltimo no.quod dixi in summario.¶In glo.j.ibi committit mortale.hoc verum in teste,seu in illo qui assumpsit officium testis,& hēt testificari,quia testis iurat dicere plenam, & meram veritatem.j.de accu.cum dilecti,& facit, quod notatur. s. tit.j.fraternitatis.& iō si occultat veritatē peccat mortaliter.j.de crimine falsi.c.j.& no.gl.in c.q̄ metu, hic allegato,& in c.ne quis.xxij.q.ij.Si autem quis nondū assumpsit officiū testis,licēt forte instiget,vt illud assumat,vel veritatē dicat,& tunc aduerte,q aut quis occultat veritatē,vt aliqd a superiore cōsequat , & tūc vr̄ peccare mortaliter,per id,q hr̄.xxv.q.ij. præscriptione. & s.de rescrj.sup literis.Aut nō vult aliqd cōsequi, sed tacet indamnū proximi,& tunc si aliter veritas sciri nō pōt,ex quo instigatur,vt illā dicat si illā occultat, & tacet peccat mortaliter per id,quod habet in tex.isto : idē pōt aliter haberi,sed ipse putat haberi non posse q at tenta eiu⁹ opi.ēt peccat per id.q habetur. xxij.q.ij. in c. j.& d.c.ne quis .Secus si aliter veritas haberi pōt,& ipse etiam sic putat,vbi autem quis tacet veritatem nō in damnū proximi,sed potius ad ipsius proximi commodum,puta in causa criminali , & tunc tacere veritatem non est peccatū,ex quo adhuc non assumpsit officiū testis , vt hr̄ in d.c.ne quis, & iō in criminali regulariter non compelluntur testes,de quo plene dicetur.j.eo. dilectorū.dicebat tn̄ Inn. hic , q ibi ēt in subsidiū si aliter veritas haberi nō potest debet fieri compulsio, de quo

3 tāgetur in d.c.dilectorū.¶†Et per prædicta patet,q qn̄ veritas aliter haberi nō pōt,ēt clerici cōpelli pñt testificari,ut in c.q̄quā allegato in gl.& ii.q.vj.statuendū.Idē dicit Host.de priuilegiatis,qui non possint compelli, vt sunt aliqui de qbus hr̄.iij.q.iij.§.item in criminali. ver. item.l.iulia.& ver.item inuiri, quod poterunt etiā tūc compelli,qn̄ aliter veritas haberi non pōt,quia nullum priuilegiū

a ¶ Accusatus idem sonat, hic. d. Ab. & Fel.

priuilegium, nec aliqua pietas excusat a peccato. infra de usur. super. eod. & sic secundum Hosti. erit differentia inter priuilegiatos, & non priuilegiatos, solum, quando veritas aliter haberi poterit. quia tunc non compellentur priuilegiati, sed alij sic. ¶ In gl. ij. ibi: præsumitur contra ipsum. hoc verum in causa ciuili, q̄a nisi appareat aliqua causa rationabilis quare se subtrahat, p̄sumetur contra ipsum. secus in causa criminali. quia tunc non p̄sumetur contra ipsum, nisi appareat, q̄ odio, vel timore se subtrahat, cum regulariter in criminali non uideatur compellendus. de quo plenè dicetur. j. eo. c. dilectorū. ¶ In ea. gl. ibi nisi cōstaret. hæc exceptio, seu limitatio videtur procedere in personis priuilegiatis, q̄ non debēt cogi nisi in subsidium, q̄n veritas aliter sciri non potest. vt dixi super glo. præcedēti. vnde in aliis non videtur hoc procedere de quo tāgetur in c. super. eo. j. eo. ¶ In glo. fi. in fi. vel dic, quod in c. testes volebat testis testimonium ferre per literas, quas scribebat iudici. ideo non auditur.

SVMMARIVM.

1 *testes sunt compellendi, vbi subest necessitas.*
2 *Citatus, vt cōpareat si est contumax, an possit sine alia citatione mulctari.*
3 *Verba ista scias, vel noueris te esse suspensum quid importent.*
4 *A suspensione contra inobedientes incipiendum est non ab excommunicatione.*
5 *Contumacia prima puniri debet.*
6 *Testis debet se præsentare coram iudice, nō suis expensis, sed producentis.*
7 *Sententia excommunicationis tenet etiam non præcedente citatione: item sententia excommunicationis etiam iniusta tenet licèt postea appelletur.*

Vm super. Per excommunicationis suspensionis, & depositionis sn̄iam cogendi sunt testes. h. d. ¶ Et tria facit, quia primo præcipit, secundo ibi: si vero, punit cōtemnentem. tertio aggrauat. ibi, & fi. ¶ †No.
1 j. quod testes sunt compellendi vbi subest necessitas, puta, quia p̄ aliōs veritas sciri nō potest, & sic potest exponi verbū necessariū, pt ēt exponi necessariū. i. vtile, vel expediēs, per id, q̄ notat in cle. j. in gl. vltima de procu.
2 ¶ †Item no. quod ubi quis citatur, vt compareat, & est cōtumax videt̄ posse mulctari sine alia citatiōe: de quo in c. j. §. de iudi. & p̄ Bar. in l. ij. ff. si quis in ius vo. non ier. Posses tñ dicere, q̄ hic in citatione comminata fuit mulcta, iō nō fuit necessaria alia citatio, quæ aliàs videret̄ necessaria secundū nota. p̄ Bart. in loco p̄allegato.
3 ¶ †Itē no. q̄ p̄ hæc verba scias, vel noueris te esse suspēsum, vel excōicatum. vt promulgari sn̄ia excōicatiōis, vel suspēsionis de quo in c. j. §. de iud. & in Spec. de citatione. §. pe. in vlt. col. & aliq. d. j. de app. pterea. ¶ Itē no.
4 prius incipiēdū a suspēsione, q̄ ab excōicatione contra inobedientes, q̄ est notandū, vt tangit hic. d. Ant. contra practicas nostri t̄pis, q̄a incōtinenti p̄lati incipiunt ab
5 excōicatione. ¶ †Item no. ēt primā contumaciā puniri. de quo. §. de procura. querelam, & per Cy. in l. sancim⁹. C. de iudi. Vinc. tñ hic dicebat, q̄ ideo illud hic fuit, q̄a hoc fuit in citatione expressum, aliàs nō puniretur prima contumacia, sed tu dic, vt notat̄ in locis proximè al
6 legatis. ¶ †Itē no. q̄ testis debet se p̄sentare corā iudice, ēt si sit in longinquis partibus, quod intellige verum ex pensis factis: & ministratis sibi per producentē nō proprijs, vt in c. statutum. §. pe. de rescrip. in vj. ¶ In gl. j. expedire officiū suū. q̄d satis dicit̄ facere si venit ea hora, quæ possit p̄stare iuramentū, licèt tunc non deponat dictū suum per id, q̄ habet̄ in l. si quando. C. de test. & §. tit. l. in noīe dñi. ¶ In gl. iij. in fin. & pro hoc bñ facit
7 q̄ ht̄ in c. constitutionē. de sen. excō. in vj. ¶ †In gl. fi. ibi multofortius sn̄ia excōicationis. nā sn̄ia excōicationis tenet etiam non præcedente citatione, licèt ferri nō debeat. j. de sen. excō. sacro. secus in diffinitiua. d. j. §. item cū ex eo. ff. quæ sent. sine app. rescin. Item sn̄ia excōicationis ēt iniusta tenet, ēt si postea appelletur. xi. q. iij. c. j. & j. de appel. pastoralis. sec⁹ in diffinitiua si appellet̄. j. de iureiurā. venientes, & sic ēt maioris autoritatis sn̄ia excōicationis, quam sn̄ia diffinitiua, & ideo si diffinitiua, tenet q̄n quis non comparet in termino, licèt fuerit impeditus multofortius tenere debēt sn̄ia excōicationis sicut tñ ibi reuocat̄ sn̄ia per restitutionē in integrū docto de impedimento, ita hic debet quis absolui sine difficultate ab excōicatione docto de impedimento, tñ tenet sn̄ia excōicationis, & ēt diffinitiua, vt p̄dixi, licèt citatus fuerit impeditus, nā ad valorē sn̄iæ sufficit, q̄ quis sit verus contumax, vel præsumptus put cōtingit in casu isto ex quò non cōparet in termino, & iō valet sententia, ex quo nō habet errorē expressum nā aliàs esset secus in c. i. j. de re iudic. & istā partem etiā tenuit Inn. §. de offi. delega. in c. P. & G. Sed Host. dicit gl. procedere in Papa, & idem in inferiore iudice, quando fuisset impedimentum incommoditatis, secus si fuit impedimentum facti, quia tunc secundū eum nō erit quis excōicatus, quia præceptum iudicis non ligat ad impossibile, vt tetigit gloss. & idem voluit Spe. in ti. de citatione. §. penul. ad fi. Sed certè ista opinio Host. non videt bona, quia Papa non posset ad impossibile obligare per id, quod habet̄. j. de reg. iur. nemo potest lib. vj. & q̄a ex quò error non est expressus in sentētia, & subest præsumpta contumacia debet dici esse excommunicatus sicut etiam tenet diffinitiua, vt supradixi, & pro hac parte casus est apertus in c. venerabilis. §. idem est. de sen. excommu. lib. vj. & ideo omnino videtur reijcienda opi. Hostien.

SVMMARIVM.

1 *Notorium non indiget probatione, nec ordine iudiciario, nec alia declaratione.*
2 *Testes, an compelli debeant.*
3 *In notorijs necessaria est sententia, & similiter citatio.*
4 *Clerici non debent cogi testificari.*
24 dic,vt ibi plenius ꝑ eũ.¶ Alia eſt drĩa:q̃a † ſecũdũ aliquos arbiter hẽt citare ꝑtes,& ꝑtibus abſentib⁹ ñ p̃t laudare.l.ſed,& ĩterpellat̃.ff.de arb. & c.ti.l.diẽ ꝓfer te.§.ſi q̃s.& §.corã.ſec⁹ ĩ arbitratore,q̃ poterit ẽt ꝑte abñte nõ citata ꝓferre laudũ,& hoc ſeq̃t̃ Gui.de Cu. in l.ep̃ale.C.de epi.audi.mouet̃,q̃a arbitramẽtũ cenſet̃ q̃dã cõtract⁹,& certificat cõtractũ.& iõ nõ debet poſſe fieri ĩter abſentes.ſicut,& cõtractus.l.Labeo.ff. de pac.& q̃a ẽ q̃dã declaratio volũtatis,q̃ vr̃ poſſe fieri ꝑte abñte.l.cũ pr̃.§.hr̃editatis.de leg.2.& l.ſi q̃s mihi bona.§.iuſſum.de acq.hær.allegat,qđ hr̃.ĩ l.certũ. §.ſi q̃s.ff.de cõfeſ.iũcta.l.publia.§.fi.ff.depo.& l.j.in fi.ff.ſi.reg.& ff.ſi men for ſal.mo.di.l.j.§.j.& ꝓ hoc ẽt qđ hr̃.in l.theopompus.ff.de dote p̃le.itẽ,q̃a citatio non reperit̃ neceſſaria, niſi in his, q̃ fiunt à iudice in iudicio.de p̃ſump.c.fi.cũ ibi no.ꝑ Inn.Cy.poſt Pe.in l.fi.C.de cõtrahẽ.emp.tenet cõtrariũ per l.ſi quis arbitratu.ff.de ver.ob.vbi, ſi ꝑ ꝑtẽ ſtet quominus arbitret̃ cõmittit̃ pœna ꝑ partẽ, aut aliter nõ vr̃ ſtare poſſe.niſi qñ eſt abſens.& facit,quod hr̃. in d.l.diem.§.ſi quis.ergo parte abſente nõ vr̃ poſſe ꝓnũciare.& hãc partẽ ſequit̃ Bar.in d.l.ſi quis arbitratu per multas rationes,quas hĩc refert do.Anto. & ſufficit remiſſio ad ibi no.Bal.in l.fi.de contrahend.emp.vr̃ tenere opin. Guil,& idẽ tenet ibi Cy.in addi. licèt additio cõiter nõ habeat̃, & hanc partẽ tenuit Fran.de Are.& ſequtur ẽt hic d.An.ex eo potiſſimè, q̃a nõ reperit̃ hoc iure cautũ in arbitratore. & iõ nõ vr̃ arctari ad hoc faciendũ.argu.l.illam.C.de colla.pro hoc allegat,quia arbitrator habet mandatũ arbitrandi ſine determinatione alicuius formæ. & corã eo nullus ordo de neceſſitate eſt ſeruãdus,vt hic voluit Inn. ergo erit ĩ electiõe ipſius,an hoc faciat, vel nõ.nã ex quò cõmittit̃ aliq̃d alicui vt bono viro extra iudiciũ, vr̃ poti⁹ haberi reſpectus ad effectũ quã ad qualitatẽ ꝓcedẽdi.ar.l. itẽ ſi fundi.§.fi.ff.de vſufru. quã allegauit notabiliter Gui.facit ẽt,qđ no.ĩ ſimili.ĩ d.c.j.de p̃ſum.& hoc maximè dicit Frã.ꝓcedere,qñ partes fuiſſent p̃ñtes ĩ diſcuſſione iã facta:q̃a tũc nõ erit neceſſaria p̃ñtia. nec vocatio ĩ arbitramẽto. ar.l.quãuis.C.de adul,& hoc tenuit Cy.& in arbitro.in l.ſi q ex cõ ſenſu.C.de epi. au.& facit, qđ no.In.ĩ.de teſt.Raynal.ſed licèt ſic trãſeat.d.An.in arbitro. tñ in arbitro fortè nõ eſt verũ ꝑ d.l.diẽ.§.ſi q̃s.q̃ indiſtinctè loquit̃, ꝑ id,quod notauit Bar.ĩ l.duo.ff.de re iud.Idẽ tñ dicit,ſi partes non fuerint adhibitæ ĩ diſcuſſionẽ,q̃a nõ ꝑ hoc arbitramẽtũ erit nullũ ꝑ rõnes p̃all.fatet̃ tñ,ꝙ in diſcuſsiõe negocij poterit hr̃e p̃ſentiã partiũ, & ſic ẽt eſt honeſtũ adeo,qđ ſi partes negligãt venire non poterit cogi arbitrator iudicare. q̃a poterit dicere, ſibi non liquere de cã.cũ partiũ p̃ſentia merita negocij pãdunt̃.l.fin. C.ſi ꝑ vim,vel alio modo.& s̃.de teſti.in inte.c.tũ ex literis.& hoc mõ poterit dici ſtari ꝑ veniẽtẽ,quominꝰ arbitret̃.& ſic põt intelligi.d.l.ſi q̃s arbitratu.facit. l.ſi de meis.§.recepiſſe.& §.fi.ff.de arbi.non tñ arctabit̃ de neceſsitate ad faciẽdũ p̃dicta ꝑ iura alleg.non ob.l.qđ ſi nolit.§.ſi q̃d.ff.de edili.edi.quam Bar.allegat,q̃a rñdit Fran.in d.l.ſi quis arbitratu.& Bal.in d. l.fi.ꝙ ibi non exigit præſentiã in arbitrãdo. ſed exigit præſentiã in reſtituẽdo rem,quæ abſenti nõ põt reſtitui.facit,quod hr̃. in l.ſi fundus.§.fi.ff.de le.cõmiſ.& l.pecuniæ. in fi.de vſu.item non ob.l.j.ff.vbi pu.edu. debeat. & l.legatum.ff.de vſuf.vel allegat Bar.& l.nã ita diuus.cum fi.de adop.quia loquunt̃ in illis, q̃ rõne poteſtatis,vel iuriſdictionis attributę iure,vel à iudice aliquid faciunt,per quod alteri põt fieri præiudicium. hic aũt in actibus extraiudicialibus in quibus non eſt data forma,vt hic notabiliter dicit Inn.& per prædicta ẽt nõ ob.l.hac ædictali.§.is illud. de ſecundis nup.q̃a ibi in arbitro,ſeu arbitratore, qui ꝓducit̃ in iudicio ex mandato iudicis, & producit̃, vt teſtis, & tanq̃ peritus,hic in arbitratore dato inter viuos: in dato vero in vltima volũtate tangit̃. in l.j.ff.de leg.ij. per Bar.& ſic reſtat cõcluſio ſecundũ Fran.Bal.Guil. & Cy.in addi.& ſequit̃.d.Ant.ꝙ arbitrator per partes electus de neceſsitate non habet citare partes,& ſine ipſarum præſentia poteſt etiam pronũciare, & iſtam opin.credo de iure veriorem. licèt opin.Bar.videatur æquior. & iõ ante factũ tutius eſſet ſeruari opin.Bar. maximè ꝑꝑ opi.euitãdas; ſed poſt factũ ſeruari poſſet opi.cõtraria, q̃a ex hoc ſolo nõ redderet̃ laudum nullum,licèt pars non eſſet citata,vel p̃ſens,ꝑ id,qđ tãgit hic Inn.& facit ẽt, qđ notauit. in c.fi.s̃.ti.j.& ĩ. de app.ex rõne.licèt Bar.conſuluerit ẽt pro opin.ſua. hodie tñ,& in cõpromiſsis expreſsè apponit̃, qđ poſſit ꝓcedere,& terminare partib⁹ citatis, & nõ citatis p̃ñtibus,& abſentibus.& tũc non erit dubiũ, ꝑ ea, q̃ hñr.in d.l.diem.§.ſi quis. cũ ibi no.ꝑ gl.& pro opi.ꝙ poſsit arbitrator pronunciare parte abſente,& nõ vocata,bene facit, vt tangit Bal.in d.l.fi.C.de contrahẽ. emp.quia arbitrator põt ferre ſnĩam die feriata ẽt in honorẽ Dei.cum arbitramentũ cenſeat̃ q̃dã trãſactio vt ſuperius eſt dictum,& no.hic Inn.& gl.in §.ſi vero contigerit. in auth.vt di.ind.coll.8.quæ tranſactio poteſt fieri etiã die feriato iu honorem Dei.l.fi.C.de ferijs.& expreſsè hoc tenet Spec.ſ.ꝙ poſsit arbitrari & tali die.Licèt ſecus ſit in arbitro, legis ſi feriatis.ff.de arbi.& no.ꝙ ipſe Spe.in ti.de arbi.§.ſequit̃. in ver.in forma cõſtat aũt dicit.ꝙ tali die feriata ñ põt fieri citatio.d.l.fi.C.de fe.& l.ij.§.fi.ff.ſi quis in ius voca.non ierit,& per Inn.in c.præterea.de dila.ergo vr̃,ꝙ neceſſario nõ habeat citare partes. Aduerte tñ quia Bal.in d.l.fi.de cõtrahen.emp. videt̃ dicere hoc verum, qñ aſſumit̃ ſuper cõtractu,vel ſi aſſumit̃ ſuper lite prius audiuit partes,quam ferret ſnĩam.aliàs ſecundũ eum videret̃ in dolo verſari,qui dolus non videt̃ remiſſus. l.creditor.§.Lucius.ff.mandati. & per conſequẽs tũc laudum non ualeret ſecũdũ eũ,ſecus qñ audiuit partes,vt p̃dixi,allegat,qđ notat Inn.ĩ.de teſt. in c.Raynal.ſed ut dixi ſuperius Frã.de Are.& d.An.tenẽt, ꝙ licèt de honeſtate habeat audire partes.tñ ſi aliàs extraiudicialiter ſe informauit ꝓut in dubio eſt vr̃ ſimile.tũc vr̃,ꝙ teneat nihilomin⁹ laudũ, licèt poſſit peti reduci ad arbitriũ boni viri.& iſtud fortè veri⁹ de iure cũ ñ reperiat̃ iure cautũ, ꝙ arbitrator habeat ſeruare aliquã formã ĩ cognoſcẽdo,vel ꝓnũciãdo. ſed ſolũ reperiat̃,qđ dẽat arbitrari æquè,& ſi iniquè, quod pe-

tatur

tatur reductio. ergo non vř curandū de mō ꝓcedēdi.
argumento.d.l.item si fundi.§.fi.ff.de vsuf. honestius
tñ est,& æquius,ꝙ omnino audiat partes anteꝙ ferat
laudum.¶Et aduerte,ꝗa hæc dria inter arbitrū, & ar
bitratorē,videlicet,ꝙ arbiter non pōt ꝓnūciare parte
absente,& nō vocata. Sed arbitrator sic,videẽ surge-
re ex differētijs suprapositis.ideo do.Ant.hic ponit il
25 lā sub quarta,& nō vt drīam de per se.¶Circa quin
tā differentiam,quam hic tangit.videlicet, ꝗa arbitri
nō iurāt.sed arbitratores sic s̄m Bar.in auth.decerni-
mus.C.de arb.Adde , ꝗa do.Anto.melius vř dicere,
quàm Bar.ꝑ rōnē suam. & adde etiam,quòd licèt de
iure ciuili arbiter nō debeat iurare. nec etiam partes
vt dicta auth.decernimus.s̄m vnum intellectū.tñ si iu
raẽ,de iure canonico, iurā est seruādū,cum possit ser
uari sine interitu salutis æternæ.ſ.eo.cū contingat.&
notat gl.in c.2.§.de arbi. & sic de iure canonico nō vi
deẽ ex hoc inualidari compromissum , licèt secus de
iure ciuili.vt ī dicta auth.decernimus. vñ fortè posset
dici,ꝙd de iure ciuili non cogereẽ arbiter pronuncia
re , ex quò compromissum esset nullū:sed de iure ca-
nonico esset secus,& illud seruari deberet in terris ec
clesiæ . vt in c.2.cū ibi no.de arbi.in vj.sed vbi arbiter
ꝓnunciaret,vř ꝙd si partes iurauerunt, ꝙd debeat ser
uari arbitriū ēt de iure ciuili propter vim iuramenti.
ꝙd ēt in foro ciuili debet seruari, vbi ius canonicum
vult illud seruari.licèt ius ciuile dicat oppositū, vt in
c.licèt mulieres.de iureiu.li.vj.Et conclude,ꝙ arbitra
tor ꝗ extraiudicialiter ꝑ partes assumiẽ ñ arctaẽ ad ꝓ
standum iuramenrū. quia hoc nō reperiẽ iure cautū.
nec ob.l.hac edictali.§.his illud.C.de secundis nup.
quia non loquiẽ in electo à iudice , vel à partibus de
mandato iudicis ad exprimendum precium , & ideo
tunc habet iurare,cū habeat quodāmodo deponere
in formā testis.secus ergo,ꝗ extraindicialiter partes
cōpromittūt in arbitratorē.¶Itē cōclude, ꝙ posset iu
rare,si vellet.& similiter partes,quia non reperiẽ hoc
ꝓhibitū ēt de iure ciuili.ꝗa auth.decernimus. nō lo
quiẽ in arbitratore,sed in arbitro.& velut exorbitans
26 nō dēt extēdi.ſ.de reg.iu.ꝗ à iure.lib.vj.¶Sexta dif
ferētia est, ꝗa nō pōt ꝗs esse arbiter in cā sua.sed be-
ne arbitrator.s̄.eo.veniens. & ibi etiam per Innocen.
¶Septima est s̄m Gui.in d.l.episcopalis.& seqꝪẽ hic
27 d.Ant.quia arbiter suspectus potest recusari,vt in l.
nō distinguemus.§.cum quidā.ff.de arb.intellige, ex
causa ante sniam,vt ēt tangit hic dom.Anto.in xviij.
differentia . Secus in arbitratore , quia non recediẽ à
ꝑsona eius,anteꝗ arbitreẽ.l.fin.C.de cōtrahen.emp.
& istam drīam seqꝪẽ etiam d.Ant.in d.l.si quis arbi-
tratu.&d.Ant.hic,qui ēt allegat,ꝙd hř.in l.si de meis
§.recepisse.ff.de arbi.& l.j.§.& post operis.ff.de ope.
no.nun.sed ista dria mihi non placet : quia qua rōne
pōt recusari arbiter ꝑꝑ iustā cām suspicionis super-
uenietē.vt d.§.cum quidā. eadē rōne debet posse re-
cusari arbitrator , si iusta causa suspicionis superue-
niat,ut omnino eadē sit rō . & per consequens idem
ius.arg.l.illud.ff.ad l.Aquil. cum si.non enim est veri
simile,ꝙd partes voluerint, ꝙ superueniente cā suspi
ciōis iusta nō possit recusari.& licèt arbitrator hēat ar
bitrari æquè, si & iniquè arbitreẽ possit peti reductio,
licèt in arbitro debeat stari sniæ ēt iniquæ . & sic hoc
respectu videaẽ rō diuersa,tñ melius est ante tempus
occurrere,quàm post vulneratā cām remediū quære-
re.l.fi.C.in q.cau.resti.nō est nec.ideo rōnabilis est,
ꝙ potius possit arbitrator recusari.anteꝗ ledat, quàm
expectare , quod lædat & petat postea ꝓuideri . nec
ob.ꝙd nō recediẽ ab arbitratore,nisi postꝗ ꝓnūtiauit
vt d.l.si ꝗs arbitratu.& d.l.fi.de cōtrahend.emp.quia
illud debet intelligi,qñ nō superuenit noua causa su-
spicionis aliàs secus ꝑ ea,quæ habenẽ. in d.§.cū qdā.
& in c.insinuante. de offi.de leg.& l.de ætate.§.ex cā.
ff.de interro.act.& pro prædictis ēt faciat, quia debe-
mus in dubio intelligere dispositionē partiū uerisimi
le est eos intellexisse.l. semper in stipulationibus.ff.
de reg.iur.& c.inspicimus. de reg.iur.lib.6.non autē
est uerisimile partes voluisse, ꝙ arbitrator possit ferre
sniam iuita parte,si inimicitiæ superuenerint.¶Octa
ua differentia est : quia mulier nō potest esse arbitra.
si non est in dignitate posita.l.fin.C.de arbi.cū ibi no.
& s̄.de arbi.dilecti.sed bene potest esse arbitratrix, vt
28 hic patet.¶Nona differentia,ꝗa monachus non po
test esse arbiter , ut notat gloss.in l.pedius.ff de arbi.
sed arbitrator,sic.& hoc Odoff.sed Cy.in d.l.si qui ex
consensu.& Specu.in ti.de arbi.§.fi.versic.sed quæro
de simplici religioso.tenet, ꝙ ēt arbitrator non potest
esse.ꝗa nō debat religiosi esse disceptatores forensiū
negociorum.l.consulta.C. de test.nec etiā exire clau
strum.xvj.q.j.monachi.& c.placuit.& d.Ant.conclu-
dit , ꝙ pōt esse arbiter de uoluntate abbatis interue-
niēte utilitate monasterij,cū etiam tunc possit esse ꝓ
curator,& aduocatus.de postu.c.2. cū ibi no.& ꝑ In.
ſ.de re iudi.cū l.& A.alias autē non pōt esse arbiter.
sed an poterit tunc esse arbitrator vř,ꝙ sic,ꝗa amica-
biliter cōponere,& reducere partes ad pacē uideẽ es-
se actus pietatis.facit.l.fi.C.de fe.& istud tenet dom.
Ant.inquantū uelit procedere sine, anfractu Iudæo-
rū.& ubi modicū distrahiẽ ab actu religionis,aliàs nō
fit sibi licitū. si tñ assumat arbitramentum , & laudet
tenebit eius laudū saluo, nisi esset de ordine minorū
fratrum , ꝗa tales non possunt esse executores testa-
menti,qui tñ in se est actus pius,ut in clem.exiui . de
ver.sign.& ideo non pōt esse arbitrator,licèt sine cō-
promisso posset laborare pro pace , & cōcordia sicut
ꝑ alijs operibus pietatis . & sic residet.do.Anto.Sed
aduerte,ꝗa multū facit in contrariū, quod hř.in cle.
religiosus.de procu.ubi religiosus nō pōt sine licētia
superioris cōstitui procurator ēt ad substituendū , ex
eo,ꝗa non censeẽ hēre velle, nec nolle.vt ibi ēt tangit
gl.& facit de elec.nullus.& c.si religiosus. li.vj.& sic
vř, quod etiam religiosus alius , quàm de ordine mi-
norū non possit esse arbitrator sine licētia superioris,
sed fortè posset dici,ꝙ cum licentia possit esse arbitra
tor,cū sit actus pietatis reducere partes ad concordiā
vt d.l.fi.C.de fe.licèt nō possit esse arbiter ēt cū licē-
tia superioris,nisi suaderet vtilitas monesterij.¶An
29 aūt Abbas possit esse arbiter , vel arbitrator in causa
monasterij.Io.An.in addi.Spe.super uer.præalle.seu.
ver.sed nunquid Abbas:vř dicere, ꝙd forte possit es-
se arbitrator, sed nō arbiter cū uidereẽ esse in propria
cā arbiter cōtra.l.pen.de arbi.ꝙd forte videret intelli
gēdum, nisi esset casus,in quo posset esse iudex in cā
monasterij,ꝗa tūc eadē rōne posset esse arbiter, ꝑ id,
quod hř.s̄.de arbi.cū tpe.& facit,quod no.Ioā.An.ſ.
de præscrip.cū olim.in verbo lucānis.Decima differē
tia est:quia ordinarius inter subditos,inter quos hēt.
iurisdictionē nō pōt esse arbiter.l. sed si in seruum.§.
fi.ff.de arbi.sed arbitrator sic ,ut in §.si vero cōtigerit.
in auth.vt diff.iudi.& ista opi.cōiter teneẽ ꝑ legistas,
licèt vltramontani cōtra,& hoc de iure ciuili.licèt de
iure canonico ēt in ordinariū, & in delegatū pōt cō-
promitti,ēt tanꝗ in arbitrū.s̄.de arbi.cū tpe.& no-
tat glos.2.q.6.§.ꝙd de arbitris.¶Aduerte tñ, ꝗa licèt
s̄m leges nō cōpromittāt partes in iudicē, possent tñ
se obligare ad stādū sniæ suæ,& talis obligatio habet
vim renūciationis appellationis.l.tale pactum.§.qui
pronunciauit.ff.de pac.¶Vndecima differentia est,

quia dictum arbitratoris non emologatur taciturnitate decem dierum, sed dictum arbitri sic.vt l.pe.C.de arbi.¶ Itē
30 expresse pōt † emologari dictum, seu sñia arbitri: sed non sñia arbitratoris: quia hoc non reperitur iure cautum ſm Inn.intellige quo ad hoc, vt habeat per omnia effectum emologationis, est autem effectus emologationis, quod sententia parit actionem in factum, & meretur executionem sicut sententia iudicis ordinarij.l.pe. C.de arbi.fatetur tamen Inn.quod possent partes emologare expresse sñiam arbitratoris quo ad hoc, vt valeat tanquam pactum, & transactio. facit.l.ij.C.cōia vtriusq;. iudi.cum ibi notatis.non autem quo ad effectū emologationis.de quo prædixi quod tene menti.nā hoc sequitur hic Innoc.& Bar.in d.§.arbitrorum. dicit tamen ibi Bar.quod statuta terrarum quandoq; aliter prouidet. aduerte, quia tamen Iaco.Bu.in l.si societate.§.arbitrorum.ff.pro socio.videtur velle, quod etiam sententia arbitratoris posset emologari. Sed Innoc.hic & Bar. in dicto.§.arbitratorum.vt prædixi tenent contrariū, vt videtur, quod verius, ex quo non reperitur hoc cautum in arbitratore, in quo etiam est diuersa ratio cū habeat procedere per viam contractus. & sic non est eadē ratio, quod eius laudum habeat parere actionem, quæ est in sententia arbitri: quia habet ad instar iudicis procedere.vt l.j.ff.de arbi.¶Sed iuxta prædicta insurgit du
31 bium, an, & quando possit † emologari sñia arbitri, & quam actionem pariat.¶Conclude, quod si cōpromissum factū est nudo pacto, tunc poreſt emologari sententia arbitri tacitè, vel expresse.l.pe.C.de arbi.si aūt non emologetur, sed potius contradicatur infra decem dies, solam exceptionē pareret, ex quo est cōpromissum nudo pacto, cum nudum pactū non pariat exceptionē de iure ciuili.l.iurisgentium.§.j.ff.de pac.& ideo, quia illud remedium nō competit hoc casu, ius ciuile voluit post sñiam emologari, vt in d.l.penul. Si aūt compromissum esset per stipulationem stari sñiæ arbitri.tunc ex stipulatione agi posset ad interesse, si non pareat sñiæ.l.diem proferre.§.fi.ff.de arb.& ideo hoc casu non habet locum emologatio.idem.& multofortius si per stipulationem promissa sit poena.vt ēt probatur.in d.l.pen.& hæc vera nisi apposita sit clausula rato manente cōpromisso, quia tunc etiam poterit emologari quasi ex vigore dictæ clausulæ censeantur duo compromissa. vnū cū pœna: alind sine pœna. ideo poterit tunc habere locum emologatio. & hoc vr tenere gl.& Bar.in l.2.ff.de arb.& per Io.An.s.de arbi.dilecti.sed aduerte, quia prædicta videntur procedere de iure ciuili.nam de iure canonico vr, quod indistinctè hīc possit locū emologatio siue nudo pacto sit cōpromissum, siue ēt per stipulationē, vel iuramentū: per ea, quæ habentur.in c.per tuas.s.de arbi.vbi satis meo iudicio videtur hoc probari, si bene ponderetur litera, & pro hoc etiam facit rō, quia de iure canonico ēt ex pacto nudo oritur actio.vt habetur.in c.j.s.de pact.ergo cum tunc sit dare remedium pro obseruantia laudi, nō deberet de iure canonico vnquam habere locum emologatio: quod tñ est falsum in dicta decretali per tuas. & ideo qua rōne habeat locū emologatio, licèt agi possit ex pacto ad interesse, si nō stetur sñiæ, eadem rōne est dicendū ēt emologationē habere locum de iure canonico. licèt cōpromissum sit per stipulationē, cū eadē videatur rō, & per cōsequens idē ius.s.ne transla.c.2.¶Et no. diligenter hoc dictum, quia non reperies per alios tactū, & sic in terris ecclesiæ habebit locū indistinctè emologatio, cū in illis seruari debeat ius canonicū, vt no. glo.in c.2.de arbi.in vj.& facit.s.de appellatio. si duobus, sed in terris imperij seruaretur ius ciuile. Et no. quod vbi emologatur sñia arbitri illa parit actionem in factū sicut sñia iudicis ordinarij, & habet eodē mō executionem, vt d.l.penul.C.de arbi.quo aūt iure laudum arbitratoris mereatur executionē, seu quod ius pariat. Inn.dicit hic, quod si arbitramentū incidit in ɔ̄ctū, vt quia arbitretur de pretio rei venditæ, vel de partibus societatis.& tunc agetur actione ex eo cōtractu, & sic actione ex vendito ad precium declaratum per arbitratorem.inst.de contrahē.emp.§.precium. & l.fi.C.de cōtrahen.emp.Si aūt non incidit in contractum, tunc si in compromisso intercessit iurm, mandabitur laudū executioni officio iudicis, dummodo sit æquum, vel ad æquitatem reductum: si verò non intercessit iuramentum, sed stipulatio agetur ex illa stipulatione, si aūt nudo pacto compromissum est in arbitratorem refert Inn.& Io.An.opi.& d.Anto.hic post eos.nam quidā dicūt, quod sola exceptio orietur reo, & vbi actori non seruetur laudū poterit redire ad pristinā actionem. alia fuit opi.quod ēt si pacto nudo sit compromissum officio iudicis seruandum sit, si est æquum, vel redactum ad æquitatem, & istud finaliter tenet hic Hostiē.quia de iure canonico ēt ex pacto nudo agi pōt, vt superius est dictū. & multofortius quando compromissum esset iuratū, & hoc de iuramento vr hic tenere Inn.licèt alibi videatur velle, quod per viā denunciationis euangelicæ debeat agi.s.de insti.cum venissent. & s.de iudi.nouit.& ibi ēt dicat ex pacto non agi immediatè, sed per viā denūciationis euāgelicæ, sed tene cū Host. quod ēt immediatè officio iudicis agi pōt pro obseruātia nudi pacti.¶Itē, quod ex iuramento confirmatorio compromissi agi poterit de iure canonico.licèt Bar.in §.arbitrorum.dicat, quod ex iuramento cōfirmatorio cōpromissi non oritur actio.& in hoc reprobat Inn.sed dictum suum posset procedere de iure ciuili, secūdum quod iuramentum demū inducit actionem, quando est litis decisiuum, vel quando est libertus qui iurat patrono, secundū notata plenè. in l.si quis pro eo.in prin.ff.de fideiuss.licèt confirmet quandoq; contractū nullum, vt in aut.sacramenta.C.si aduersus ven.iuncta.l.j.eo.
32 ti.Et ex prædictis etiam patet, quod † sententia arbitri potest habere executionē paratam, vt quando est emologata, an autē idem in sententia arbitratoris.Hostiē. videtur velle, quod sic inquantum dicit, quod mandabitur executioni officio iudicis, si est iuratum compromissum, vel etiam nudo pacto factum, vel per actionē descendentē ex stipulatione, si illa intercessit, sed vt dicit hic do.Ant.dictum Host.debet intelligi sane, videlicet, quod habet executionē, sed non paratā, & promptā prout habet sñia arbitri emologata, sed oportebit agi, & implorari officiū iudicis, vel agi ex stipulatione eo mō, quo aliàs cōsueuit implorari, vel agi, & sic in effectu via ordinaria, quia arbitramentū habet instar contractus, non aūt vim actus iudiciarij, nec ēt emologatur, vt est dictū. ideo non pōt dici habere executionē paratam, vt ēt voluit Bar.in d.§.arbitrorū. quod dicit do. Ant.procedere, ēt si arbitramentū sit latū ex cōfessione facta corā arbitratore, cum illa non sit iudicialis. sed potius extraiudicialis. quia corā arbitratore extraiudicialiter procedit vt est dictū.ideo non meretur execu
33 tionem promptam.¶ † Duodecima differentia est; quia cōpromissum soluit morte alterius compromittētiū, vt in c.fi.s.de arbi.secus in arbitramento. quia illud est pactū, vel transactio.& sic trāsit ad hæredes.l.si pactū. ff.de prob.& hoc tenet Host.in d.c.fi.& Spe.in tit.de arbi.§.finit. ver.sed nunquam arbitrator. de quo latius hic prosequitur.d.Ant.¶An aūt finiatur dāno alterius cōpromittētiū cōclude, quod nō, si bona nō sunt publicata. ar.l.actiōe.§.publicatione.ff.pro soc.nā tūc per publicationē oīa iura trāseūt i fiscū.l.fi.ff.de duo.re.& obligationes

gationes quæ erant in suspenso pereunt, quia existen
te cõditione nõ reperitur persona q̃ obligeť, cũ fiscus
nõ sit verè hæres, nec pet oĩa loco hæredis habeať, vt
est gl. notabilis in l. inter eos. §. fi. ff. de fideiusso. & fa-
34 cit. l. quoties. ff. de noua. ¶ † Decimatertia differentia
est, q̃a confessio facta corã arbitro præiudicat in iudi-
cio, sed facta corã arbitratore nõ, & hoc tenẽt quidã.
sed Cyn. in l. j. in v. q. C. de cõfes. tenet, q̃ vtroq; casu
valet tantũ, vt extraiudicialis, & sic nõ p̃cedit hęc dif-
ferentia, & sic trãsit hic do. Ant. & Bar. in l. ij. ff. de cõ-
fes. tenet, q̃ si arbitriũ fuit emologatũ tũc cõfessio corã
arbitro valebit in iudicio aliàs sec⁹, sed fortè põt dici
q̃ ẽt si nõ sit emologatũ laudũ arbitri, tñ confessio va-
leat, vt iudicialis p. l. cũ antea. in fi. de arbi. C. & p id,
q̃ dixi in c. pręsentata. s̃. de testi. & in c. fi. de cõfes. An
aũt sit differẽtia in testib⁹ examinatis corã arbitratore
ab illis qui sunt examinati corã arbitro tãgit. Bar. in l.
35 fi. C. de testi. & superius tetigi. ideo non repeto. ¶ † De
cimaquarta differentia est, quia confessio facta coram
arbitratore secuto laudo nõ põt reuocari, q̃a negotiũ
censeť quasi per transactionẽ finitũ, secus in confessio
ne facta, coram arbitro, quia non vř negotiũ finitũ, ni
si laudum essẽt emologatũ, & sic transit. do. Anto. sed
potes dicere, q̃ si laudũ arbitratoris petatur reduci ad
arbitrium boni viri poterit tunc reuocari confessio, si-
cut & in cã appellationis, de qua constat per notata p
glo. in l. error. C. de iur. & fac. igno. & q̃a tunc nego-
tium non censetur adhuc finitũ pendente dicta peti-
36 tione reductiõis, vt de se patet. ¶ † Decimaquinta dif-
ferẽtia est, q̃a litis ɔtestatio corã arbitro interrũpit p̃-
scriptionẽ. l. pe. C. de arbi. q̃ non reperiť in arbitrato-
re, cũ extraiudicialiter procedat, vt no. in Spe. de lit. cõ
37 te. §. effectus. cum ibi no. per Io. An. ¶ † Decimasexta
differentia, quia arbiter nõ procedit diebus feriatis, si-
cut nec iudex, sed arbitrator põt procedere, & etiã fer
re laudum diebus etiam feriatis in honorẽ Dei, cũ cẽ-
seatur quædam transactio, vt sæpius est dictũ, & cẽlea
tur actus fauorabilis reducere partes ad concordiam
extraiudicialiter. l. fi. C. de fer. & notat Bar. in l. si feriatis.
ff. de arbi. & Spec. in titu. de arbi. §. sequiť. ver. in for-
ma compromissi. & se. in vltima col. ¶ Decimasepti-
ma differentia est, quia secundum aliquos de iure ci-
uili arbiter astringitur instantiæ triennij statute in l. p
perandũ. C. de iudi. de quo in l. si de meis. §. fi. cũ seq.
& l. itẽ si vnus. §. j. ff. de arbi. sed arbitrator non: sed ad
uerte, q̃a Ioan. in addi. Spe. in ti. de arbi. §. differt. ver.
itẽ, vt infra triẽniũ. tenet, q̃ ẽt de iure ciuili arbiter nõ
astringatur ad instãtiã aliquã per id, q̃ habeť in auth.
si tñ in medio. C. de temp. app. ibi dũ dicit nõ curret
tp̃s appellationis pendẽte cõpromisso, ẽt si decies mi
lies plusquam tp̃s statutũ sit elapsum, & sic aperte vř
velle litera, q̃ cõpromissum nõ finiať triẽnio, de iure
aũt canonico hoc est clarũ, quia non est statuta instã-
tia in cã principali. s̃. de iudi. c. pe. & sic ista differẽtia
non vř procedere. ¶ Decimaoctaua est sc̃d'm aliquos,
q̃a si arbiter p̃nũtiabit super toto benè, vel malè, fun-
ctus est officio suo, & nõ põt amplius pronũtiare. l. di
cere. §. fi. ff. de arbi. in arbitratore videť sec⁹ p istũ tex.
sed certè ista differentia non procedit, q̃a eadẽ est ra-
tio vtrobiq;, & per consequẽs idẽ ius debet dici. s̃. de
cõsti. c. trãslato. Nec ob. iste tex. q̃a rñderi põt, vt dixi
in notabilibus, & iõ q̃n arbitrator ex potestate sibi ab
alio data pronũtiat, dicas vt dixi. s̃. post glo. in arbitro.
cũ eadẽ sit rõ vtrobiq;. vř tñ hic velle. d. Ant. q̃ si appo
sita sit clausula, vt possit pluries pronũtiare, q̃ illa ope
reť q̃n laudũ esset nullũ: licẽt nõ opereť quãdo laudũ
esset aliq̃d, vt dixi post gl. & est in se notabile dictũ, &
limitat dicta Bar. in l. dicere, & l. q̃d tamen. ff. de arbi.

38 ¶ † Decima nona differentia est, quia arbiter nõ cogiť
laudare, licẽt susceperit ɔpromissum, nisi interuenit
poena, vel datio pig. l. 3. §. 1. ff. de arbi. secus in arbitra
tore. q̃a si suscepit ɔpromissum cogiť laudare. Gl. tñ ĩ
l. fi. C. de ɔhẽ. emp. dicit idẽ ĩ arbitratore, sed p̃cedẽs
dictũ tenet Cy. ibi, & Frã. de Are. in d. l. si q̃s arbitra-
tu. & do. Ant. hic, & Spe. in ti. de arb. §. sequiť. ver. sed
nunq̃d arbitrator. sed tu potes dicere, q̃ si lato laudo
speretur actio competere, vt q̃a assumptus est sup de
claratione pretij in contractu uẽditionis. tunc proce-
dat opi doc. q̃a nõ est inutile eũ cogi, ex quò accepta
uit. sed si sit assumptus sup lite. tunc nõ uideo differẽ
tiam. nec rationẽ differentiæ inter arbitrũ, & arbitra-
torem, q̃a si nudo pacto fuit cõpromissum in arbitra-
torẽ, nec data sunt pignora, licẽt laudet erit vtile lau-
dũ, & q̃a laudũ de se non parit actionẽ, nec ex cõpro-
misso poterit agi, ex quò nudo pacto est ɔpromissũ,
& hoc de iure ciuili. sed de iure canonico secũdũ q̃d
ẽt pactũ nudũ parit actionẽ, vř q̃ ẽt arbiter nedũ arbi-
trator possit cogi postq̃ suscepit cõpromissum, sicut &
q̃n p stipulationẽ p̃missum est stari sniæ arbitri. l. diẽ.
§. fi. ff. de arbi. Si aũt nõ suscepisset cõpromissum, cla-
rũ q̃ neuter eorũ cogi dẽt. vt d. l. 3. §. j. dicit tñ alibi gl.
notabilis, q̃ ille q̃ põt reducere partes ad ɔcordiã, &
nõ facit, peccat. vt in c. sicut enim. xj. q. j. ¶ An aũt va-
leat pactũ, q̃ nõ possit cogi arbiter, vel arbitrator ad
laudãdũ, tenuit Spe. q̃ sic in d. §. seqť. ver. sed nũq̃d ar
bitrator, & seq. Aduerte tñ q̃a licẽt Spe. ibi velit, q̃ in
telligatur quis suscipere cõpromissum eo, q̃d patitur
in se cõpromitti in sui p̃sentia, & nõ contradicit, vel
si in absentia, & non cẽtradicit, cũ cognouit. tñ Io.
An. ibi tenet oppositum p id, q̃d hť in l. filiussa. §. inui
tus. de p̃cu. & in cle. instĩo. de p̃cu. & verior vř opin.
Io. An. p iura præalleg. & hoc in arbitratore contra-
ctus, in dato aũt in vltima volũtate, q̃ appellať ẽt exe-
cutor, & interdũ fideiussor. an possit cõpelli. plenè no.
39 in l. j. p gl. & Bar. ff. de leg. ij. ¶ † Vigesima differentiã
est, q̃a arbiter nõ põt sniam ferre in ecclesia, sicut nec
iudex. de immu. eccle. decet. lib. vj. secus vř in arbitra
tore, p ea quæ habentur in l. fi. C. de fe. & p ea, q̃ dixi.
s̃. in xv. seu in xvi. differẽtia. & hoc tenuit Frã. de Are.
40 vt hic refert. d. Ant. in d. l. si q̃s arbitratu. ¶ † Vigesi-
maprima differentia est, quia arbiter nõ põt extende
re manum ad ea, quæ sunt extra compromissum. l. nõ
distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. & not. s̃. de arbi.
cum dilectus. quod videtur verũ, q̃n essent omnino
extranea. secus si connexa. per id, quod not. Barto. in
l. cum aquiliana. ff. de transac. & ideo si de re aliqua
esset cõpromissum, vř quod possit iudicare de æstima
tione rei. per l. si stipulatus esses opus. ff. de fideiusso.
sed arbitrator vř posse iubere aliquid dari alteri parti
in recompensationẽ adiudicati vni parti, per id, quod
hř in c. nisi essent. ĩ. de pręben. secus esset in arbitro p
ea, quæ habentur. in d. §. de officio. d. Anto. tamen hic
videtur velle, q̃ arbiter non possit iudicare etiam æsti
mationem rei. sed arbitrator sic. & hoc p iura præal-
lega. sed potes dicere, q̃ eo casu, quo iudex posset de
ęstimatione rei iudicare, quod contingit, quando res
esset perempta post moram, vel q̃n post morã succe-
deret obligatio ad interesse, vt contingit in obligatio-
ne rem tradi. ff. de uer. obl. & facit, quod not. in l. j. in
princi. ff. de actio. emp. tunc poterit etiam arbiter de
illa iudicare. argu. l. 1. ff. de arbi. aliàs secus, & sic intel
ligať dictũ do. Ant. de quo ẽt ĩ Spe. §. excipiť. versi. sed
41 pone. ¶ † Vigesimasc̃da differentia est, q̃a excõmuni-
catus nõ potest esse arbiter, q̃a nec iudex. ĩ. de re iu-
di. ad probandũ. sed bñ põt esse arbitrator. arg. l. ex fa
cto. §. si q̃s rogatus. ff. ad trebel. & ibi p Bar. & l. cum
pater.

pr.§.hereditatem.de leg.ij.ꝙ excommunicat⁹ nõ pos-
sit esse arbiter,tenuit Spec. in ti. de arbitro. §. differt.
ver.itẽ sc͞dm eũ.Io.An.super regula dolo facit,in qõ-
ne ibi posita de reg.iu.in vj.dicit, quòd excommuni-
catus non põt etiam esse arbitrator.allegat,qđ no. de
compromissarijs datis ad eligendum excommunica-
tis.ĩ.eo.in c. in causis de elec. sed benè põt esse sim-
plex mediator,vel proxeneta,ex cuius ordinatione p-
tesmet adinuicẽ cõponerẽt, de quo plenè ibi per eũ,
sed d.An.hic tenet oppositũ,videlicet,ꝙ põt esse arbi
trator.mouetur,quia arbitramentũ censetur quidã cõ
tractus,videlicet transactionis,vt superius est dictum:
sed excommunicatus potest cõtrahere, vt plenè not.
ĩ.de dolo.c.veritatis.per Inn.licèt ibi Host.contra, &
nõ benè,vt ibi dictũ fuit,ergo poterit esse arbitrator,
& quod si arbitretur teneat non ob.quod no.in d.c.in
causis. quia loquitur de compromissarijs ad eligendũ
prælatum, & sic ad actum spirituale. ideo non cadit
in excõicato,& hęc opi.fortè de iure verior,ꝓ qua &
potest allegari,ꝙ hr̃ in auth.credẽtes.C.de hęreti.vbi
videt̃,ꝙ demũ si sit excõicatus pro cã hæresis,& ꝑ an
nũ steterit in excõicatione,ꝙ tunc prohibeat, & sic a
cõtrario per locũ a speciali,secus erit extra casum illũ
arg.l.ius singulare.ff.de legi.ibi tñ vr̃ innui, ꝙ ante an
nũ possit excõicatus esse arbiter,& iudex,vt saltem te
neat,ꝙ fecit,ꝙ vr̃ cõtra.c.ad probãdũ.de re iudi.vnde
potes dicere,ꝙ illud de iure ciuili,sed sec⁹ de iure ca
nonico,vel intelligatur illud,qñ non est publicè excõ
municatus,sec⁹ qñ est publicè,vt d.c.ad probandũ. &
qñ dicatur q̃s publicè excõicatus,recurre ad gl.in cle.
j.de sepul.nec ob.iura allegata ꝑ Io.An.in dicta regu
la dolo facit,quia f̃m do.An.nõ probant istud,sed de
bent intelligi in arbitris.facit,ꝙ no.Arch.ij.q.vj.a iudi
cibus.& §.seq.non aũt in arbitratore per rationem su

42 perius allegatã.¶†Vigesimatertia differentia est,quia
dictũ arbitratoris reducit̃ ad arbitriũ boni viri.l. si so-
cietatis.§.arbitrio.ff.pro socio.sed dictũ arbitri non.l.
diẽ proferre.§.stari.ff.de arbi.& ꝙ dixi de arbitratore.
dicit Inn.verũ & si cõpromissum fuit iuratũ,quia iura
mẽtũ intelligitur f̃m naturã eius,super quo iurat̃.l.si.
C.de non nume.pecu.& l.si libertus.ff.de ope. lib. &
idẽ si pęna fuerit apposita,q̃a eadẽ rõne intelligit̃ ap-
posita f̃m naturã cõtractus,& sic,vt ita demũ cõmit-

43 tat,si ęquũ sit arbitriũ d.l.si libertus.¶†Circa istã diffe
rentiã est vidẽdũ primo,an dictũ arbitri iniquũ aliqua
via possit retractari.Sc͞do erit vidẽdũ de dicto arbitra
toris.circa primũ cõis est opi. ꝙ saltem via appel. non
possit retractari,nec olim,nec hodie,hoc firmat gl. in
l.j.C.de arbi.nam olim clarum est per.§.stari. Itẽ ho-
die post.l.pe.C.de arb. q̃a aut laudũ est emologatũ,
seu approbatũ,& tũc nõ põt appellari.l.ad solutionẽ.
C.de re iudi.& hoc si est expresse emologatũ,si aũt ta
citè est emologatũ per lapsum decẽ dierũ partib⁹ non
cõtradicentib⁹.ĩ.dictũ tp̃s, & tũc tarde ammodo ap-
pellaret̃,ex quo lapsi essent.x.dies a tp̃e sñiæ.facit, ꝙ
hr̃.ĩ.de re iudi.ꝙ ad cõsultationẽ.Bar.in d.l.j.C.de ar
bi.& in l.nemo potest. ff.de leg.j.fuit in vna singulari
opi. videlicet, ꝙ hodie posset appellari a sñia arbitri.
mouet̃, q̃a hodie sñia arbitri parit actionẽ.d.l.pe.C.
de arbi.ergo ab ęa poterit appellari.ar.l.j.C.de arbi.a
ꝯrio sensu.nec ob.iõ alleg.in cõtrariũ,q̃a procedetur
qñ simpliciter emologaret̃ exp̃sse laudũ,sec⁹ qñ emo-
logat̃,& approbatur,vt latũ,sed nõ,vt sic latũ ꝑ id, ꝙ
hr̃ in simili in l.iij.§.falsus.ff.rẽ ra.ha. & in l. Pompo-
nius.ff.de neg.gest.d.Ant.hic tenet opi. cõem contra
Bar.ex eo,q̃a emologatio dirigit̃ & ad iniustitiam, &
sic ad qualitatẽ sñiæ cũ fiat ad finẽ, vt pariat effectua-
lẽ actionẽ.secus in d.l.iij.§.falsus,& in d.l.Põponius,
q̃a ibi nõ exigitur,ꝙ approbatio dirigat̃ ad iustitiam,
sed sufficit,ꝙ dirigat ad factũ: & hæc opi. & mihi pla-
cet ex eo,q̃a sñia arbitri nõ parit actionẽ extra casus
expressos in iure ex rigore iuris,nõ ꝓp fauorẽ partiũ,
vt patet in d.l.j.ergo pars nihil põt operari,vt ꝓducat
actionẽ extra casus expressos in iure, & per hoc non
ob.d.l.iij.fallit, q̃a ibi sñia erat nulla in fauorẽ dñi,q̃
non dederat mandatũ,licèt esset aliqua ad pręiudiciu
procuratoris,vt no.in l.licèt.C. de procu. & ideo põt
dñs illã approbare.¶ Item aduertendũ,ꝙ cũ tanq̃ pro
curator ibi agitauerit iudiciũ noĩe dñi, dñs p̃t habere
ratũ,ꝙ ipse agitauerit in iudicio,vt sic ratihabitio ope
retur illud,ꝙ mãdatũ a principio fuisset operatũ:sed si
mandatũ a principio interuenisset,nõ prohiberet̃ dñs
appellare a sñia lata cõtra procuratorẽ:ergo eodẽ mo
do ratificando gesta per ꝓcuratorẽ poterit appellare
a sñia iudicis,q̃ nõ approbauit,appellãdo tñ a sñia sa
tis videt̃ ratificare gesta per illũ q̃ egit, vt procurator,
quia aliàs appellatio nõ esset sibi necessaria:& sic nõ
est ratio ibi,quia approbet sñiam,vt latã.imo,q̃a ap-
probat factum per illũ tanq̃ per procuratorem, vt sit
perinde ac si fuisset procurator,& ideo illa.l. non ob.
q̃a in casu nostro nihil est gestũ tanquã per procurato
rẽ,sed vt ꝑ arbitrũ.Vnde oportet,ꝙ vel approbet sen-
tẽtiã arbitri ex toto,vel ꝙ impugnet.Dicit tñ do. An.
hæc vera in arbitro volũtariè electo a partibus,sec⁹ in
arbitro iuris, vt cõtingit in arbitris qui eligũtur in cã
suspicionis,seu recusationis iudicis ordi. de iure cano
nico,vel delegati Papæ.nam ab illis potest appellari,
vt in c.ab arbitris.de off.deleg.lib.vj.facit, ꝙ habetur

44 in c.suspiciõis.de off.dele.c.cũ sp̃ali.de app.¶†Quid
aũt de arbitris electis ex necessitate virtute statuti ror
tè disponentis inter attinentes,ꝙ cogant̃ ad compro-
missum:an aũt a sententia talis arbitri poterit appella
ri.videtur ꝙ sic, ex quò necessitas iure statutarij assu-
munt̃ arg.d.c.ab arbitris & C.de iud.in l.cum sp̃alis.
& hoc videtur tenere Bar.cõtrariũ videt̃ ipsemet Bar.
tenere j.de cõsti. codi. & istud vltimum tenet hic do.
Ant.nõ facta mentione de opi.Bar. in l. cũ specialis.
& idẽ dicit si alia rõne quã attinentiæ cogant ad com
promissum.nec ob.c.ab arbitris.q̃a respondet,ꝙ loq̃
tur de arbitris assumptis in aliquo incidẽti iudiciali,
quia super exceptione recusationis in iudicio inciden
ter,& idem dr̃ de arbitris quasi iudicialibus,vt q̃a eli
guntur ad æstimãdũ aliquid incidenter corã iudice,
vel ad declarandũ aliquid incidẽter,vt sunt electi ad
æstimãdũ aliquid,seu æstimatores, vel ad approbãdũ
fideiussores.nã ab istis poterit appellari.l.arbitro.ff.q̃
satisda.cog.f̃m vnũ intellectũ,vel saltẽ iudicis officiũ
implorari,vt reuocet̃ male gestũ, vt ibi patet f̃m aliã
lectu.sed fortè potest dici,ꝙ si virtute statuti sit simpli
citer compromissum nudo pacto,ꝙ tũc procedat opi.
Bar.in l.cũ specialis.q̃a tunc vr̃ esse de mente statuti,
ꝙ laudũ habeat effectũ, & aliq̃d operetur contra ius
cõe.arg.l.si qñ.de leg.j.& sic videt̃ esse de mente sta-
tuti,ꝙ pariat laudũ actionẽ,sicut sñia iudicis.ideo tũc
videt̃ posse appellari: sed si compromissum esset stipu
latione vallatum, tunc ex quò per stipulationẽ ꝓui-
sum est de obseruantia laudi, nõ videtur ꝙ possit ap-
pellari:& sic potest intelligi alia opi.Et per p̃dicta pa-
tet,ꝙ si ex forma statuti laudũ põt executioni mãdari:
& sic pariat actionẽ,ꝙ tũc nõ poterit appellari,& hoc
tenet Bar.in d.l.j.C.de arbi. & in d.l. nemo. de leg.j.

45 ¶†Quid autẽ si partes compromittunt in arbitrũ cũ
pacto, ꝙ possit appellari ab eius sententia,an valebit
cõuentio?Cy.tenuit,ꝙ nõn in l.pe.C.de arbi.& per l.
priuatorũ.C.de iurisdi.om.iudi.nã per talẽ cõuentio-
nẽ quodãmodo efficeretur iudex, ꝙ non põt fieri ꝑ p̃
priuatos.

priuatos Dy.in l.ex consensu. de ap. & d.l. nemo. &
Bar.in d.l.nemo.& l.j.C.de arb.tenēt ꝯriū.quia stan-
dū est cōuētioni partiū.l.j.§.si cōueniat.ff.depo. dicit
tñ,ꝙ nō erit propriè appellatio:sed quędā reclamatio.
facit.l.distinguem⁹.§.cū q dā.ff.de arbi. non eñ repu
gnat,ꝙ partes cōueniāt,ꝙ iudex possit adiri,vt videat,
an arbiter bñ pronūtiauerit ex quo partes hoc volūt,
& verba debēt intelligi ſm subiectā materiā,& ēt im-
propriari.l.si vno.ff.loca.Nec ob.rō Cy.qa ex hoc nō
efficit̄ iudex,sed habet simplicē notionē inter partes.
l.ait ṗtor.ff.de re iud.de quo in Spe.de appel.§.in qui
b⁹.ver.xvj.& hāc opi.sequit̄ hic d.Ant.si aūt cōpromit
teretur in iudicē ordinariū: tūc de iure ciuili nō valet
cōpromissum,iō tunc si ꝓcedit,ꝓcedit vt iudex, & ꝑ
consequēs poterit appellari de iure canonico pōt cō-
promitti in ordi.vt superius dixi.vñ si procedit ex ar-
bitraria potestate nō poterit appellari nisi pactū esset
appositū,vt ꝓximè dixi.si ex ordinaria,bñ poterit ap-
pellari.si ex vtraq; idē vr̄ ex eo,qa potētior est ordina
ria, q̄ arbitraria cū illa hēat coerctionē nō arbitraria
ergo vr̄,ꝙ illa attēta possit appellari arg.l.quærit̄.ff. de
stat.ho.vel fortè deberet attendi,an vellet appellare a
potestate ordinaria an verò ab arbitraria ex quò sunt
potestates distinctę,& separatę, & sic , vt de separatis
iudicandū vr̄ arg.l.si marit⁹.C. de dona. inter.vi. nec
ob.ṗdictis.l.epi.C.de episco.audi. q̄ vr̄ velle tūc non
posse appellari qñ vtraq; potestate processit,qa sc̄d̄m
vnū intellectū ꝑ auth. si qs litigātiū ibi posita corrigi
tur:vel ſm aliū intellectū est speciale in Ep̄o, cui⁹ iu-
risditio est ꝓrogata a laico, vt tūc nō possit appellari,
de quo dicēdū, vt ibi, & hæc vera in arbitris electis a
46 partibus.¶†Quid aūt in tertio electo per arbitros ꝑꝑ
corū discordiā sc̄d̄m formā.l.itē si vn⁹.§.principaliter.
ff.de arbi.& qđ no.in c.innotuit.s̄.de arbi.an poterit
ab illius sñia appellari, cū eius autoritati debeat pare
re,vt d.§.principaliter.Ia.but.hic videt̄ velle,ꝙ sic,qa
dicit,ꝙ ille est potius iudex,q̄ arbiter,sed Spe. ī ti.de
arbit.§.sequit̄ ver. sed nūquid iste tertius tenet ꝯrium
dicēs,ꝙ iste erit potius cōsiliarius, & nō habebit ipse
pronūtiare:sed alij duo primo loco electi debebūt ꝓ
nuntiare sc̄d̄m cōsiliū istius,& ad hoc ēt poterūt cogi
vt sic pronūtiēt, & hoc modo stat̄ autoritati illius , &
iste est alius intellectus in d.§.Alius intellectus est,vt
ipse habeat pronūtiare,& eius sñiæ stet̄ , & istū ponit
ibi gl.& seqtur Butri.sed Bar.ibi dicit,ꝙ ṗcedēs est tu
tior.Io.An.in addi.sup ver.sed nūquid.tenet,ꝙ pote-
rit appellari:& sic vr̄ tenere intellectū gl.& dicit,ꝙ cē
setur iste arbiter iuris ex quò ex iuris dispositione eli
git̄:& iō poterit appellari per ea quæ hñr in d.c. ab ar
bitris.do.An.hic dicit,ꝙ poterit reclamari,sed nō pro
priè appellari:qa sc̄d̄m cū nō est arbiter iuris cum nō
eligat̄ ad decidendū aliqđ incidēs pendēs corā iudi-
ce,sed corā arbitris,sed certè nō video, ꝙ possit recla-
mari ex quò nō est arbitrator,& nō reperit̄ iure expſ-
sum.argu.l.illā.C.de collatio.Iō verior vr̄ opi.But.&
Io.An.nā licèt nō sit assumpt⁹ sup aliquo incidēti pē
dēte corā iudice tñ negari nō pōt q̄n sit assumptus ex
dispositione iuris:& iō satis dici pōt arbiter iuris , vel
fortè pōt dici,quod cū simpliciter litera ibi dicat, qđ
eius autoritati parebit̄,qđ præcise standū erit sñiæ il-
li⁹:nec poterit appellari,vel reclamari,cū lr̄a hoc non
dicat,sed simpliciter,ꝙ ei⁹ autoritati pareat̄ , & possit
ēt esse rōnē,qa si illi arbitri duo primo loco electi ꝓ
nūtiassent staretur corū sñiæ ēt iniquæ.l.diē.§.stari.ff.
de arb.ergo videt̄, ꝙ iste assumpt⁹ ab eis loco ipsorū,
intelligat̄ subrogatus,& per ꝯñs sapiat naturā subro-
gati.arg.l.si eū.§.qui iniuriarū.ff. si qs cau. & s̄.vt lit.
pen.in c.ecclesię,& iō præcise vr̄,qđ eius sñiæ sit pa-

rēdū ꝑꝑ subiectā mām:ꝓ qua rō cessat ī casu.c. ab ar
bitris.& iō nimirū si ibi ṗt appellari,& hic nō. Et ista
opinio fortè de iure uerior ꝑ illū tex. & rōnē ṗdictā.
Fateor tñ,ꝙ pęna nō poterit peti ex ea, qa nō pareat̄
sñiæ huius tertij si sit diuersa ab alijs,qa ꝑsona istius
tertij nō fuit cōprehēsa in stipulatiōe, facit qđ hr̄ in l.
cū apud.ff.iudi.sol.& l.si ita stipulatus.§.grisogonus.
47 ff.de ver.obli.¶† Restat nūc videre nūqd sñia arbitri
aliter possit retractari do. Ant.hic cōcludit,ꝙ si est nul
la,qa lata sine ordine iuris,vel contra ius expresso er-
rore in sñia,vel contra formam compromissi , vel per
pecuniam,ꝙ tunc poterit per uiam nullitatis retracta
ri,sed hoc intelligo verum esse eo casu,quo sñia pote
rat emologari. Si aūt non poterat emologari:quia cō-
promissum erat ꝑ stipulationē non apposita clausula
rato manente compromisso.tūc,qa sñia de se est nul
la ex eo,qa nullā habet parere actionem , sed solum
metu pęnæ,sibi est parēdū.l.j.& iij.C.de arbi. tūc non
vr̄ hēre locū dicta via nullitatis.sed poterit excipi ꝯ pe
titionē pęnæ ꝑ ea q̄ hñr in d.l.3.C.de arbi.& in l.ve-
nales.cum glo.C.quādo prouo. non est necesse. & in
l.apud celsum.§.Itē q̄rit̄ .cū ibi nota.ꝑ gl.& Bar.ff. de
do.exce facit,qđ hr̄ ī l.ita demū.ff.de arbi.Si aūt sñia
aliàs nō sit nulla ex dictis causis.sed lata dolo partis ,
& arbitri,nō interueniēte corruptela pecuniæ:vel etiā
arbitri tñ similiter poterit obijci exceptio ꝯ petitionē
ꝑ ea,q̄ nota.in d.l.iij.C.de arbi.& in d.l.ita demū. &
fortè ēt pōt attentari , ꝙ eo casu quo emologata esset
sentētia parte ignorāte dolum esset cōmissum si aga-
tur ex illa poterit excipi de dolo,vel si ex illa excipia
tur poterit de dolo replicari.arg.l. iij. & d.l.ita demū.
iuncta.l.tres fratres.ff.de pactis. ¶ Si aūt sñia arbitri
sit iniusta nō interueniente dolo partis,vel arbitri,tūc
cōiter dicūt legistæ,ꝙ stabit̄ sñiæ arbitri : licèt sit ini-
qua,aliàs pœna poterit peti per l.j.C.de arbi.& l. diē
ꝓferre.§.stari.ff.de arbi.& si sit emolagata multosorti⁹
tūc ei stabit̄:qa īputet sibi,tunc emologās ꝑ.l.penul.
C.de arbi.Secus in sñia arbitratoris,q̄ pōt peti redu-
ci ad arbitriū boni viri. vt hic post Inn. & gl.s̄. eo.ve-
niēs.& s̄.de electio.causam quæ.& sic sc̄d̄m hoc sñia
arbitri non reducitur ad arbitrium boni uiri,licèt arbi
tratoris sic,& hoc,vt dixi,cómuniter tenēt legistę.sed
glos.2.q.6.a iudicibus. dicit,quod si arbitrium est ini
quum superior poterit illud retractare.per.c.2. de ar-
bi.& in §.qđ ab arbitris.ibi.se.post dictū.c. a iudicib⁹.
gl.dicit,ꝙ licèt a sñia arbitri nō possit appellari tñ po
terit supplicari ꝑ ṗalleg.c.2.s̄.de arbi.gl.ī c.exposita.
supra de arbi.dicit,qđ iniquo arbitrio non est stādū.
Vincē.in ṗalleg.c.cām.& refert Archi.in d.c.a iudici
bus.dixit,ꝙ arbitriū iniquum est corrigendum per su
periorē,si cōtineat peccatū , & sit cōtra ius,vt qa cōti
neat simoniacā prauitatē,vel sit ꝯ ius expressè ,vel si
cōmsit dolū,vel si tulit sñiam extra potestatē sibi da-
tā,vel excessit illā , vel si appareat , qđ manifestè into
lerabiliter me læsit contra actitata per ea q̄ hñr. in d.
c.2.& in c.exposita.Host.vero hic in effectu vr̄ dicere
sñiam arbitri iniqui etiā reducēdam ad arbitriū boni
uiri per præalleg.ca.2.de arbi.& ibi etiam concludit ,
vt refert Io.Ant.super glo.ꝙ si euidēter liquet, qđ lau
dum contineat iniquitatem,& nutriat peccatū illud
emādabit̄ per iudicē.vt d.c.2.& ī c.exposita.& de pec
cato dr̄ cōstare, qñ cēstat de euidenti læsione partis,
quo casu secundū eum,nec in foro ciuili, nec in foro
canonico stabit̄ illi.§.stari.ex eo,qa etiā ipsa lex vult
peccata corrigi.vt patet in auth.vt nō luxu.cōtra natu
ram.§.1.qđ dicit verum esse si est reclamatum infra.
x.dies. ita quod non sit emologatū laudū. aliàs secus
vt l.penul.C.de arbi.& s̄.de arbi.per tuas.& dicit hoc
esse

eſſe de mēte vtriuſq; iuris,q̃a nullū peccatū lege,con
ſuetudine,ſtatuto,priuilegio,vel iuramēto, inuari pt
ſed bis nō obſtātibus debet emēdari.s̃.de cōſue.c.fin.
& ȷ̃.de præſcri.c.fina.& hoc credit do.Anto.verū,qñ
enormis eſt lęſio:quia tūc laudū pręſumitur doloſum
ſm cū per.l.omnes.§.lucius.ff.de his quæ in fran. cre
di.alleg.etiā.ff.mādati.l.creditor.§.lucius.& iō ſcd̃m
eum tūc habebit locū remediū exceptionis, & actio-
nis de dolo etiā ſcd̃m leges,ſed ſcd̃m ius canonicū ēt
plus erit,q̃a ēt officio iudicis poterit peti retractari ēt
non obſtante iuramēto,& ēt ſi obſtaret.iudex ex offi-
cio poſſet prouidere per ea q̃ habenī.s̃.co. ad noſtrā.
el.ij.allegat ad prædicta no.per Archid.in d.c.a iudici
bus.& ꝙ nota.in d.c.expoſita,& eod.titu.c.ij.& iij. &
ꝙ Spe.in ti.de arbi.§.j.verſi.eſt aūt differentia, & ſeq.
vbi etiā Spe.dicit idē tenuiſſe Iac.de Albēga.& Hoſt.
in ſumma.eo ti.§.pe.ver.penul.vbi tñ Hoſt.aliter loq
tur,q̃ hic,& in cap.ij.p̃allega.nā dicit, ꝙ ſnīæ arbitri
iniquæ ſtatur,ſed nō iniuſtę, vt quia eſt cōtra ius, q̃a
cōtinet ſimoniā,vel cōtra res prius iudicatas, vt d.c.
ij.& d.c.expoſita.& ſic ēt refert Spec.in loco prealle-
ga.& ſi bñ pōderetur hoc dictū magis reſtringit ſe Ho
ſti.in dicta ſumma in loco præallega.quā hic,& in di-
cto.c. ij. ¶ Vnde puto poſſe de iure dici,ꝙ ſi arbitriū
contineat euidens peccatū,cui pars nō pōt renūtiare,
vt quia contineat ſimoniā, tūc poſſit emendari, & ſic
propriè loquiī præalleg.c.ij.Idem ſi ſit aliàs cōtra ius
exp̃ſſe,vt ſi adiudicat laico ſpiritualia,vt in c.iij.de ar
bi.¶ Idem ſi ſit aliàs contra ius exp̃ſſe,vt quia ſit ſup
aliàs deciſum per ſententiam,quæ tranſiuit in rem iu
dicatam,& ſic loquitur dictum c.expoſita. nam de ta
libus non poteſt compromitti,nec in dubio intelligi-
tur compromiſſum.l.poſt rem. ff.de tranſact. cum ibi
not.Et idem eadē ratione,ſi alias ſit contra ius expreſ
ſe expreſſo errore iuris in ſentētia p id,ꝙ habeī in c.j.
ȷ̃.de re iudic.iuncto eo,ꝙ habeī in d.l.apud celſum.§.
item quæritur.aliàs videtur,ꝙ ſtandū ſit.d.§.ſtari.cum
nō reperiatur in hoc correctus,& correctio eſt euitan
d.a de elect.cū expediat lib.vj. & C.de app.l. præcipi-
mus.cum ſequen.& ſic nō videtur verū dictum Hoſt.
hic,& in d.c.ij.& maximè, quia ratio ſua non videtur
bona:q̃a ſi verū eſſet,ꝙ deberet emendari:q̃a nullum
peccatū pōt iuuari per l.cōſuetudinē, vel ſtatutū,&c.
ſequitur, ꝙ non deberet attendi, an ſit emologatum
laudum,vel nō:quia ex quò cōtineret peccatū omni-
no deberet emēdari.arg.d.c.ij.& s̃.eo.debitores. & p
hoc faciat,q̃a licèt arbitriū contineat iniquitatem,vi-
detur,ꝙ ei ſit ſtandū in d.§.ſtari.q̃a imputēt ſibi par-
tes,quæ fecerunt cōpromiſſum in arbitrū,& ſciebant,
vel ſcire debebāt,qualitatē poteſtatis arbitri qui pote
rat pronuntiare iniquè,& cōtra diſpoſitionē iuris,quę
volebat ſtari tali ſententiæ.arg.de reg.iur.dānum.lib.
vj.nec eſt abſonū, ꝙ partes poſſint ſic ſibi præiudica-
re,quia potuiſſet ēt vna pars alteri donare id de quo
factū eſt cōpromiſſum ſi voluiſſet.l. in re mādata. C.
mandati.& ideo nō videtur abſurdum,ꝙ tali ſnīæ,li-
cèt inique ſtetur,cum partes cōpromittendo in arbi-
tro hoc videantur voluiſſe cū ſciuerint, vel ſcire præ-
ſumanī diſpoſitionē.d.§.ſtari.nec eſt q̃d tūc repugnet
ex quò laudū cōtinet tale q̃d ſuper quo partes potue
rūt ſibi pręiudicare,vt qñ cōtineret ſimoniā,vt in d.c.
ij.vel qñ eſſet latū ſup alijs deciſis,vt in d.c.expoſita.
nec puto verū dictū do.Ant.ꝙ propter enormē lęſionē
præſumatur dolus in arbitro,ſi aliter probetur per ea
quę habenī in d.§.ſtari.& in d.l.ita demū,& in l.dol⁹.
C.de reſcin.vē.nec ob.d.l.oēs.§.luci⁹.q̃a pōt multipli
citer rñderi primo,ꝙ debitor ibi oīa bona ſua aliena-
bat ſciēs ſe habere creditores.iō præſumiī tūc in frau

dē creditorū feciſſe: ſed hic nō erat quæſtiō de oībus
bonis,ſed fortè de certa re,vel quātitate:ideo tūc nō
præſumitur dolus niſi probeī.facit,ꝙ hr̃ in l.ij.& l. do
lus.C.de reſcin.vē.¶ Scd̃o pōt dici,ꝙ vbi loquitur qñ
quis facit actū ad præiudiciū tertij a quo nullam ha-
ber poteſtatē ſuper actu quē facit, ſed hic loquimur,
qñ ille,qui facit actū habet poteſtatē ab illo cui fit p̃-
iudiciū,& iō nō ſic faciliter p̃ſumitur dolus. Et hanc
opi.puto de iure veriorē,videlicet, ꝙ etiam hodie de
iure ciuili:& etiam de iure canonico ſtandū ſit ſnīę ar
bitri etiā iniquę dummodo ſimus extra caſus,de qui-
bus ſuperius dixi:q̃a non debemus iura corrigere, vt
eſt dictum niſi quatenꝰ reperiaī expreſſum nō ob.ēt.
d.l.creditor.§.lucius,q̃a ibi nō dicit,an præſumaī do-
lus,ſed ꝙ in mandato quātūcūq; gñali nō venit dolꝰ:
& ſic remanebit.d.§.ſtari.qñ iniq̃tas eſt re ipſa,& non
ex propoſito,q̃a nō probaī de dolo arbitri.& hęc pars
vr̃ de iure verior,licèt alia opi.ęquior videaī, dicebat
etiā do.Ant.hic ſequēdo ſuā opi. ꝙ de iure canonico
inquantū debet reduci arbitriū, oportet ꝙ ſit reclamā
tū infra.x.dies,ſecus in arbitratore,q̃a dictū arbitrato
ris nō emologaī:vt ſuperius dixi.nec in eo habet locū
l.pe.C.de arbi.vt voluit Inn.hic,& Bar.in d.§.arbitro
rū.& hæc procedūt in arbitro. in arbitratore uerò di-
cit aliqua uidenda per quę expediī reſiduū materiæ.
¶ Primo,an qñ laudū arbitratoris poſſit peti reduci ad
arbitrium boni uiri.Scd̃o quo iure ueniat reducēdū.
Tertio infra quātum tp̃s.Quarto corā quo peti debe
bit reductio.Quinto pro quanta lęſione fienda ſit re-
ductio.Sexto qualiter iniquitas,vel lęſio detegaī. Se-
ptimo,an hoc remediū pacto,vel iuramēto tollaī.Vl-
timo an petēs reductionē ſi ſuccūbat cadat in poenā.
48 ¶ † Circa primū conclude breuiter,ꝙ ſi modica eſt lę
ſio nō debet reduci per ea q̃ no. in l.ſi de meis.§.rece
piſſe.ff.de arbi.ſecꝰ ſi nō ſit modica,q̃a tunc pōt peti
reductio,ſiue cōpromiſſum fuerit iuratū ſiue nō:ſiue
ſit ſtipulatione principali,vel ēt pęnali vallatū,p ea q̃
hñr in d.§.arbitrorum.& hic,& s̃.co.veniēs. & l.ſi li-
bertus.de opc.liber.& ratio eſt,q̃a iuramētū, & ſtipu
pu.& sic videtur sentire etiam impuberem doli capacem æquiparari puberi in casu auth.sacramenta. sed glo.ibi contra.& Ang.in l.si quis pro eo.vt s.tetigi. de quo.j.tangam.& prædicta dicit vera. & procedere &, si statuta annullent iuramenta, vel prohibeant.moue tur, quia prohibere iuramenta non videtur spectare ad iudices seculares,nec ad l.ciuilem.sed potius ad iu dicem ecclesiasticum.& ad l.canonicam. alle.qd no. Host.in c.quemadmodum.s.eo.& ibi per Ioã.And.in glo.super verbo,vel nasum.& sic subijciat articulum: an statutum expresse possit prohibere iuramentum. de quo.j.dicetur.Et ex prædictis dicit posse inferri,qd de iuramentis quæ præstantur per mulieres super rebus dotalibus:vel per mulieres renunciantes velleiano:vel obligantes se non seruata forma statuti: vel p minores in contractu inito sine præsentia consanguineorum,vel sine alia solennitate per statutum,vel per filiūfa.sine consensu patris:vbi statutum disponat filiumfa.non posse obligari sine consensu patris. nam secundum eum licèt statutum dirigat prohibitionem ad personā obligabit iuramentum,& debebit seruari per rationem superius tactam.licèt Bar.aliter dixerit. in d.l.si quis pro eo.& in auth.sacramenta. nec dicef etiam contrahens cum ipso minore,muliere, vel filiofa.turpiter agere,vel recipere, per ea,quæ.s.dixi.post eum.licèt Fede.videatur sentire contrarium in dicto consilio.cclxxij.& aduerte: quia etiam si opi.do. Ant. esset vera in minore,& muliere:tamen non videretur vera in filiofa. quia in eo prohibitio non vr fieri simpliciter quò ad fauoré ipsius filij, sed fauore patris, p id,quod habetur.in l.fi.§.filius autem.C.de bo.quæ li be.vel in odium creditorum,per id,quod hr. in l.j.ff. ad mace.& ideo videtur, quod tunc iuramentum nō deberet ligare,ex quo esset statutum:vel lex præcepti facti non simpliciter in fauorem iurantis:sed in fauorem alterius, vel in alterius odium. nam tunc cessat ratio sua: q debeat censeri præceptum sapere naturā consilij: ex quo non fit merè fauore personæ. Præterea non videtur etiam procedere opi.do.Ant.etiā qn præceptum fit merè in fauorem personæ:quia si tunc sapit naturam consilij:ergo non compelleretur quis ad obseruantiam talis præcepti,sicut non tenetur qs ad obseruantiam consilij,vt patet ex his, quæ habentur.in d.§.mando.& l.j.ff.man.& 14.q.j.in c.quod pcipitur. & per consequens non deberet inualidari dispositio. licèt quis non seruaret præceptum, etiam si non interueniret iuramentum,per ea, quæ habentur in iuribus præalleg.quod tamen constat esse falsum, per id,quod habetur.in l.non dubium.C.de legi.nec ob.quod habetur.in l.j.ff.manda.quia ibi loquitur,qn fit mandatum per viam contractus, per illum qui nō habet potestatem in illum cui mandat. ideo si tunc mandatum fiat gratia mandatarij iudicatur consiliū. Item non ob.quòd habetur in §.mando. quia ibi loquitur,quando per testatorem fit mandatum in fauorem eius cui mandatur: quo casu tale mandatum necessario non est seruandum,per id,quod habetur.in l. filiusfa.§.diui.de leg.j. vbi nudum præceptum testatoris factum mere in fauorem hæredis necessario non est seruandum. secus si fieret in fauorem alterius. vt ibi patet.& l.peto.§.fratre.de leg.ij.sed hic loquimur, quando prohibitio fit a lege cōmuni, vel municipali: quo casu præceptum est seruādum.aliàs nō valet, qd agitur,vt est expressum.in d.l.non dubium. & in c.vi des.x.di. & sic non videtur procedere simpliciter ratio do.Ant.tñ aduerte,quia contra Bar. facit,quod habetur.in l.lex Iulia.ff.de fundo do.iuncto hoc.c. nam ibi dirigitur prohibitio legis ad personam mariti, ne alienet rem dotalem.vt ibi clare patet. & tñ si alienet consentiente muliere cum iuramento tenet iuramentū.vt hic patet.licèt posset dicere, q ibi phibitio non dirigitur ad personam mulieris iurantis:tamen attentis his quæ dixit Bar.in auth.sacramenta,videretur, q marito alienante iuramentum non obligaret: etiam si præstetur iuramentum per mulierem.licèt aliud esset dicendum attentis his quæ dixi.in l.si quis pro eo, ex quo prohibitio non dirigitur,ad iurantem. vt tetigi.s.circa princ.huius articuli. Item contra Bar.videtur facere,quod habetur. in auth.sacramenta. iuncta. l.j.ff.de reb.eorum. vbi prohibitio dirigitur ad personam tutoris,vel curatoris. & tamen si alienent cum consensu minoris iurantis tenet contractus. vt patet. in authen.sacramenta. sed posses respondere eodem modo quo responsum est ad.l.lex Iulia,videlicet, qd prohibitio.in d.l.j.de re.eorum. non dirigitur ad personam minoris, sed ipsius tutoris, vel curatoris, & quod plus est, videtur prohibitio ibi tutori, vel curatori fieri solum ad finem, ne præiudicetur minoribus.& ideo quantum ad præiudicium tutoris,vel curatoris alienantis, non videtur facta probatio. per id, quod habetur.in l.& si is.C.de prædi.mi.vbi tales administratores alienantes res minoris obligantur. licèt non præiudicent minori.Item contra Barto.facit, quia lex prohibet rem alienari,si est res minoris:cum alienatio non possit fieri, nisi per personas contrahentes, videtur quòd ex quo lex, vel statutum prohibēs alienationem,vel contractum,intelligatur etiam prohibere personas contrahere: quia aliquo prohibito, intelliguntur omnia prohibita, per quæ peruenitur, ad illud.l.omnino.ff.de despon. & sic non videt fienda differentia, an prohibitio dirigatur in personam, an vero in rem,prohibendo contractum, vel alienationem:nisi voles saluare Bart.dicendo, vt hic voluit sentire domi. Anto.q licèt. prohibendo contractum, vel alienationem videatur prohibere etiam personas contrahere, vel alienare quò ad finem nullitatis actus.& sic si procedat ratio superius facta non tamē intelligetur prohibere personam ad finem illaqueandi ad peccatum, nisi expresse prohibeat, & hoc modo posset etiam responderi rationi Io.de Ligna.quia verum, q etiam quando prohibitio fit in rem, licèt nō dirigat ad psonā, q cōtraueniens dr trāsgressor legis:q illud verū erit quo ad pœnā nullitatis actus,vt in d.l.nō dubiū.& eodem mō videref posse rñderi ad rōnes Saly.quas ponit in auth.sacramēta. & superius recitaui.Itē aduerte,qa cōtra Bar.vr facere. nam non vr sequi,cōtrahens peccat faciēdo cōtra prohibitionē superioris:ergo nō tenef seruare iurm,si iurauerit seruare cōtractū,p id,quòd hr.in c.& si Christus.s.eo.& 22.q.j.in c.mouet.vbi patet, q licèt qs peccet iurādo p Demones,vel p creaturā:tñ tenef ieruare iurm. & sic vr in pposito,q licèt peccet cōtrahens,& iurās,qn præceptū dirigif ad personā, q tñ debeat iurm seruari:sed posses dicere, q simile nō vr ex toto bonū.nā q iurat dare Titio decē p Demones,vel p creaturam. li cèt peccet in forma iurādi:tñ qd iurat est licitū.s.dare Titio decē.sed in casu pposito vr iurm interponi sup illicito,q sup phibito p superiorē. Itē contra Bar.vr facere, qa licèt qs iurat in dicto casu cōtrahendo,nō tñ vr peccare seruādo cōtractū,qa statutū,vel lex, id nō phibet,sed vr se referre ad initium.facit,q hr.in l. qd ergo.ff.de his,q no.insa.& quod habef. in cle.cos q.in tex.& gl.de cōsan.& affi.vbi patet, q si qs cōtraxit mrimoniū sciēterā principio i casu illius cle.icurrit pœnā excōicationis. & tñ si prius cōtraxisset ignorātet, & postea pseuerarct n incurreret excōicationē

ſed poſſes dicere, ꝙ ibi in pœna excõicationis.& item
in alia pœna in qua lex conſideraret initium, vt patet
in d.l.quid ergo.ſed hic probibetur initium. & conſe
quenter videtur prohiberi etiam obſeruantia: nec agi
mus de pœna alia extrinſeca:ſed ſolum de pœna pec
cati.& ſic videretur poſſe defenſari opi.Bar.attentis ſu
perius dictis,ſed tamen ex alio capite non videt̃ pro-
cedere:quia lex ciuilis non videtur in dubio velle il-
laqueare ad peccatum : ſed non conſiderat animam,
nec bonũ, vel malum animæ,ſed potius bonum ciui
le tendens ad conſeruationem ſocietatis humanæ. li-
cet ſecus ſit in iure ca. vt dictum fuit ſuper gloſſ.ij.&
ideo,videt̃ ꝙ licèt lex ciuilis dirigat prohibitionẽ ad
perſonam,non tamen videtur velle illaqueare perſo-
nam ad peccatum, ſed potius inducere pœnam nulli
tatis actus . & hoc ſatis videtur probari . in l.non du-
bium . ſuperius allega.& ideo videtur ceſſare rõ Bar.
etiam quando prohibitio dirigit̃ ad perſonam,per le-
gem , vel ſtatutum,imo plus videtur eſſe dubium , an
ſi conſtaret expreſſe , ꝙ lex , vel ſtatutum vellet illa-
queare tranſgreſſorem ad peccatum, an poſſet , quia
poteſtas ligandi animam tanq̃ rem ſpiritualem non
videt̃ eſſe penès laicum, qui non habet poteſtatem li
gandi,neq; ſoluendi animam, vt dictum fuit.ſ.de of.
ord.paſto.§.fi.in glo.& ſuper ea.nam illa ſolum eſt da
ta Petro , & ſucceſſoribus.j.de pœni.& re.in ca.noua
quædam.& pro hoc etiam bene.facit, quod habetur,
in c.qui reſiſtit.xj.q.iij. vbi litera dicit, ꝙ imperator,
vel iudex ſecularis habet poteſtatem imponendi pœ-
nam carceris,vel temporalem,non autem pœnam ge
henne,ſeu mortis æternæ,& ſic ſatis innuitur , ꝙ non
habet poteſtatem ligandi animam. nec obſt.quod ha
betur . in c.ij.de maio.& obe.quia quatenus ibi dicit̃,
qui non obedierit Principi morte moriatur, ſi intelli-
gatur de æterna. & ſic de illaqueatione ad peccatum
mortale debet exponi Principi . ideſt Papæ. vt ibi vo-
luit gl.vel intelligatur de morte temporali, tunc non
obſtabit contrarium:quia tanta poteſt eſſe inobedien
tia,& in tanto negocio,ꝙ poterit damnari ad mortem
non obediens Principi ſeculari.facit,ꝙ habetur . in l.
fina.ff.de re.diui.fateor etiam, ꝙ ſi præceptum iudicis
ſecularis eſſet iuſtum.& ſubditus eſſet inobediẽs,poſ-
ſet etiam implorari auxilium iudicis eccleſiaſtici , ꝑ
ea,quæ habentur.in ea.j.ſ.de offic.ordina.& quod ibi
dictum fuit. & ſi ſubditus tunc monitus per eccleſia-
ſticum iudicem perſeueraret in contumacia poſſet ex
communicari:quia tunc peccaret non obediendo iu-
dici eccleſiaſtico,& ſic etiam poteſt intelligi,quod ha
betur.in d.c.2.non ob.etiam, quod habetur ad Rom.
xiij.& quod habetur.in d.ca.qui reſiſtit . vbi dicitur,ꝙ
qui poteſtati,id eſt ſuperiori habenti poteſtatem reſi-
ſtit,Dei ordinationi reſiſtit : quia debet exponi , ideſt
poteſtati ordinatæ à Deo , ſeu habenti poteſtatem ex
ordinatione Dei, cum omnis poteſtas à Deo ſit, ipſo
iubente,vel permittente.xiij.q.j.in c.qui culpatur . &
ſic etiam videtur exponere Archi.in d.ca.qui reſiſtit.
nec ob.quod ſubditur, dum dicit , & damnationẽ ſibi
acquirit:quia poteſt exponi, ideſt, propter inobedien-
tiam poteſt licitè damnari,intelligo ad pœnam tem-
poralem , quæ congruit iudici ſeculari,non autem ad
pœnã ſpiritualem,quæ ſibi non cõgruit: ſed iudici ec
cleſiaſtico.facit,quod habetur.ſ.de ordi.cog.tuam. &
ſic non intelligetur de pœna peccati velut ſpirituali.
& ſic per prædicta vr̃,ꝙ licèt ſtatutum , vel lex dirigat
prohibitionem ad perſonam,non per hoc ſequitur, ꝙ
iuramentum non habeat ligare : quia vt dixi,non vi-
detur in dubio : ſſe de mẽte legis,vel ſtatuti illaquea-
re aliquem ad peccatum , ſed ad pœnam nullitatis
actus . & etiam expreſſe non poſſet : ex quò eſſet lex
ciuilis.& ſic ædita per ſeculares,per ea , quæ ſuperius
dixi:fateor tamen , quòd ſi ſtatutum emanaret in ma-
teria,in qua aliàs ſecundum ius diuinum , vel cano-
nicum tranſgreſſio obligaret ad peccatum , tunc etiã
incurrat peccatum contrafaciens , ſed non vi ſtatuti:
ſed vi legis diuinæ, vel canonicæ.etiam no.diligenter
conſiderationem prædictam , quæ noua eſt , & non
tacta per alios. & meo iudicio videtur vera , & ra-
tioni conſona. & per eam videtur aperiri via verita-
ti in hoc articulo.nec obſt.prædictis,ſi dicatur,quòd
licèt lex, vel ſtatutum prohibendo perſonam,non vi-
deatur illaqueare contrafacientem ad peccatum:quia
ad hoc non tendit finis legis ciuilis . vt ſupra dictum
eſt,tamen videtur , quòd ex quò lex canonica , & di-
uina dicunt obediendum eſſe iuſto præcepto ſuperio
ris. vt patet ex his,quæ habentur.in ea.qui contra mo
res.8.diſt.& xj.qõ.3.qui reſiſtit . & ſupra , de maio.&
obedien.c.ſolitæ.videtur,ꝙ non parens dicto caſu in-
currat peccatum ſaltem attenta diſpoſitione prædi-
cta legis diuinæ,& canonicæ : quia poteſt reſponderi,
quod licèt ſecundum legem diuinam , & canonicam
obediendum ſit iuſto præcepto ſuperioris , illud eſt
verum quo ad hoc, vt ſuperior iuſte poſſit punire ſub
ditum inobedientem per ſuas pœnas temporales. fa-
cit,quod habetur.in d.c.qui reſiſtit. non autem ſequi
tur per hoc, ꝙ peccet contraueniens . & ſic etiam po-
teſt intelligi,quod habetur. in ca.quis neſciat.xj.diſt.
gl,tamen ibi coniuncta cum tex.videtur velle , quod
peccet inobediens legi. ſed poteſt dicere , ꝙ illud po-
teſt procedere quando præceptum emanaret in ma-
teria.de cuius natura eſſet, quod tranſgreſſio induce-
ret peccatum. facit, quod no.Bald.in l.non dubium.
in xvij.op.C.de legi.vel poteſt intelligi , quando ex
contemptu quis faceret contra legem ſuperioris . &
ſic videtur loqui dictum.c.quis neſciat . & dicitur ex
contemptu quis facere contra legem , quando pro-
pter elationem , & ſuperbiam non vult obedire legi.
& non vult diſpoſitioni legis ſubijci. facit , quod
no.Archi.lxxxj.diſt.quicunq;. & lxxvj.diſt.c.vtinam.
ſecus videtur,quando ex contemptu non venit cõtra
legem poſitiuam.nam tunc videt̃,ꝙ non incurrat pec
catum . licèt poſſit puniri per ſuperiorem . & quæ ſit
pœna tranſgredientis legem. tetigit Iaco.de Bel.&
Bal.poſt eum.in d.l non dubium . vbi cõcludit,quod
vltra pœnam nullitatis actus habebit locum alia pœ-
na:ſi ſpecialiter inueniatur impoſita. aliàs poterit pu-
niri pœna arbitraria. facit,quod habetur . in l.ſanctio
legum.ff.de pœn.& in l.j.§.expilatores.ff.de effra.&
37 quod habetur.ſupra,de offi.deleg.de cauſis.¶ † An ta
men ſi lex prohibeat aliquid fieri ſub certa pœna, in
telligatur velle,quòd etiam actus ſit nullus : ſi contra
fiat ,licèt aliter non exprimat . & tangit Barto.in l.præ
tor.in princip.ff.de no.oper.nuncia.& Bald.in d.l.non
dubium. circa fin.& ſic ex prædictis , videtur conclu-
dendum , quòd licèt quis non obediat iuſto præce-
pto legis poſitiuæ , non incurrat pœnam : niſi con-
tra faceret ex contemptu , vel niſi emanaret,in ma-
teria cuius tranſgreſſio ſui natura induceret pecca-
tum. ¶ Item aduerte , quia rationi Barto.etiam aliter
poteſt reſponderi. nam etiam ſuppoſito,quòd vbi pro
hibitio dirigitur ad perſonam , peccaret contra fa-
ciens : tamen vt ſuperius tetigi : non videtur , quòd
peccet ſeruans contractum, quem probibitus eſt fa-
cere:quia ſtatutum,vel lex hoc non dicit : nec prohi-
bet , quod ille ſe obliget ad obſeruantiam , ſed ſo-
lum prohibet , ne contrahat , & ideo videtur quòd
ſi iuret ſeruare contractum : vel non contraueni-
re non

te non peccet sic iurãdo, licèt peccauerit cõtrauenië-do, facit, quod habetur. s. e. debitores. & in c. ad audiẽtiam. §. quod me. cau. Item videtur posse responderi, prout respondet Salyce. in authen. sacramenta. circa fin. de qua responsione faciam mentionem in articulo. ij. & an etiam dicta responsio procedat de iure. Item etiam aduerte: quia videtur, quod quando statutum dirigit verba prohibentia ad contrahentem cũ minore, vel muliere: vbi adijcit nullus audeat contrahere cum muliere, vel minore sine tali solennitate: eum tale præceptum non fiat fauore prohibiti, sed minoris, vel mulieris, videtur cessare ratio dom. Anto. & sic videtur ꝙ in hoc casu sua opin. non procederet. Item aduerte, quia. s. tetigi, quæ sit pœna transgredientis legem, quæ autem pœna transgredientis canonem. habetur. iiij. distinctio. §. vlti. & per glos. & Ioan. And. de elect. generali. libr. vj. & per ea, quæ habentur in dictis iuribus, videtur ꝙ transgrediens canonem præcepti peccet nec mirum, quia canon emanat à superiori ecclesiastico, qui habet potestatem ligandi animam. & sic potest intelligi, quod habetur in c. ij. s. de maio. & obedien. & quod no. Archi. lxxxj. di. c. quicunq;. quod tangit etiam. in c. vtinam. lxxvj. distin. inquantum sentit, ꝙ veniens contra canonẽ præcepti peccet. licèt non faciat ex contemptu. facit, etiã quod no. per glo. & Ioan. An. & Ioan. Cal. in c. ij. s. de
38 treuga, & pace. ¶ † Nunc restat videre, an statutum vel lex possit expresse annullare iuramentum, & hic aduertendum: quia est casus valde quotidianus. Bar. in l. omnes populi. in iij. q. principali. concludit, ꝙ nõ: quia cum iuramentum sit res spiritualis non potest se intromittere iudex secularis. facit, quod habetur. in c. tuam. de ordi. cog. & quia scriptum est de iure diuino reddite Deo iuramenta, & vota vestra. s. eo. & si Christus. contra ius autem diuinum non videtur posse fieri statutum, vel legem per seculares. & hoc dicit esse verum, nisi per statutum excluderetur causa peccati. & per hoc dicit, ꝙ si statutum dicat, ꝙ non valeat contractus minoris sine tali solennitate etiam si fuerit iuratus, ꝙ tale statutum non valet per ea, quæ s. dixi. sed si statutum diceret. & si aliter fiat contractus præsumatur per dolum, & metum extortus, tunc quia statutum videtur excludere causam peccat inquantum præsumit extortum esse contractum, & iuramentum per metum, vel dolum: tunc non ligabit sacramentum sicut non ligaret, quando per dolum, vel metum esset extortum. vt patet in authen. sacramenta. & sic videtur sequi opin. ꝙ iuramentum per dolum, vel metum extortum ipso iure non obliget, quod est verum secundum leges: sed secundum canones cõtrarium tenet contrarium. vt dixi super gl. pe. Ideo videt, ꝙ tũc obligaret, sed posset peti absolutio, per ea, quæ habentur. in c. si vero. s. eo. Ray. de for. in repetitione. d. l. omnes populi. non videt tenere istud dictum inquantum dicit Bar. ꝙ si statutum præsumat actum extortum, per dolum, vel metum, ꝙ tunc iuramentum non obliget: quia secundum eum hoc videt fieri in fraudem iuris canonici, & in fraudem iuris diuini volentis iuramẽtum seruari. & ideo tale statutum non debet tenere tanq; factum in fraudem legis superioris. facit, quod habetur. de reg. iur. certum. lib. vj. & in l. staus. cum l. seq. ff. de leg. & j. de priui. quanto. & cum quid prohibet vna via non debet per viam indirectam cõcedi. J. de reg. iur. cũ quid vna via. lib. vj. & facit etiam, quod habet. in d. l. non dubium. Bar. t ñ in d. l. omnes populi. in loco superius alle. dicit se vidisse secundum suã opi. iudicari. Bald. de materia ista tetigit in pluribus locis, videlicet. in l. pactum. C. de colla. in l. nec patronus. C. de oper. libe. in l. non dubium. C. de lega. & in authen. sacramenta. C. si aduersus vendi. & aliquid ẽt tangit Bald. in l. ij. C. de rescin. vend. in ix. q õ. & aduerte, quia in l. pactum. C. de colla. dicit certa notabilia. ¶ No. quòd si statutum prohibet iuramentum excipi, non potest ex illo iuramento agi, vel excipi, per id, quod habetur. in l. ij. C. ne fideiuss. do. den. & in l. inuitus. §. final. ff. de regul. iur. demum. in eadem. l. in v. q. quærit, an per statutum possit prohiberi, ꝙ non valeat iuramentum. & dicit, ꝙ sic: quia lex videtur obtinere vim Apostoli, seu Papæ in remissione iuramenti. vt l. adigere. §. fina. ff. de iure patro. vbi est gloss. singula. & no. & idem videtur velle in eadem. l. in xxj. quæstio. vbi videtur velle, ꝙ valeat statutum disponens, ꝙ mulier non possit contrahere sine consensu duorum cõsanguineorum, nec obligetur, aliter etiam si iurauit, & potestas teneat cogere illum qui aliquid recepisset ex tali contractu restituere mulieri. Idem videtur velle. in l. nec patronus. C. de oper. libe. vbi concludit, ꝙ lex ciuilis potest remittere iuramentum sicut Papa, quia lex obtinet in hoc vim apostoli. vt no. in præallega. l. adigere. §. fina. vnde secundum eum potest legem interpretari, & statuere, ꝙ iuramentum non extendatur ad casus illicitos. & allega. quod habetur. in l. non dubium. C. de leg. & l. si quis inquilinos. §. fina. ff. de leg. i. & subdit etiam, ꝙ in contractu semper videtur exceptum ius commune, nisi illi fuerit specialiter renunciatum. allega. quod habetur. in l. sequen. C. de inofficio. testamen. dicit etiam ibi, ꝙ in casibus in quibus iura præsumunt simulationem non est necessaria probatio hominis, nec etiam est necesse adire Episcopum pro relaxatione. alleg. quod habetur. in l. quæ. sub conditione. §. fina. ff. de condi. insti. allega. etiam quod habetur. in l. qui testamentum. ff. de proba. & ff. de leg. ij. l. cum quos. §. codicillis. & §. Titia. & quod habetur. in l. iuris gentium. §. & generaliter. ff. de pac. & in l. fina. ff. ad muni. ¶ Idem videtur velle. in l. non dubium. C. de legi. nam ibi dicit in notabilibus, quòd vbi lex prohibet iuramentum, non tenetur quis illud seruare. & sic no. quòd lex ciuilis potest prohibere iuramentum, & ex hoc infert, quòd valent statuta, quæ in certis casibus prohibent iuramenta. allega. quod habetur. in l. si quis inquilinos. §. final. & l. adigere. §. fina. de quo remittit ad ea, quæ tangit in eadem. l. in xvij. op. vbi tangit primo, an iuramentum interpositum super actu inualido de iure ciuili ipsum actum validat. Secundo tangit quid de iure ca-
39 nonico. ¶ † Circa primum variat aliqualiter. nam primo, videtur dicere, quòd vbi actus est ipso iure nullus: tunc iuramentum non validat actum, per id, quod habetur. in l. non dubium. & l. antique. & in authen. si qua mulier. C. ad velleia. & secus, vbi actus est inualidus quantum ad effectum, vt quia de mero iure tenet, sed potest rescindi per beneficium restitutionis: quia tunc bene valet per hoc iuramentum. Sed certè, vt ipse etiam tangit primum dictum videtur contra authen. sacramenta. secundum communem opin. quia etiam illa habet locum, qñ interponit sacramentũ super contractu nullo, secundũ cõmunem opin. & ideo postea aliter ibi. dixit. nam aut actus est prohibitus eo casu, quo habet in se æquitatẽ naturalẽ, licèt prohibeat per ius positiuum. & tunc iuramentum operetur si interponatur super actu nullo de iure positiuo, exemplum si minor propter necessitatem sibi imminentem alienet rem sine decreto: tunc, quia secundum æquitatem naturalem actus deberet tenere, ex quo imminet necessitas minori. ideo dicit, quòd si tunc contraxerit sine decreto, & iu-

lo. ab Imo. in j. super ij. Decr. A a 4 rauerit

rauerit tunc iuramentum operabitur. licèt postea minor pecuniã luserit. & sic poterit intelligi auth. sacramenta. ſm eum. & opi. illorum qui tenent, ꝙ validaẽ actus per sacramentum. in casu. d. auth. sed vbi actio non habet in se æquitatẽ naturalem. vt qa minor nõ subsistẽte aliqua necessitate alienaret rem sine decreto. tũc isto casu iuſm interpositum super actu nullo, non obligabit. & sic hoc casu nõ habebit locum auth. sacramenta. C. si aduer. ven. sed certè ista distinctio iure non probatur, & est contra tex. in auth. sacramẽta. quæ indistinctè loquitur, & simpliciter, & sic indistinctè debet intelligi. l. de precio. ff. de publi. & c. quia circa. j. de priui. & quia vtrobiq; est eadem ratio, ne via aperiatur periurijs. vt in d. l. j. & sic eadem debet esse iuris dispositio. vt l. illud. ad l. Aqui. & s̃. de consti. trãslato. De iure vero canonico concludit, ꝙ si iuramentũ tollit causam prohibitionis: tunc seruandum esset iuramentum. verbi gratia, si causa prohibitionis est minor ætas, quia iuramentum repræsentat eum maiorẽ, ideo tenet contractus si fuerit iuratum. vt in d. auth. sacramenta. si iuramentum non tollit causam prohibitionis. verbi gratia, quia statutum prohibet minorẽ contrahere sine certa solennitate. aliàs fingit dolum interuenisse; tunc quia iuſm non tollit causam doli p̃sumpti. ideo nihil operatur. arg. l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. & sic tantum operatur iuramentũ in causato, quantum posset operari in cã. & non in plus, sed contra hoc videtur facere. c. ij. de pact. in vj. & hoc ca. & j. eo. licèt mulieres. in vj. vbi causa ꝓhibitionis nõ remouetur per iuramentum. & tamen remoueẽ prohibitio per ipsum iuramentum, ideo in hoc casu subdistinguiẽ: quia aut iuſm emanat super actu prohibito ex iustitia positiua, & sic cõmutabili. & tunc seruari debet iuramentum, ex quò seruari põt sine interitu salutis æternæ, per id, quod habetur. in d. auth. sacramenta. & in c. isto. & de pac. quãuis. in vj. Sed si emanat sup materia ꝓhibita ex iustitia non simpliciter positiua, sed immutabili, & dr̃ secundum eum immutabilis, qñ eius transgressio induceret peccatum, & tũc iuſm non obligaret: quia non debet esse iniquitatis vinculum. s̃. eo. quarto. & xxij. q. iiij. inter cætera. & super hac dicit fundatam regulam. ea. non est obligatorium. de reg. iur. lib. vj. & prædicta dicit procedere, vbi ageret de præiudicio iurãtis, sed de præiudicio tertij, tunc non tenet iuſm, per id, quod habeẽ. in l. fi. §. filijs aũt. C. de bo. quæ lib. cum ibi no. per gl. & ipsum Bal. & etiam dicit in xvij. op. ꝙ interdum iuramentum est contra ius iurantis, si est contra ius constitutionis, interdũ contra ius tertij. Quando autem est contra ius iurantis, si est contra ius constitutionis: tũc distinguit an illa constitutio sit ex iustitia positiua, & cõmutabili: an vero ex iustitia incõmutabili per ea, quæ proximè dixi. Si autem fit contra ius tertij non præiudicat, vt est dictum, secus, quando est contra ius iurantis, vt in d. auth. sacramenta. ¶ Item idem dicit, ꝙ interdum l. disponit circa iuramentũ prohibẽdo præstari, & tũc valet legis dispositio. vt patet. in l. quæ sub conditione. ff. de cõd. insti. Interdum vero lex destruit iuramẽtum. & tunc si destruit dando remedium, puta, vt petaẽ absolutio. & tunc deberet peti. & debet forma data seruari: nec põt contra iuſm propria autoritate contrauenire. vt no. Inno. in c. venerabilem. de elec. saluo nisi non adesset iudex a quo peteretẽ absolutio. quod dicit esse notandum secundum Inno. hic allegat. Sed bene facit, quod habeẽ. in l. nullus. C. de iudæis. & qđ no. ipse Innocen. in cap. olim causam. de resti. spolia. Si vero destruit ministerio iudicis: tunc dicit, ꝙ faciẽs incurrit periurium, tamen iuris fictione non censetur periurus. l. qui iurato. ff. qui satisda. cogan. & l. final. ff. ad muni. Interdum autem disponit interpretando. & tunc licèt quis veniat contra iuſm, si tamen non venit contra interpretationem non censetur periurus, per id, quod habetur. in l. fi. C. de non nu. pecu. & sic videtur conuertere ibi casum, quando lex prohibet simpliciter, & inualidat iuramentum sine distinctione: tamen istud membrum satis potest colligi, ex his, quæ dicit in notabilibus. in d. l. non dubium. & quod s̃. dixi post eum, quando iuramentum præstatur contra ius constitutionis, subdit etiam post prædicta, ꝙ quando forma iuramenti respicit merum factum debet seruari forma specifica. Secus quando respicit iuris ministerium, quia tunc iuramentum non ligaret, vbi contra iuris ministerium non fieret. alle. quod habetur. in l. ea quidem. C. si manci. ita fue. alie. & quod no. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. obli. & in l. q. Romæ. §. flauius. ff. eo. ti. & sic si bene ponderentur dicta Bal. videtur velle, ꝙ statutum possit prohibere iuramentum, idem etiam videtur velle. in l. ij. in 8. q. C. de rescin. vend. sed in authen. sacramenta. C. si aduersus ven. quærit nunquid per statutum possit fieri, ꝙ valeat contractus sine decreto, etiam si non interueniat iuramentum. & inducit tres rationes, quòd non. Prima est, quia sacramentum est quid spirituale. & sic videtur, ꝙ statutum laicorum non possit super illo disponere, per id, quod habeẽ. in cap. tuam. de ord. cog. Secunda est, quia tale statutum videtur aperire viam periurijs contra. l. j. C. si aduersus vend. ¶ Tertia, quia tale statutum videtur esse contra legem superioris. quia contra. d. auth. sacramenta factam ab imperatore. & sic videtur, quòd inferior non possit contra disponere. facit, quod habetur in §. interim, in authen. de defen. ciui. colla. iij. & xxj. dist. inferior. & supra, de maio. & obedien. in cap. cum inferior. & sic videtur, ꝙ propter prædicta dictum statutum non valeat: sed ipse refert, ꝙ antiqui aduocati dicebant statutum valere per l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. j. sed ipse dicit, quòd illa lex pro hoc non facit: quia ibi loquitur quando iuramentum interponitur super reprobato à iure communi, & quando iuramentum reprobatur per ius commune, sed in casu isto iuramentum interponiẽ in casu permisso à iure communi: vt patet. in d. authen. sacramenta. & sic non facit ad dictam. l. si quis inquilinos. §. fina. pro eis, vnde dicit, quòd propter hoc statuta interdum disponunt; quòd si fiat contractus sine tali solennitate, non valeat etiam si iuretur, & si aliter fuerit factum præsumatur dolo, vel metu extortum. nam secundum eum possunt statuta inducere præsumptionem, cui sit standum. facit, quod no. in l. siue possidetis. C. de proba. & infra, de spon. ca. is qui. qua inducta secundum eum apparet, ꝙ tunc iuramentum non habet ligare, sicut quando est dolo, vel metu extortum. vt in d. auth. sacramenta. & sic videtur ponere cautelam quam posuit Bar. in l. omnes populi. licèt de eo non faciat mentionem. & etiam eam ponit Salycc. in d. authen. sacramenta. & ponit eam aliqualiter ampliorem: nam ponit quando statutum dicit, & si aliter fiat præsumatur contractum fuisse per dolum metu extortum: nec possit probare contrarium, & ponit etiam cautelam, si non iudicat præsumptionem, sed fictionem: vt quia dicat si aliter factum fuerit fingatur contractus per dolum metu extortus: nam contra fictionem iuris nulla admittitur probatio. facit, quod plenè consueuit dici. in l. siue possideris. & l. pro emptore. maximè per Barto. ff. de vsur. & quod no. gloss. in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio. & quod no. per gloss.

& doc.in d.c.is qui.j.de spon.dicit ẽt Bal.in d.auth. sacraměta.ꝙ etiam si statutũ non inducat dictã præsumptionẽ, uel fictionẽ prædictam; tamen si habeat in se rationẽ,& ęquitatem valebit statutum. Exemplũ ponit si dicat statutũ,qa malitia hominũ adeo excreuit, ꝙ prompti sunt hoĩs ad decipiendum minores. Ideo statuimus,vt nõ obligeẽ minor sine tali solẽnitate ſm eum,qui statutũ habet in se,& omnẽ æquitatẽ valebit statutũ ẽt prohibens iuramẽtũ,& sic dicit de facto seruari. & idem dicit.l.ij.C. de rescin. ven. in.ix.q. vbi cõcludit,ꝙ qa minores,& mulieres de facili subducũtur,qñq; minis,quandoq; blanditijs, seu adulationib⁹ & pollicitationibus.facit,quod habeẽ in auth. vt imo. ante nupt.de. colla.v. Ideo ſm eũ ęquissima sunt statuta,quæ in contractibus mulierũ, & minorũ exigũt cõsensum coniunctorum,quibus statutis ẽt cum iuramẽto renuntiari nõ põt,vt plenè no.Bar.in l.si quis ꝓ eo. ff.de fideiusso.& dicit etiã se notasse in l.non dubium C.de legi.Sali.in d.auth.sacraměta.circa fi.ponit arg. pro,& cõtra: quæ sunt superius tacta.concludit finaliter per statutũ posse prohiberi sacramentũ.moueẽ primo per.d.l.non dubiũ,& d.§.si quis inquilinos.§. fin. de leg.j.alleg.etiã secundo pro hoc,qa nõ dicĩ periuri⁹ qui ex iusta causa deserit iuramentũ.l.fi.ff.q satisd. cog.Item allegat pro hoc tertio, qa iuramẽtũ põt remitti per illum cuius fauore est pręstitũ.alleg.ꝙ habetur in l.si libertus non aluerit.ff.de bo.li.& in l.fi.ff. q & a quibus.sed melius probatur,per ea,quę habentur in c.ij.cum ibi no.per Io.An.j.de spon.& in Spe.tit.j. §.nunc ostendendum.ver.hoc quoq;.si ergo potest remitti per pactũ:ergo,& per statutũ cum illa videantur parificari.per id,ꝙ no.gl.in rub.C.de decre.decu.li.vj. confirmat etiam istam rationẽ,quia in eo, quod fit ꝑ statutum,censentur oẽs consentire etiã qui nõ interfuerunt in statuendo.allegat no.in l.omnes populi.ff. de iusti.& iu.sed melius facit,ꝙ habetur in l. qđ maior.& l.municipes.ff.ad muni.& ꝙ no.etiã in rub. C. quæ sit lon.consue.& ideo cũ contrahens cum minore videatur consensisse,quod iuramẽtũ sibi nõ prosit: nec ẽt alteri,videtur, ꝙ tale iuramentũ præstitum per minorẽ in cõtractu non habeat sibi nocere.& per prędicta dicit posse responderi ad rationes in cõtrariũ.nã primo non obst.dum dicitur,ꝙ sacramentũ est res spiritualis.& sic statutum laicorũ non videtur posse sup illo disponere,quia respondet,ꝙ licèt sit res spiritualis.tamen potest remitti per illũ,cuius fauore est præstitũ,vt superius est dictum,& sic videẽ esse remissum hoc casu attenta forma statuti,& eo, ꝙ superius dixi.

¶ Item nõ ob.si dicatur,ꝙ aperitur via periurijs, quia respondet hoc non esse verũ ex eo,quia non dicĩ periurus qui ex iusta causa deserit iuramentũ,vt superius est dictũ. ¶ Itẽ non obstat,quod istud statutũ videẽ cõtrarium iuri, vt patet in d.auth.sacramenta. & sic videretur,ꝙ nõ deberet valere.vt in auth.nauigia.C.de fur.& C.cõmu.de suc.in auth.oẽs peregrini. & per id ẽt,ꝙ superius tetigi,qa respondet, ꝙ istud statutũ non debet dici cõtra ius,quia habet in se rationẽ,& æquitatem,ne minores decipiantur: & quia ꝓpter statutũ censetur consensisse, vt iuramentum non obliget qñ eis præstatur,quæ ratio cessat in casu.auth.sacraměta. sed aduerte,qa ista cõsideratio Sali.licet fuerit subtilis tamen nõ videĩ simpliciter ꝓcędere, primo,qa si contingeret aliquẽ forensem cõtrahere cũ minore cessat rõne Sali.quia ille nõ fingiĩ cõsensisse ex quò est forẽsis,& sic videretur, ꝙ tũc iuramẽtũ haberet ligare nõ obstãte statuto.Pręterea,licèt illi cui verè est pręstitũ sacramẽtũ ob ei⁹ fauorẽ possit illud remittere: vt patet ex his,quę hñr in d.c.ij.de spon.ꝑ Io.An.tñ nõ reperitur, quod ille qui verè non consentit in relaxatione iurĩ,licèt fingat consensisset ex iuris ciuilis cẽsura non possit petere obseruantiam iuramenti: ergo non vĩ,ꝙ hoc dictum procedat cũ iure canonico nõ videatur approbatũ.facit,quod habetur in c.ij.ŝ.de trãsla.ꝑla.& quod habeẽ in l.illam.C.de colla.& in l.iij.§.hęc verba.ff.de nego.gest.vbi statutũ in casu vero non trahitur ad casum fictum.& sic nõ videtur simpliciter ꝓcedere ratio Sali.Fede.de senis suo consil.cclxxij.format quæstionẽ si statuto caueĩ,ꝙ nõ valeat ꝓmissio facta ꝑ filiũfa.sine ɔsensu patris si fuerit iurata, & in effectu cõcludit, ꝙ si interueniat iuramentũ obligabiĩ filius non obstantẽ statuto,moueĩ qa iuramẽtũ obligat etiã in casibus vbi minus deberet obligare. & sic fortius obligabit hoc casu.ar.eorũ quæ habentur in c. cũ in cũctis.§.i prin.ŝ.de elec.& in auth.multo magis. C.de sacrosan.ecc.nã iurñ obligat in casu auth.sacraměta.& ẽt ĩ casu huius.c.& tñ cõstat,ꝙ obligatio erat ꝓhibita de iure cõi vbi iurñ nõ interueniebat. & sic multofortius dẽr iuramẽtũ obligare in casu prędicto, qa filiusfa.de iure cõi,obligari potest sine cõsensu patris excepto macedoniano, & uoto.l.filiusf.la.ij.ff. de polli.nec ob.si dicaĩ,ꝙ nõ debet filiusfa.obligari iurõ sicut nec obligatur voto.vt patet in d.l.ij.§.j.ff.de polli.& facit,quod not.Inn. & Io.And.in c. scripturæ. de voto.qa respondet Fede.in dicto consilio. & seqĩ hic do.Ant.ꝙ nõ valent illæ leges inquantum infringunt votũ.per id,qđ no.gl.in c.si mulier xxxij. q.ij. in gloss. pe.& vlti.sed certè Inno.videtur uelle contrarium in d.c.scripturæ.vbi vĩ velle,ꝙ qñ votũ potest tẽdere ad præiudicium iuris patrię potestatis, ꝙ tunc non possit facere votum sine consensu patris. de quo tñ plenius dicendum.vt no.per eum in d.c.scripturæ. & per Ioã. And.ibidem.dicit tñ Fede.in d.consi.ꝙ qa debuit obediri statuto facto ex causa per superiorem ꝑ id, qđ hĩ, ix.dist.quæ cõtra mores.& xj.q.iij. qui resistit. & talis inobediens potius meretur pœnã q̃ pręmiũ.facit, qđ habetur in c.cum qui.de præbend.in vj.Ideo dicit, ꝙ poterit peti relaxatio iuramenti, seu vt cogatur ad relaxandũ iuramẽtum cũ indebite videatur recepisse recipiẽdo cõtra legẽ superioris cui debuit obedire.alleg. qđ habeẽ in simili in c.debitores.ŝ. eo.nec diceĩ, tũc venire contra iuramentum,qa imo potius fatetur se obligatũ ad obseruantiã ille qui petit, vt relaxeĩ iuramẽtũ,& dicit,ꝙ ad relaxandũ poterit cogi ille q iurñ recipit per iudicẽ ecclesiasticũ rõne peccati,& etiã per iudicẽ secularẽ, cũ ipse recipiens sit laicus, & de eius foro.facit,quod habetur de foro cõpe.cum sit generale.& in c.fin.de foro compe.lib.vj.& subdit,ẽt ꝙ si ageretur in casu ꝑdicto cõtra illũ q præstitit iurñ posset excipere dicendo,nõ potes me conuenire,vel astringere,qa possum petere,ꝙ relaxes iurñ, & sic etiã peto, facit,qđ habetur in l.Papinianus.§.si filius.ff.de inoff. testa.facit etiam,quod no.glo.in c. pastoralis. circa fi, ŝ.de causa posses.vbi gloss.vult,ꝙ licèt per.l. si quis in tantam.spolians aliũ debeat perdere ꝑ sniam ferendã ius, quod hẽt.l.si quis in tantam.C.vnde vi, tamen si spoliator agat rei vendicatione eo casu quo posset poterit obijci exceptio,ꝙ perderet ius,quod habet. & sic eodem modo in proposito poterit opponi exceptio. de qua. & sic p[illegible] et Feder. velle, quod statutum non possit exꝑsse ꝓhibere iurñ, quominus obliget: tñ bñ operaĩ ꝓhibendo iuramentum,ꝙ recipiens iuramentum illicitum illud vĩ recipere.& ꝑ cõsequẽs põt cogi ad relaxationem iuramenti. & hæc opin. prima facie videtur multum rationabilis, sed an procedat parebit ex infra.dicendis.dn.meus domi.Pet.de Ancha. tangit de materia in regula. ea quæ fiunt a iudice.de reg.

reg.iur.in vj.in iij.q.in repe.dictæ regulæ. Idẽ tãgit de
eadem materia in repe.c.j.de conſti.in.iij.q.& in xj.q.
in ver.item ſi ſtatutum.& etiam circa finem ipſius qõ
nis,& in oĩbus iſtis locis videt̃ in effectu ſequi Bal.nã
in dicta regula ea.quæ dicit,ꝙ quia cã iuramenti ne-
dum eſt de foro eccleſię,ſed etiã de foro ciuili,vt patet
ex his quæ habẽtur in c.fi.de foro cõpe.in vj.dicit ,ꝙ
leges pñt diſponere ſup iuramẽtis,vnde quandoq; re-
probant in certis caſibus iuramenta, & quandoq; re-
mitũt.allegat,qđ habetur in l.adigere.§.fi.ff. de iure
patro.vbi gl.notabiliter dicit , ꝙ lex obtinet vim apo-
ſtolici, hoc eſt Papæ in remiſſione iuramẽti,& in effe-
ctu ponit verba Bal.quæ poſuit in l.nec patronus. C.
de ope.lib.quę ſuperius recitaui.& ẽt ponit dictũ Bal.
in l.pactũ.C.de colla.circa notabilia.Et ex p̃dictis cõ-
cludit,ꝙ leges,& ſtatuta poſſunt diſponere ſuper iura
mentis ſubditorum,& per conſequens iudices , & le-
gũ miniſtri ſunt in ipſis iudicis cõpetentes ad quorũ
officiũ ſpectat leges , & ſtatuta tueri.l.ij. §. poſt origi-
nis.ff.de orig.iur.ſicut ad officiũ pręlatorũ ſpectat tue-
ri canonicas ſanctiones.ſ̃.de offi.archipresby. in c. fi-
na.cũ ibi nota.in nouellâ.& ſic reſidet ſuper dicta re-
gula in repetitione.c.j.de cõſtit.in iij.q.reuocat in du-
biũ,an leges ſuper iuramẽtis poſſint diſponere,& du-
bium facit,quia iuramenta concernũt religionem,&
reuerentiã diuini cultus, & tranſgreſſio eorũ inducit
peccatum mortale.ſ̃.eo.& ſi Chriſt⁹.& xxij. q.ij. in c.
j.& c.animaduertendum.& finaliter remittit ad ea q̃
tangit ſuper dicta regu. ea quæ fiunt.in iij.q. cõclude,
ꝙ principaliter,& incidenter iudex laicus põt cogno-
ſcere de quæſtione iuramẽti.per id, quod no. per Ioã.
40 An.in d.c.fi.de foro compe.in vj. ¶†Sed an poſſit im-
probare lex,vel admittere iuramẽtũ vel impedire obli
gationẽ a iuramẽto vallatã, cũ iuñm obliget Deo. fa-
cit,ꝙ habetur in d.c.& ſi Chriſtus . & ſ̃. eo.debitores.
nõ videretur,quod hæc obligatio poſſit impediri per.
l.humanam.ſicut nec impediri poteſt obligatio natu-
ralis.inſti.de iure na.gen.& ciui.§.ſed,& naturalia.ta-
men finaliter tenet contrarium,quia lex reprobat iu-
ramentum in multis caſibus:vt patet in d.l.nõ dubiũ.
C.de legi.& in d.l.ſi quis inquilinos.de lega.j.& in d.
l.adigere.ſ̃.proxi.alleg. & in l. quæ ſub conditione. §.
fin.ff.ad muni.& ratio ſcđm eũ colligitur ex no. in l.
cum lex.ff.de fideiuſſo.& ſimiliter dicit , ꝙ poteſt etiã
remittere iuramentum in hoc obtinet.l.vim apoſtoli-
ci.per notata in d.l.adigere.& proſequitur verba Bald.
in dicta.l.nec patronus.fatet̃ tñ,quod in certis diſpo-
ſitionibus iuris cõtra legẽ iuramẽtũ interpoſitũ ope-
ratur,ꝙ valet diſpoſitio,vt plenè no.Bart.in l.ſi quis ꝓ
eo.in quibus caſibus lex ſuccumbit canoni, etiam in
foro ſeculari.& hoc propter periculũ animę,vt in c.li
cẽt.de iureiur.in vj.& in hoc.c. & ſic reſidet in dicta.
iij.q.in xj.verò.q.in verſi.item ſi ſtatuto cauetur.impu
gnat opi.Bar.in l.omnes populi.inquantum dicit iu-
ramentum non obligare , quando ſtatutum præſumit
dolum ,vel metum.nã dicit,ꝙ Bald. in d.l. omnes po-
puli.deridet iſtam conſiderationẽ,quia fictio ſiue præ
ſumptio ſtatuti non liberat a peccato.ſubdit tamen,ꝙ
Bal.ibi tenet,quod ſtatutum valet reprobans iuramẽ-
tum in certo caſu:ex eo,quia ius ciuile poteſt ex cau
ſa iuramentũ reprobare,& l.in hoc obtinet vim apo-
ſtolici,vt ſuperius eſt dictũ.& no.in dicta repeti. ea q̃
fiunt a iudice.ſed in ea.q.xi.circa fi.in ver. quid dices.
in materia iuramenti reuocat in dubiũ,nunquid ꝑ ſta
tutũ poſſit derogari iure canonico:quo cauetur,ꝙ om
ne iuramentũ,ꝙ non vergit in diſpendiũ ſalutis æter-
næ ſit ſeruandũ.verbi gratia:ſi ſtatutũ reprobat cõtra
ctũ minoris,vel mulieris ẽt iuramento vallatum ; niſi
interueniat decretum iudicis,vel conſenſus duorum
conſanguineorum,& in effectu arguit, ꝙ non per ra-
tiones quas tangit Bald.in auth.ſacramenta.de quib⁹
dixi.ſ̃.& finaliter concludit poſt Bal.ibidem,ꝙ ſi ſtatu
tum habeat actionem annexam.puta,propter multas
deceptiones quas patiuntur mulieres,& minores:tũc
tale ſtatutum valeat,& habet pro ſe rationẽ naturalẽ,
& æquitatem,& ſic videt̃,ꝙ non poſſit dici contra iura
mentum.fatetur tamen,ꝙ in multis ciuitatibus ſtatu
ta fingunt in ſuis contractibus minores videri,& fin-
gi dolo,& metu inductos,ſi ſine ſolẽnitate ſtatuti mi-
nor contrahat,qđ videtur poſſe fieri ſm enm . nã põt
ſtatutum inducere fictiones,& ita voluit Bal. in dicta
auth.ſacramẽta.ſcđm eũ,& Bart. plenius in dicta.l.cũ
lex.& l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.ſcđm eũ.Sed cer-
tè quo ad hoc expreſſius dicit in dicta.l.omnes popu
li.in iij.q.& ſic reſidet,ſed ſi benè ponderes Bal.in eo,
qđ dicit in dicta auth.ſacramẽta.inquãtum approbat
fictionem,vel præſumptionem ſtatuti.quã etiã ibi Sa
li.videtur approbare.& etiã do. Pe. in loco ſtatim di-
cto.videtur ipſe Bal.ſibi contrariari,& in eo, qđ dixit
in l.oẽs populi.vbi videtur reprobare has fictiones,&
pręſumptiones reprobando doctrinã,& practicam ibi;
& tetigi ſuperius,& tangit idem do.Per.in dicta xj.q.
in ver.item ſi ſtatuto.licet de iſta cõtrarietate nõ facit
mentionem,ſed quid in hoc tenẽdũ patebit ex ſequẽ
tibus,& ſic per prædicta videt̃ dicendum Pe. fuiſſe ſe-
cutum in materia iſta dicta Bal.Io.An. etiã tetigit de
materia in tit.de ſen.prola.§.vt autem . ſuper ver. hoc
autem.not.poſt Nicola.de mata.& Iaco.de belui. vbi
tangunt quęſtionẽ.quid ſi ſtatuto cauetur,qđ filiusfa.
nõ poſſit obligari ſine expreſſa licẽtia patris: nec adul
tus ſine expreſſa licentia ſui curatoris,vel duorũ pro-
ximorum cõſanguineorum, ſi curatorẽ nõ habeat, &
qđ contract⁹ aliter factus nõ valeat nec teneat : an ſi
poſtea contraxerit filiusfa.ſine licentia patris,vel ſine
licentia curatoris,& conſanguineorũ,& iurauerit cõ
tractum ſeruare, an tunc iuramentũ obligabit . & di-
ſtinguit poſt Iac.de bel.in ſua.q.quæ incipit lege peru
ſina inter filiumfamil.& adultum. nã dicit, qđ in filio
fa.non valebit contractus nec obligabit iuramẽto:ex
eo,quia principale non veſtitur nec regulat̃ a ſuo ac-
ceſſorio.l.ex pupillari.ff.de vulg.& pupilla. & qa ta-
le iuramentum non videtur eſſe contra bonos mores.
per id,quod habetur in l.j.ff.ad macedo. inſti. qđ cum
eo.§.pe.vbi dicitur,qđ ſæpe filiifa. onerati ere alieno
inſidiantur vitæ parentum,& ſic pręſtatur materia pec
candi malis moribus: & iuramentum nõ videtur eſſe
obligatoriũ per id,qđ habetur de reg.iur.nõ eſt obli-
gatorium lib.vj.in adulto autem dicit, qđ aut quærit̃
de iure ciuili:& tunc iuramentũ nõ obligat ex eo, qa
cum ſtatutum annullet contractum ſi nõ interueniat
ſolennitas ſtatuti:videtur velle,quod contractus non
valeat nec operetur ſi ſolennitas ſtatuti non interue-
nit:ẽt ſi alia ſolennitas interueniat,& ſic ẽt ſi interue-
niat ſolennitas iuramẽti.Facit,quod hr̃ in l. non du-
biũ.C.de legi.nec obſtat auth.ſacramenta.C.ſi aduer.
vendi.quia ſcđm eum ibi loquit̃ qñ iuramentũ inter-
ponitur ſuper contractu qui ſolum erat prohibitus de
iure communi.Sed in caſu iſto erat etiã prohibitio ſta
tuti.ideo tunc nõ habet locum dicta auth.ſed ei.quo
ad effectum videtur per ſtatutum loci derogatũ, ſi aũt
quæritur de iure canonico,tunc dicit,ꝙ iuramẽtũ ob-
ligabit, ex quò cõtractus eſt ꝓhibitus fauore ꝑſonæ,
quia iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis
æternæ per hoc.c.cum contingat. & ſic reſidet ibi Io.
An.& pondera,quod quæſtio nõ videtur loqui qñ ſta
tutũ expreſſe prohibet iuramentum , vt patet ex titu.
quæſtionis

quæstionis, quę posui. Dominus tñ Ant. hic nõ tenet distinctionem prædictam inter filiumfa. & adultum: imo utrobique dicit iuramentũ obligare, quia statutũ videtur factum in fauorem ipsius adulti, & filijfami. & ideo debet posse ei renunciari cũ iuramẽto. non respondet tamen aliter ad rationẽ Iaco. de Belui. sed an aliqua sit differentia inter prædictos fienda, patebit ex inferius dicendis. in articulo autẽ de quo principaliter est quæstio videlicet, an per statutum possit annullari, vel probiberi iuramentum. domi. Ant. hic tenet, ꝙ nõ ex eo, q̃a probibere iuramenta non spectat ad iudices seculares: nec ad legem ciuilẽ. alleg. qđ no. Io. An. post Hosti. in c. quemadmodũ. in ver. vel nasum. s̃. eo. & qđ no. Fede. in dicto consilio. cclxxij. Item pro hoc allegat, quia cum talia iuramenta principaliter dirigantur in Deum, nõ sunt subiecta legi præcipuè ciuili. al. leg. j. de regula. licèt. allegat etiam simile, quod dicimus de dispositionibus ad piam cãm, quæ nõ videnẽ subiici legi ciuili. per id, qđ legitur, & notatur in l. j. maximè ꝑ Bar. C. de sacrosan. eccl. & quod no. in c. cũ esses. & in c. relatum. j. de testa. & idẽ putat, si iuramentis dareẽ aliqua solennitas a statuto, q̃a talibus lex ciuilis non potest addere solennitatẽ, inquantũ obligatio dirigiẽ in Deum: sicut dicimus in dispositionibus ad pias causas, ſm ea quæ no. in d. l. j. & d. c. cũ esses. & c. relatum. Idem dicit si statuta annullarent instrumenta, vel fraudem præsumerent alia non apparente causa præsumendi, vel si imponerent pœnas venientibus ad contractũ etiam iuratum, q̃a omnia talia possent fingi ad excludendam obligationem iuramentalẽ per viam indirectam, vbi directè fieri non posset. cõtra id qđ hẽ in regula. cũ quid vna via. de reg. iu. in vj. & j. de priui. quanto. & per hoc dicit, quòd licèt statutum dicat, ꝙ non valeat promissio facta per filiumfa. sine licentia patris ẽt si fuerit iuratum: nec cõtractus factus cum minore, vel muliere sine consensu duorũ cõsanguineorum ẽt cum iuramento, cũ nihilominus si prędicti contrahant cũ iuramento licèt non seruata solẽnitate statuti obligabuntur propter iuramentum. nec obstat ei, quod dixit de filiofa. qđ hẽ in l. ij. ff. de polli. vbi filiusfa. non obligaẽ ex uoto sine licentia patris. & sic vẽ, ꝙ nõ obligetur ex iuramento. cũ illa videanẽ parificari. s̃. eo. & si Christus. nam respõdet post Fede. in suo consil. præalleg. cclxxij. ꝙ non valent leges inquantũ infrigunt votũ. vt not. glo. quam reputo singularẽ in c. mulier. xxxij. q. ij. in gl. penulti. & vlti. ¶ Sed aduerte, licèt dom. Ant. & Fede. sic simpliciter dicãt. tamen Inn. aliter videẽ dicere in c. scripturæ. de uoto. nã licèt votum religionis possit filiusfa. sine licẽtia patris facere. xx. q. ij. c. j. & ij. tamen dicit Inn. ꝙ votũ abstinentię, vel peregrinationis, non potest facere filius sine licentia patris expressa, vel tacita. per id, qđ habetur. xxii. q. iiij. tribus. q. v. paruuli. dicetur tamen tacitè consentire si scit, & non contradicit, vt ibi no. ꝑ eũ. & idem videẽ etiam sentire de alio uoto propter patriã potestatẽ, & dicit, ꝙ nõ peccat pater contradicens, nec filius tunc non seruans præceptum patris cum hoc autoritate canonis faciat. pro hoc posset allegari, qđ habetur. xxiij q. iiij. qui peccat. & sic videntur residere Io. An. & Hosti. in dicto. c. scripturæ. nõ tangunt tñ ibi aliquid de iuramento, sed posset dici, ꝙ si iuramentũ concerneret reuerẽtiam diuini numinis, vt quia in iuramento contineretur tendens ad reuerentiam, & cultũ diuini numinis, tũc videreẽ idẽ dicẽdũ, qđ in uoto: q̃a eadẽ est rõ. & ꝑ cõsequens idẽ ius vẽ dicẽdũ. arg. s̃. de cõsti. trãslato. sed si iuramẽtũ respiceret vtilitatẽ priuatã, vt q̃a iurasset aliquid dare alicui, tunc videẽ, ꝙ sicut filiusfa. potest se obligare sine cõsensu p̃ris ꝑ aliũ contractum, præterquã in mutuo. l. filiusfa. la. ij. ff. de actio. & obli. ita videtur, ꝙ eadẽ ratione possit se obligare per iuramentũ, imo multo fortius cũ sit maioris autoritatis. & sic hoc casu iuramentũ nõ æq̃paraẽ voto, & per consequẽs nõ obstaret cõtrariũ. ¶ Itẽ attẽde, q̃a dixit Inn. in d. c. scripturæ. ꝙ licèt filiusfa. durãte patria potestate non teneẽ ad obseruantiã voti vbi pater
13 ¶†Item aduerte,quia est quæstio cui deferri debet iuramentum eo casu quo pōt,& debet deferri.cōclude, q debet deferri ei qui melius verisimiliter scit veritatē.vt tetigit gl.in d.l.bonæfidei.Et melius dicitur scire ille de cuius facto agitur,quàm alius qui tractat de facto alieno.facit, quod habetur. in l.q in alterius.ff. de reg.iur.& in l.q.q.ff.ad velleia.si autē vterq; pariter verisimiliter veritatem scit. tunc debet deferri illi de quo est præsumptio,q potius dicat veritatē.hoc autem pōt contingere,quia forte sit legalior,& secundū Cy.in l.bonæfidei præsumit legalior in dubio,si de melioribus parentibus sit natus. arg.l.q si nolit.§.qui mācipia.ff.de ædil.cdi.¶ Secundo ex qualitate actus alias artium.vt quia alter magis virtuose vixit, quàm alius.facit.c.cum in iuuentute.supra,de pręsump.l.nō omnes.§.a barbaris.ff.de re mili.¶Item si alter sit in dignitate: alter non est.magis præsumendum est pro eo qui est in dignitate.arg.l.j.ff.de offi.præfect.præto. ¶Item ex accidentia rerum , vt si alter sit diues,alter pauper.nam facilius præsumitur deictare.l.iij.ff de testibus.& in §.si vero ignotū . Auth.de testibus, quod intellige verum secundum Cyn.in d.l.in bonæfidei. quando diuitiæ sunt bene aequisitæ.secus si male , vt contingit in vsurarijs stipendiarijs , & raptoribus . nā præsumendum est contra tales , quod sicut perdiderunt animam male acquirendo.ita etiam maculabūt illam deierando.l.fi ciui.§.ijsdem.ff.de acc.& in regu la semel malus.de reg. iur.in vj.Et dicit etiam Ia.Butri.q dignior reputatur masculus quàm fœmina , per ea,quæ habentur . in l.fi.ff.de fide instrumen.& ideo in dubio potius est deferendum masculo. Si autē sint æqualis conditionis . glo.in l.admonendi.& in d.l.in bonæfidei,videtur velle, q deferatur illi qui semiplenè probauit. licèt referat alias opin.& istud sequitur Bar.in d.l.admonendi.sed tex.hic videt velle, q deferatur reo.& glos.hoc vult in regula.cum sint partium. de regu.iur.in 6.Iacob.de Butri.dicit, quòd si est plusquam semiplene probatum,puta per duos testes. quorum alter est consanguineus. tunc deferatur habenti plusquam semiplenam probationem,si autem tantum sit semiplenè probatum , defertur reo domi.Anto.hic finaliter tenet cæteris paribus deferendum reo etiam si sit plusquam semiplene probatum . ex eo, quia grauatur reus per regulam,quæ habet, q actore non probante plenam intentionem suam reus debet absolui.C.de æden.l.qui accusare.& infra,vt eccle.bene.cap.vt nostrum. ergo in alio debet releuari, vt sibi deferatur.argumē.l.eum qui.ff.de iureiuran.¶Et pro ista parte etiam facit,quia quando sunt opiniones, in dubio debemus accipere illam,quæ fauet reo . argumen.l.fauorabiliores.ff. de regul.iur.tex.tamen in §.sacramentum.in ti.de consue.tec.fue.in vsibus feudorum. videtur velle , quòd deferatur ei qui habet semiplenam probationem.sed posses dicere , q illud in causa feudali in qua etiam multa specialia statuuntur facit, quod not.Barto.in l.iurisiurandi.§.si liberi.ff.de oper.liberto. Bartol.in d.l.admonendi . respondebat ad istum tex.quòd hic præsumptio faciebat pro actore,sed

re,ſed non erat ſemiplenè probatũ.tutius puto tene-
re cum gl.in c.cũ ſint partiũ.per id,qđ hř in §.in regu-
c4 la fauorabiliores.ff.c.¶†Vltimo tangit Bar.in d.l.ad-
monendi.& etiam hic do.Ant.circa finem.qa in l.ad..
monendi.dicitur,ꝙ quando fertur ſententia propter
iuramentum neceſſarium delatum in ſupplementum
probationis,retractari poteſt propter inſtrumenta quę
nouiter reperiantur.an idem ſi nouiter reperiantur te
ſtes,qui tunc non potuerunt haberi. Bar.dicit,ꝙ non
ſi prius ſemiplena probatio facta erat per vnum teſtẽ.
quia poſt publicationem atteſtationum non poſſunt
alij ꝓduci etiã in diuerſa inſtãtia,vt in cle.teſtibus. de
teſt.quæ ratio ceſſat,cum inſtrumenta producuntur.
Secus dicit ſi ſemiplena probatio eſſet facta aliter quã
per teſtes.quia tunc idẽ dicit,ꝙ in inſtrumentis.nã
appellatione inſtrumentorum comprehenduntur ẽt
teſtes.ſ. de teſti.cogen.peruenit. & ff. de fide inſtru.l.
j.ſed do.Anto.tenet,quod indiſtincte etiam per teſtes
poterit probari contrarium. quia cum non obſtet ſen-
tentia probationi,non debebit obſtare publicatio per
id,quod habetur.ſupra.de ꝓba.licèt,& c.iurauit.de te
ſti.c.ſeries.¶Item,quia probatio minus plena vř poſ-
ſe reprobari per plenã nõ obſtante publicatione ſicut
ſemiplenè ꝓbatũ pôt poſtea plenè ꝓbari.ſ.de teſt. ve-
niens.el.ij.¶Sed fortè opi.Bar.verior. quia, ex quò ſe-
mel deuentum eſt ad productionẽ teſtiũ in plenario
iudicio.& facta eſt publicatio. non vř, qđ ꝑ timorẽ
ſubornationis. deinceps poſſint produci teſtes. per id,
qđ hř.in d.cle.teſtib.nec obſt.iura alle.per eũ qa intel
liguntur,qñ nõ ꝓducunť teſtes ſuper eo articulo, vel
directo ꝯtrario. vt patet ex no.in d.c.licèt.ſaluo tñ,qđ
habetur in cauſa matrimoniali in d. c. ſeries. & ꝑ pdi-
cta etiã nõ obſtat,qđ habeť in d.c.ueniens.qa ibi pri-
mo iudiciũ ſummariũ.ſed huic fuit plenariũ. ideo nõ
videtur recedẽdũ a regula dictæ cle. reliqua pertinen-
tia ad materiam decretalis dic, vt hic per do. Anto.&
per Bar.in d.l.admonendi.

## a De exceptionibus. Rubr.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio oppoſita contra teſtes non debet ſtatim probari, ſed ſufficit, quòd probetur ante ſententiam.*
2 *Exceptio reprobatoria perſonæ teſtium non poteſt opponi, ſiue probari poſt ſententiam.*
3 *Teſtis repellitur ſi eſt ſuſpectus infamis, aut ſi habeat maculam corporis propter quam repellitur a promotione ordinum.*
4 *Conuictus de crimine in quocunque iudicio, & cũ quacunque perſona repellitur a teſtificando in alio iudicio.*
5 *Crimen probatum per modum exceptionis non punitur pœna ordinaria vbi non eſt connexum negotio. & nu.9.*
6 *Confeſſo imponitur pœna etiam ordinaria, quando de crimine agitur aliter, quàm per viam exceptionis.*
7 *Acta facta in alio iudicio, etiam cum alia perſona probant.*
8 *Exceptio, quæ opponitur cõtra perſonas teſtiũ poteſt dici perẽptoria.*

b DEnique. Si teſtis[b] de crimine cõ
tra eum excepto cõuin
citur,vel aliàs cõuictus apparet repel-
litur a teſtimonio: ſed de crimine non
punitur ſi non tangit negotium prin-
cipale.hoc dicit.Et tria ſunt dicta ꝙ pa
1 tẽt.ſm ibi:ꝙ ſi.tertiũ ibi cæterũ.¶†Nota primo,ꝙ pro
batio exceptionis oppoſitę cõtra teſtes nõ vř neceſſa-
rio ſtatim fienda. ſed videtur ſufficere, quòd fiat ante
ſententiam, de quo dicendum, vt plenè dictum fuit
2 in c. ex parte ade. ſupra.de teſtib.¶†Item nota,ꝙ ex
ceptio reprobatoria perſonæ teſtiũ non uidetur poſſe
opponi, ſeu probari poſt ſententiam. & ſic idem videť
in ea.quod in alia exceptio.facit.l.perẽptorias.C. ſen.
reſcin.non poſ.& quòd not. per gloſſ.in d. c.ex parte.
3 ¶†Item no.tria ꝙ detrahunt de fide teſtis.ſ. quando
eſt ſuſpectus,infamis, vel quando habet aliquam ma
culam,& dicitur habere maculam,quãdo eſt talis ma-
cula corporis,quæ impediret eum promoueri ad ordi-
nes:talis enim macula repellit, quem a teſtificando in
criminali contra clericum.vt no.in c.ipſi apoſtoli.ij.q.
vij.ſm Pet.& Ab.& an q̃libet īfamia facti, vel iuris re
pellat.recurre ad.c.teſtimoniũ.ſ.de teſtibus.¶Item no
ta caſum in quo res inter alios acta facit fidẽ ſcilicet,
quando ex illa afficiť perſona. vnde conuictus de cri-
mine in quocunque iudicio,& cũ quacũq; perſona re
pellitur a teſtificando in alio iudicio.& cũ alia perſo-
na hoc ſolo docto ꝙ aliàs fuit cõuictus:niſi alr ſe excu-
4 ſet.¶†Itẽ not.ꝙ crimen probatũ ꝑ modum exceptio-
nis non puniť pęna ordinaria. vbi non eſt connexum
negotio,de quo agitur.& ſic ſecus videtur a contrario
ſi eſt connexum. & ſecundum hoc dictio, ꝓſertim,ex-
ponitur pro tantum. & hæc expoſitio eſt vera ꝑ id,qđ
hř in l.ij.§.ſi publico.ff.de adul.vbi puniť pęna ordina
ria. qñ crimen connexum eſt oppoſitum. vt erat ibi
crimen lenocinij.de quo excipiebat ibi mulier. & vi-
detur procedere ſiue conſtet per confeſſionẽ, ſiue ꝑ te
ſtes per iſtũ tex.qui pariter de vtroque loquitur, ꝑ id,
quod hř.in d.§.ſi publico. & hoc ẽt hic ſequiť Io.An.
licèt Inn.hic dicat,ꝙ pœna ordinaria imponitur, quã-
do conſtat per confeſſionem de ipſo crimine excepto,
& connexo.ſecus ſi per teſtes.& hoc ſequitur do.Ant.
qa ſecundum eum non videť poſſe imponi pœna or-
dinaria non præcedẽte tela ordinarij iudicii.ſecus,quã
do apparet confeſſio, quia illa non videť exigere telã
iudicii.cum confeſſioni ſtãdũ ſit cõtra cõfitẽtẽ, & nõ
præcedente tela ordinaria iudicij. facit, quod no.Inn.
j.de accu.qualiter,& qñ.el.ij.& ſecũdũ hoc dictio,præ
ſertim,deberet exponi,pro maxime, qñ ꝓbatio fit per
teſtes.ſed,qñ ꝑ cõfeſſionẽ,tunc debet exponi pro tan-
tũ.ſed hoc mihi non placet, qa eadẽ dictio ad diuerſa — a De exceptionibus. ſup continuatione huius rub. magnæ vtilitatis vide do. Abb. & Fely. q hic notatu digna ſcribunt.
relata in dubio vniformiter debet intelligi. vt l.iã hoc
iur.ff.de ver.obli.& ſic placet opi.Io.An.vbi autẽ cri-
men non contingit negotiũ de quo quæritur pôt pro-
cedere differentiã. Inno. quo ad pœnam extraordina-
riam imponendã. quia ſi crimen non cõnexum pro-
bať per teſtes.non punitur pœna etiã extraordinaria.
ſed ſolum repelleť.facit.ſupra.de ordi. cog.in c.ij. cir-
ca finem. ſecus ſi conſtat per confeſſionẽ. & hoc ſeqť
Io.An.ſed fortè poſſet dici. ꝙ etiam pœna extraordi-
naria poſſit puniri,quando probatur per teſtes. per id,
quod habeť in l.nullum.C.de teſti.niſi reſtringas illã,
quando per confeſſionẽ,vel vacillationẽ, cõſtat de de-
5 licto teſtis.¶†Et ex prædictis potes notare, quòd id
quod dicitur,ꝙ confeſſo imponitur pœna etiam ordi-
naria.vt voluit Inno.in c.qualiter,& qñ.el. ij.j. de ac-
cuſa.& facit, quod no.Bart.in l. ſi confeſſus. ff.de cu-
ſto.reo.illud eſt verũ, quando de crimine agiť aliter q̃ — b Si teſtis. idẽ ſumant d. Abba. & Fely.
per uiam exceptionis, vt hic aperte videtur probari,
quod eſt diligenter notandum pro limitatione illius
dicit. ¶ In gloſſ. ſecunda ibi: ſine alia probatione.
6 & ex hoc nota, quòd † acta facta in alio iudicio etiã
cum alia perſona probant, quando per illa afficitur ꝑ-
ſona.facit, quod not.per gl.in l.ex ea.ff.de poſtu.¶In
ead.gl.ibi aliud ſecũdũ leges.ſupple,quæ ſeruantur,&
ſeruari debẽt in foro ciuili in terris ſubiectis ĩpetio ꝑ
id,quod no.gl.in c.ij.de arbi.in vj.¶In glo. exhibenda
ibi:vel infra terminũ. & innuit gl. hoc eſſe arbitrariũ.
ſed de hoc plenè dic, vt dictũ fuit in d.c. ex parte.ſ. de
teſti.

a Infinitū. q. quæras vs o ad quod tēpus possit ille contra quem testes producūtur cōtra ipsos testes excipere, vide dñm d Hē. Boych. hic a prin.

testi.¶In gl.per sententiā ibi post.xx.annos.supple,ēt
post sententiā:licèt non sit appellatū : & qualiter hoc
intelligatur examinabitur in c.cum venerabilis.s̃.eo.
a ¶In ea.glo.ibi in infinitum a possit agi. hoc intellige
saluo eo,q habetur in c.sicut.supra. de testi. ¶In ea.
gl.ibi:peremptoria saltē per obliquū.nota bene,quod
8 † exceptio quæ opponitur cōtra psonas testiū,pōt di-
ci peremproria saltē indirectè : quia in effectu perimit
intentionē agentis:si testes repellātur , & non habeat
aliam exceptionē.idē voluit gl.in c.ex parte.supra. de
testibus.¶In gl.innocentes.in fi.Idem no.gl.in c.testi
moniū.supra.de testi.Adde,q ēt possunt probare se in
nocentes,si velint probare indirectè cōtrariū eius,qđ
fuit probatū cōtra reū.per id,q habeē in c.ex tenore.
supra.de test.& in l.optimā.C.de ɔtrahen.& cōmit.sti
pula.directè aūt nō possent probare ɔtrariū per cle. te
stibus.de testi.Itē,licèt nō possent uenire cōtra cōfes
sionē,possent tñ illā excusare,vt in c.cum dilecti.j.de
accu.¶In gl.cōfessi.ibi nunq̃ vidi fieri.supple taliter,
q cogerent respondere,si nō vellent,qa hoc fieri non
debet.vt no.in c.cū cām.supra de testi.¶In ead. gl.ibi
potest ab ipso quæri.supple extraiudicialiter: qa idem
nō debet esse iudex.& pars,facit , q habetur in l.fi.C.
9 de assess.¶†In glo.fi.ibi alias puniri nō debet.not. be
ne ex gl.quia sentire videtur,q quando crimē nō con
tingit negotium de quo agiē nō debet puniri:sed solū
repelli a testimonio,& sic u ideē velle,q nō debet pu
niri ēt pœna extraordinaria.& pro hoc benè facit tex.
in c.ij.circa fi.supra.de ordi.cog.vbi dicit, quod dūta-
xat repellit a testimonio.& hoc ēt tenet Inno.quando
fuit conuictus solū per testes.sec9 si per cōfessionē. &
hoc sequitur Ioā. An.vt dixi super notabilibus.tñ ista
gl.uidetur sentire indistinctè,q nullatenus puniatur,
quando crimen non contingit negotium. de quo agi
tur,& benè facit tex.in d.c.ij.in fi.nec obstat.l. nullū.
C.de testi.quia ibi loquitur quādo vacillauit,vel dixit
falsum.& sic offendit aures iudicis quæ tō hic cessat ,
& ideo fortè de iure est verior opi.gl.nec ob.tex.a con
trario sensu dum dicit pœna ordinaria mulctari,nō de
ber,quasi a contrario possit extraordinaria puniri : qa
non debet sumi arg.a contrario sensu:qa uidereē con
tra ea quæ habenē in d.c.ij.in fi.facit,q no.in l.ij.C.de
ordi.cog.& in c.vno.de æta.& quali.in vi.Et quia si sit
meremus hic contrariū sensum:cū hic pariter loquaē
quando testes sunt conuicti , vel confessi vtroq; casu
possent puniri pœna extraordinaria, & non solum in
casu,quādo sunt confessi prout voluit Inn.& Io. An.
& sic videtur,qđ debeamus tenere alterum duorū,vel
qđ vtroq; casu posset extraordinaria imponi, uel, qđ
neutro casu posset imponi etiam extraordinaria,pro-
ut hic videtur voluisse glo.& hæc opinio videtur am-
plectenda.per regu.in pœnis. de reg. iuris. in vi. quia
pœnę sunt in dubio restringendę.facit. ff. de pœnis l.
si præses.

*SVMMARIVM.*

1 *Communicans scienter cum excommunicato in locutione, vel oratione est excommunicatus minori excommunicatione. & nu. 5.*
2 *Excommunicatio minor priuat communione sacramentorum.*
3 *Excommunicatus repellitur ab accusando.*
4 *Excommunicatus an possit opponere exceptionem.*
5 *Exceptio, an prius probari debeat quam replicatio.*

b Reo. excipienti. Idē summat. d. Abb.

b A Nobis. Reo excipiēti b ɔtra acto
rē de excōicatione. Nō
obstat exceptio cōionis.h.d. & est cō-
muuionis diuisio consultatio,& respō
1 sio.scđa ibi:nos igitur.¶†No.qđ sciē-
ter cōicās excōicato in locutione , vel
oratione est remotus a participatione sacrorum,& sic
est excōicatus minori excōicatione.j.de cleri.excōm.
mi.si celebrat.& sic nō est licitū loqui, vel salutare ex
cōicatum.facit.xj.q.iij.cum excōicato.j. de sen. excō.
nuper.& sic peccat,an tñ dicatur mortaliter peccare ,
an verò solum peccet venialiter,récurre ad no.per Io.
in c.sacri.s̃.quod metus cau.vbi cōcludit,quod regula
riter peccat venialiter,fallit in certis casibus in quibus
2 peccat mortaliter.de quibus ibi per eum.¶†Item no.
ex prædictis effectum minoris excōmunicationis :qa
priuat quem communione sacramentorum,& nō cō
munione hominum.de quo in d.c. si celebrat. secus
in excommunicatione maiori,qa illa repellit etiam a
3 communione hominum nedum sacrorum.¶†Itē no.
qđ excōicatus repellitur ab accusando.Et eadē ratio-
ne ab agendo non obstante replicatione communio-
nis:quia nullum crimen videtur repellere ab excipiē
do,& sic a defendēdo.j̃.eo.cum inter.& qa talis com-
munio non excludit a communione hominum,& sic
replicatio non inficit exceptionē nec illi detrahit , &
ideo illa non tollit.& sic no.qđ vt replicatio tollat ex
ceptionem oportet,quod illi detrahat.vt tangit ēt hic
Io.An.in materia replicationis.quā hic summauit cir
ca quartum mēbrum.nec obstat,quod habetur.j̃.c.p-
xi.vbi replicatio videtur repellere exceptionē.licèt in
hoc non contingat.qa responderi potest ibi,qđ exce-
ptio fuit voluntaria,quia excipiens non fuit prouoca-
tus ad iudicium . sed voluntariè veniebat ideo de illa
exceptione iudicaē,vt de actione per id,qđ no.pręci-
pue per Inn.s̃.de elec. super eo. & sic tunc replicatio
assumit naturā exceptionis. q pōt obijci cōtra psonā
licèt nō cōcernat actionem. & sic pōt intelligi,scđm
unū intellectū.secundū aliū potest dici,qđ ibi potius
natura actionis,seu iudicii intentatur,quā virtus repli
cationis attenditur ex eo,quia iudicium erat tale,q ex
sui natura non admittebat exceptionē.facit,q dicetur
in d.c.proximo.& qđ j̃.de accu.accedēs.& j̃.de app.cō
stitutis.& q no.Io.An.in vj.membro.¶Item non ob-
stat.j.de adulte.intelleximus:qa ibi adulterium viri de
quo replicabatur tollitur per compēsationē adulterii
mulieris.de quo excipiebatur,vt ibi patet. & facit , q
habetur in l.viro.ff.sol.mat.ratio,ibi admittitur repli-
catio non ex eo respectu:quia adulterium sit crimē ei9
cōtra quem replicatur,cum etiā criminosus possit ex
cipere,& non repellatur,ab excipiēdo.j̃.c.cum inter ,
4 sed inquantum est compēsatio exceptionis,vt ibi pa-
tet.¶†In glo.i.ibi quælibet legitima defensio sit reser
uata.& sic poterit etiam excommunicatus exceptio-
nē opponere,siue sit dilatoria,siue perēptoria:siue alia
quæcunq; per id,qđ habetur in c.cum inter. & p hoc
dicit Inn.qđ excommunicat9 maiori, si accusetur per
excommunicatum minori poterit repellere ab accusa
tione cum talis excommunicatus minori sit crimino
sus.Et sic debet posse repelli per id,q.j̃.dicit glo.facit
j̃.de accu.c.i.quod intelligit Io.An.verū in casibus in
quibus excōmunicatus minori peccat mortaliter. de
quibus per eum in c.satis.alleg.dicit ēt Io.An. q sicut
excommunicatio non repellit ab excipiendo: ita nec
repellet actorem a replicando,qui in replicatione cen
setur reus,& excipiens.l.ij.§.i.ff.de excep.& facit , qđ
no.in Spe.eo.tit.§.i.ver.itē quæritur.& sic residet do.
Ant.sed certè hoc videē modici effectus,qa si actor sit
excōicatus potest ab agendo repelli per exceptionem
replicationis.j̃.eo.exceptionē.& sic non erit tractādū
de replicatione,si tamen de facto nō exciperetur.vide
tur tunc posse tolerari,quod dictū est de replicatione.
¶In ca.gl.ibi.ij.q.vij.alieni.ibi non est dictum Gratia
ni.sed in.§.in hoc.c.ibi sequē.& dictū Gratiani repro
baē ibi per gl.& nō obstat.c.alieni.qđ ibi nō debet su
mi

mi arg. a contrario sensu, q̄a esset cõtrarius iuri per ea
quæ superius dixit gl. ¶ In ea. gl. ibi iniuriā suam. sup-
ple, q̄a tunc non repellitur criminosus: sed bene re-
pelleretur excommunicatus. facit, quod habetur de
procu. ex insinuatione. per gl. & qđ notat̃ in c. oībus.
5 alleg. in glos. ¶ † In glos. ñ. in fi. vel potes etiam dicere
aliter. vt ibi notatur. regulariter autẽ cõmunicans ex-
cõmunicato si nõ cõmunicat ĩ crimine. sed aliter par-
ticipat secum in locutione, vel alio simili modo so-
lum incurrit minorem. ¶ Extra gl. Io. And. posuit hic
materiam replicationis prosequendo illā ꝑ septẽ mẽ-
bra. dic, vt hic per eum. ¶ Aduerte tamẽ inquantum
6 tāgit, an † prius debeat ꝓbari exceptio, an replicatio:
quia licèt satis instet conclusio est, ꝙ si est vera exce-
ptio, & vera replicatio prius probanda est exceptio sal
uo nisi excipiens haberet fundatam intentionem suā
de iure cõmuni. facit, qđ diximus in simili in c. de te-
stibus. s̄. de testi. vbi no. ꝙ prius dẽt actor ꝓbare inten
tionẽ suā, & demũ postea reus tenetur suā exceptio-
nẽ ꝓbare. secus, qñ nõ esset proprie exceptio, vel repli
catio, vt contingit in exẽplo hic posito per eum in vj.
mẽbro An aũt sit pronuntiandum super replicatione:
cõclude, ꝙ si exceptio contra quā obijcitur replicatio
est emergẽs, sufficit sup exceptione ꝓnũtiari, q̄a tacitè
vr̃ sup replicatione pronuntiare. si autẽ esset incidẽs,
tunc sufficiat pronuntiari sup principali per id, quod
plene not. in c. j. s̄. de or. cog. reliqua dic, vt hic per eũ:
quia sunt modicæ vtilitatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Rescriptum in quo Papa loquitur vni in plurali, an valeat.*
2 *Per inuestituram transfertur possessio.*
3 *Pluralis contra pluralem, an possit opponere exceptionẽ pluralitatis.*
4 *Plurales qui nõ sunt possunt se opponere nomine suo, & nomine ecclesiæ, sed plurales possunt se opponere nomine ecclesiæ.*
5 *Plura beneficia habere, an sit crimen.*

2 CVm ecclesiasticæ. Habẽs a plu
ra beneficia
cõtra aliū de pluralitate nõ excipit. h.d. &
in prima decisum exordiū. in scđa manda-
tum. ibi mādamus. in quo exceptionẽ repellit, & cau-
1 sam exprimit. ¶ † No. primo, ꝙ nõ vr̃ vitiari rescriptũ
in quo Papa vni loquitur in plurali, qđ vr̃ contra. c. q̄
graui. j. de crimi. falsi. sed potes dicere, ꝙ supplenda est
litera in suprascriptione. dum dicit Laudẽ. Episcopo.
2 supple. & conjudicibus. ¶ † Item no. ꝙ per inuestiturā
videtur transferri possessio. de quo in c. ij. de consue. &
s̄. de electio. transmissa. communis tamen est conclu-
sio, ꝙ non transfertur si fiat in absentia rei. sed intelli-
gitur data licentia apprehendendi possessionẽ. facit, ꝙ
notatur per legistas. maximè per Bart. in l. prædia. ff. de
acquiren. posse. & qđ not. per glo. in c. autoritate. j. de
3 insti. ¶ † Item not. quòd pluralis contra pluralem nõ
videtur posse opponere exceptionem pluralitatis. &
sic identitas criminis uidetur repellere ab exceptio-
ne criminis. & facit, quod habetur in l. in arena. C.
de inoffi. testam. ¶ Itẽ no. s̃m unum intellectum, ꝙ pe
tenti possessionẽ facti post collationẽ iuris totalis nõ
videtur posse opponi exceptio non canonicæ institu-
tionis. & sic facit, ꝙ agenti possessorio adipiscendæ in
bñficialibus. non obstat exceptio delectus proprieta-
tis, de quo in c. cum olim. s̄. de causa pos. & s̄. de dolo,
in c. cum olim. & j. de appel. cõstitutis. el ij. & j. de ac-
cusa. accedens. Pro recitatione glos. potes opponere,
ꝙ isti de eccl̃ia possint saltẽ nõie eccl̃iæ opponere ex
ceptionẽ pluralitatis, licèt ipsi sint plurales. q̄a delictũ
ꝑsonæ nõ dẽt nocere eccl̃iæ. j. de reg. iu. delictũ. lib. vj.
& xvj. q. vj. si Ep̃m. hui⁹ timore facti est gl. q̄ ponit opi
nionẽ. vt patet ĩ gl. ¶ In gl. j. ibi aut electi sunt ab alijs
glo. insufficienter arguit, q̄a possibile est, ꝙ illi qui uo-
lunt opponere pluralitatem non elegerunt alios plu-
rales. Sed illi fortè fuerunt prouisi a Papa. Nec ẽt fue-
runt electi a pluralibus: quia fortè fuerunt electi ante-
4 quam illi electi essent plurales. ¶ † In eadẽ gl. in fi. &
& sic patet, ꝙ gl. remanet in opinio. Vincen. videlicet,
ꝙ illi qui non sunt plurales possint opponere nomi-
ne suo, & nomine ecclesiæ: & illi q. sunt plurales pos-
sint se opponere nõie eccl̃æ. nec ob. ꝙ dictũ est, ꝙ illi q
nõ sunt p̃lales pñt se opponere, ꝙ s̃m hoc alij ꝑ eos
cõsequẽtur, qđ per se nõ pñt, q̄a istud nõ est absurdũ,
qñ ratio hoc suadet. vt patet ex his quæ habentur in
l. Aristo. ff. quæ res pig. oblig. possunt. secus qñ ratio
hoc nõ suadet. vt l. quæritur. ff. de bonis liberto. & c. si
cut non suo. alleg. in glo. & similiter non obstat inquā
tũ dicitur ꝙ plurales nomine ecclesiæ possunt se op-
ponere. licet non suo, quod vna via est prohibitũ non
debet alia esse permissum. j. de regu. iur. cum quid vna
via. libro. vj. quia illud verum nisi aliqua ratio suadeat
5 oppositum. vt patet ex ibi not. ¶ † Pro declaratione
tamen glo. & text. est aduertendum, ꝙ dubium est, an
esse pluralem sit crimen. de quo fuerunt opiniones. vt
patet in c. cum iandudum. infra. de præben. cum ibi
not. per Inno. & Hostien. & Ioan. And. nam Innocen.
fuit in opinio. ꝙ non sit crimen, quia secundũ eum de
iure quis potest habere duas præbendas in diuersis ec
clesiis. licèt non possit habere multitudinem officio-
rum, quia tunc ibi notaretur ambitio. & censeretur
crimen. sed Hosti. tenuit, ꝙ esse plurales sit crimẽ. nec
secũdũ eũ põt q̄s habere plures p̃bẽdas in diuersis ec
clesijs sine dispensatione, potes concordare opinio. vt
colligit̃ ex nota. per gloss. in c. gratia. de rescrip. in vj.
quia si sunt præbendæ quæ non requirunt residentiā,
ex consuetudine hoc dico, quia de iure communi,
quodlibet beneficium requirit residentiā. vt no. in c. fi.
j. de cleri. non resi. per Io. And. & procedat, tunc opi.
Innoc. si autem requirant residentiam tunc procedat
opinio Hostien. de quo plenius in dicto. c. gratia. vbi
etiam dixi hoc supposito est aduertendũ, ꝙ si hic erat
casus in quo esset pluralis nõ esset crimẽ tũc planum, *a Habens. Idẽ est summariũ do. Abba. cum isto suũ hic distin. do. He. boych. in prin.*
ꝙ nõ potuit opponi exceptio pluralitatis. & p̃cipue ꝑ
illos qui verisimiliter essent plurales. & sic põt intelli-
gi istæ tex. secũdũ vnũ intellectum. si aũt erat casus in
quo esse pluralis erat crimen. tunc obstat, quia vide-
tur, quod etiam pluralis debuit posse excipere de plu-
ralitate, quia criminosus non debet repelli ab exci-
piẽdo. vt dicit gl. in c. a nobis. supra. eo. & p̃sertim, q̄a
ẽt excõicatus non repellitur ab excipiendo. j. eo. cũ in
ter. & c. dilecti. & sic vr̃, quòd tex. non procedat: potes
dicere, vt hic sentit Io. An. & supra. c. ꝓximo. qđ exci-
piẽs hic veniebat, & opponebat se uolũtariè, q̄a non
fuerat vocatus ad iudicium. Et ideo exceptio tũc hẽt
vim actionis. vt no. Inn. supra. de elec. sup eo. & ideo
sicut criminosus ageret, posset repelli quādo non ꝓse
quitur suam iniuriam. vt no. in d. c. a nobis. ita potest
etiam istæ excipiens repelli etiam per alium crimino
sum: cum tunc replicatio habeat vim exceptionis. &
ita potest intelligi hic secundũ alium intellectum. sed
contra p̃dicta facit, quia excipiens volũtariè si ꝓseq̃
ius ecclesiæ, nõ videtur repellendus per id, quod nota-
tur. j. eo. in c. cum dilecti. etiam si esset excommunica
tus per ibi nota. & sic multo minus debet repelli si sit
criminosus: sed dicere potest sustinendo hunc intelle-
ctũ, ꝙ ꝓsequebat̃ interesse cõmune, & non ĩteresse ec
clesiæ, vel ꝓpriũ, & ideo potuit repelli ꝑ replicationẽ.
secus si nõie eccl̃iæ ꝓsequẽdo eius interesse opposuis
set exceptionẽ. dicebat ẽt Innoc. quòd põt dici, ꝙ repli
catio inficit exceptionem ex eo, quia paria delicta
pari

pari compẽsatione tollunẽ.j.de adulte.intelleximus.
sed huic op.obstat:quia vidẽtur esse diuersa delicta:&
sic non debet fieri compensatio.Respon.Inno.ꝙ satis
possunt dici esse circa idẽ.s.circa negligentiam præbẽ
dę canonicalis in eadem ecclesia.& sic videtur idẽ de
lictum in genere.sed certè licèt dom.An.hic resideat,
non videẽ hæc responsio bona:quia diuersa est prębẽ
da excipientis,a præbenda replicantis,& sic non sunt
delicta circa idem,ideo nõ placet iste intellectus.alius
fuit intellectus,ꝙ hic repellitur excipiens nõ ex capi-
te replicationis,sed ex eo, q̃a hoc casu nõ cõpetebat
exceptio aliqua:quia tarde opponebatur ex quo agẽs
fuerit consecutus totale ius:quia fuerat confirmatus,
vel prouisus quo casu ad impediendum quomin⁹ ha-
beat possessionẽ:non potest opponi exceptio,nisi op-
ponatur crimẽ cũ infamia,vt patet j.de accu.accedẽs.
& j.de appel.constitutis.el.ij.& ideo hoc casu ex quò
erat ideo tale ius cõsecutus nõ potuit obijci exceptio
& præsertim per pluralẽ:q̃a nec ẽt per aliũ posset op-
poni.sed maxime per pluralẽ hooestũ est,ꝙ non oppo
naẽ,& sic intelligit Hostı.istũ tex.nec ob.j.de accusa.
super his,quia ibi non erat totale ius cõsecutus.hic se
cus.Sed tunc obstat,quia pluralitas videẽ nõ posse es
se non notoria ar.supra.de trãsla.p̃la.c. licèt. & sic de-
bet posse opponi:q̃a si crimẽ cũ infamia pôt opponi.
vt d.c.accedẽs.fortius debuit posse obijci crimẽ noto
riũ.Sed potes dicere,quod si sumus in casu in quo ha
bere plura bñficia non sit crimẽ,de quo dixi.s̃.tũc ces
saret obiectio.si aũt sumus in casu in quo sit crimen.
tunc dicas,ꝙ Celestinus hic ex certa sciẽtiã fecit man
datũ pro isto.& ideo tunc pluralitas in eo nõ fuit deli
ctum,& ideo non potuit obijci.& per hoc ẽt patet, ꝙ
rescriptum tunc non fuit surreptitium,ꝙ aliàs contin
geret qñ taceret beneficium quãtuncunq; modicũ.
de p̃ben.si motu ꝓprio.li.vj.nisi motu proprio ex cer
ta scientia fiat collatio,vt ibi patet.& ex p̃dictis patere
potest qualiter intelligi debeat,& possit hæc decreta.
& qualiter etiam intelligi possit glo. inquãtum dixit
pro nomine ecclesię poterant opponere:nã istud non
vr̃ procedere,q̃o ex certa scientia fuisset facta collatio
vt hic voluit gl.circa princi.in ver.sed hic non ꝓfuit.
& ex p̃dictis ẽt patet,ꝙ hic potest intelligi qñ iste Ia-
cobus nondum fuerat adeptus possessionẽ: pôt ẽt in-
telligi,quod hic fuerat adeptus.& hoc in gl.in ver. &
hic tangit.& tunc clarum videtur,q̃d non poterat per
exceptionem repelli.ex quo iã consecutus erat posses
sionẽ.& sic non petebat illã.vnde tunc ꝓprie non ha
bebat locũ hæc exceptio.& maximè non poterat op-
poni per pluralẽ. & per ista habes declaratam decre.
quæ consueuit reputari difficilis,& intricata.& si dare
tur in punctis difficultatem ingereret eã habenti,licèt
per superius dicta satis patere potest intellectus.

a Iudex debet.idq; statuẽs hic d. Ab. & hoc ẽ spãle sũmarium. si autem generaliter q̃ras, & usq; ad quod tẽpus exceptiones proponi debeãt. distingue si cut hic secundũ do. Hen,Boyc.

*S V M M A R I V M.*

1 *Terminum statuere potest iudex ad proponendas dilatorias.*
2 *Lapsus termini ad proponendas dilatorias excludit quem a facultate illas proponendi.*
3 *Et in quibus casibus post lapsum termini: audiatur obyciens dilatoriam.*
4 *Nouiter ad notitiam aliqu.d deuenisse qualiter probetur.*
5 *Terminus an possit a iudice statui ad proponendas peremptorias.*
6 *Exceptionis casus an habeat locum in locis peremptorys.*
7 *Exceptio declinatoria iudicij an possit opponi post terminum datum ad dilatorias.*
8 *Exceptio litis finite an possit proponi post terminum datum ad proponendas dilatorias.*
9 *Terminus statutus a iudice ad proponendas exceptiones in dubio intelligitur peremptorius.*
10 *Terminus,quando est datus ad proponendum exceptionem non sufficit proponere talem exceptionem saluis omnibus alys exceptionibus mihi competentibus,sed debet illas specificare.*
11 *Exceptiones contrarias proponens an audiri debeat.*
12 *Actio an tollatur per lapsum termini dati ad tollendam exceptionẽ.*

a De exceptione exc. unde hic. Ab. ĩ iij. col. ner. q̃. su an exceptio excõ. & hic p do. Tel. qui in multis locis hui⁹ c allc.do. Io. An,de imo.

a PAstoralis. Iudex a debet statuere termi
num ad omnes dilatorias ꝓ
ponendas post quem excipientem nõ audiet
nisi in tribus casibus hic positis.h.d.in prima
decisa consultatio.in secunda ibi: quoniam.ponit re-
sponsio,in qua duo facit.nam primo ponit decretum,
& eius causam.sc̃d̃o pœnã,& tres casus exceptos.pœ
1 na ibi in uersi.ita quod.¶ Not.primo,ꝙ iudex potest
statuere terminum ad proponendas dilatorias, & sic
potest abbreuiare terminũ iuris statutũ ad illas oppo-
nendas. nam de iure possunt ꝓponi vsq; ad terminũ
cõtestationis litis.l.si quis a duo.& l.fi.C.de excep.&
facit,ꝙ no.j.eod.exceptionẽ.& j.de re iudica.inter mo
nasteriũ.sed qñ est statutus terminus per iudicẽ nõ po
terunt ꝓponi postea etiã adhuc l nõ fuit contestata.
2 ¶ Itẽ not.ꝙ lapsus termini dati ad proponẽdas dilato
rias excludit quẽ a facultate illas proponendi,sic nota
ꝙ in dubio talis terminus intelligiẽ peremptorius, ẽt
si nõ exprimatur.vt colligiẽ ex tex.isto.iuncta glos. in
ver.ex tunc.& no.glo.in cle.j.de excep. & Spec. in ti.
3 de dila.§.i.ver.exceptione.¶ Itẽ no.tres casus in qui
bus ẽt post lapsum termini auditur subiiciens dilato-
riã,scilicet qñ protestatio processit.Itẽ qñ ius oppoñẽ
di superuenit de nouo.Item quãdo superueoit de no-
uo notitia exceptionis.facit,ꝙ habeẽ. s̃. de offi. deleg.
insinuante.& de elect.vt circa.li.vj. ¶ Itẽ not.qualiter
probatur nouiter ad notitia deuenisse.quia iuramen-
tum ipsius hoc alleg.& sic no. q̃d in dependentibus a
conscientia statur sacramento illius de cuius consciẽ-
tia agitur.facit,quod no.glo.§.alie.institu.de acti.& ꝙ
habetur in c.significasti.el.j.j̃.de homi.secus dixit in
cle.constitutionẽ.de elec.quando dicit exceptionem
de nouo superuenisse:quia illud non probabitis ꝑ iu
ramentum.Sed aliter debebit probari per istum text.
qui solum ponit de iuramento in vltimo casu.dicit ta
men ibi P.iu.quod si exceptio non superueniat de no
uo,nec etiam eius notitia:sed superuenit de nouo ꝓ-
bandi facultas quam prius non habebat,quòd tũc po
terit etiam probari post terminũ:& cõsequẽter oppo
nere ipsam exceptionem:quia sc̃d̃m non fuit sibi im-
putandũ si ante non opposuit, ex quo videbat se non
posse ꝓbare:q̃a ut dicit canõ.pleriq; boni viri tacent
q̃d probare non possunt.ij.q.vij.in c.pleriq;.& no.q̃d
quædam est dilatoria iudicij,& de hac ꝓprie loquitur
hic.quædã aũt dilatoria solutionis. & quid iuris in ista
tangit hic Inn.de quo dicetur.j̃.eo.exceptionẽ.& tan
giẽ etiam per legistas in l. exceptionem.C. de proba.
5 ¶ In gl.j.in fi.in eo.q̃d dicit gl.de excep. excõicatio
a nis a.Inn.tenet contrarium qñ statutus erat terminus
a iudice:q̃a sc̃d̃m eum postea nõ poterit proponi,sed
benè poterit proponi post terminũ a iure quãdo non
fuit terminus a iudice.& sic intelligit.c.exceptionẽ.j̃.
eo.sed opinio gl.est approbata.Vt etiã hodie post ter-
minũ statutũ a iudice possit obijci exceptio excõmu-
nicationis propter periculum cõmunionis.in clemẽ.
j.de exceptionibus.In eo aũt,quod dixit gl.de perem
ptorijs est aduertendum.quia si gl.voluit, q̃d si datus
est terminus ad proponendas dilatorias non noceat
quominus postea possint opponi peremptoriæ, cum
ad illas proponendas nõ fuerit terminus statutus, tũc
clare procederet glo.sed si glo.vellet ꝓut sentire vide
tur,quod licèt possit statui terminus a iudice ad ꝓpo
nendas dilatorias, non tamen possit statui ad propo-
nendas peremptorias,tunc videtur male dicere.& cõ-
trarium tenet hic Hostien.& Innoc.idem Bart. in l.ij.
ff.de

ff.de re iud.dicit tamē hoc procedere, qn̄ ex cauſa iu-
dex ſtatuit terminum ad proponendas peremptorias
abbreuiando terminū iuris,qui eſt vt poſſit perēptoria
opponi,quandoque,ante ſentētiam.l.pemptorias.C.
ſenten.reſcin.non poſ.& plenè notatur.j. eod.c.exce-
ptionem. ſed ſine cauſa hoc facere non debet p id,qđ
habetur in regu.iur.indultū.de reg.iur.lib.vj.& per il
lū tex.etiā vr̄, ꝙ non debet ſine cauſa ſtatuere termi-
num in dilatoriis . nam aliàs ſine ea auferret bene-
ficium iuris. & ſic patet,ꝙ regu.iſtius text.etiam habe
re pōt locū in iſtis peremptoriis. vt ſicut ſtatui pōt ter
minus ad pponēdas dilatorias,ſic & ſtatui pōt ad pro
ponēdas peremptorias.& hæc eſt communis opi. quā
ſeq̄ Spe.in tit.de exceptionibus,§.dicto.verſi.vtrū au
6 tē.& Pau.in pal.cle.ↄſtitutionē.de electio.¶ † An aūt
caſus exceptionis etiā locū habeāt in peremptoriis.
conclude,ꝙ primus caſus videlicet,quando fit prote-
ſtatio locum hēt,cum eadē ſit rō.vt patere pōt ex his,
quæ habentur in glo. iij. & ſimiliter idē dicas de ſcđo
caſu quādo de nouo eſt exorta:quia , tunc nō eſt im-
putandum parti.ſi ante nō oppoſuit de tertio caſu eſt
magis dubium, ſi quando dicit nouiter ad eius noti-
tiam perueniſſe.nam Compoſt.in c.qđ ſicut. de elec.
tenuit,ꝙ hoc nō hēt locū in peremptoriis : quia in eis
hoc nō reperitur. & quia ſtatuitio termini eſt quædā
interlocutoria. & ſic cum trāſiuerit in rem iudicatam
non debet pars audiri poſt lapſum termini de iure cō-
muni.licèt beneficio reſtitutionis in integrū interdū
poſſit audiri.vt ſ̄.de reſti. in integ.c.coram. quæ reſtitu
tio non debet dari , quando quis uellet opponere ex-
ceptionē criminoſam. cum in delictis nō deī reſtitu-
tio.l.auxilium §.in delictis.ff.de mi. & iſtud ēt vidētur
tenere do.de Rota in ſua conclu.xxx.ſed aduerte , qa
Pau.in d.cle.conſtitutionem.tenet,ꝙ etiā in perēpto
riis h beat locum iſta tertia exceptio. & multoſortius
quia ibi eſt maius præiudicium. & ſic cautius eſt agē-
dum in electione. vbi periculum. lib.vj. & hoc etiam
tenuit Spe.in dicto.§. dicto verſi. ſed quid ſi datus. &
hoc ſatis videtur procedere,quando quis vellet oppo
nere exceptionem nō criminum, vbi autem vellet op
ponere exceptionē criminum, videtur magis dubiū .
tamen Pau.ſentit idem in dicta clemē.conſtitutionē.
& Archidia.xiii.q.2.in ſumma. & hæc opi. vr̄ verior.
vt in c.vt circa. de elec. in 6. licèt Compo. aliter dixe-
rit. nec obſt.prædictis,ꝙ iſtæ textus videtur exorbitās
in vltima exceptione,inquantum vult ſtari ſacramē-
to ipſius allegantis notitiam ſuperueniſſe. & ſic debe
ret extendi ad peremptorias.vt dicebat Compo. quia
poteſt dici,ꝙ non eſt exorbitans per id, qđ dixi in no-
tabilibus. quia vbi agitur de conſcientia alicuius re-
gulare eſſe videtur, ꝙ eius ſacramento ſtetur per ea q̄
habentur in iuribus quæ allegaui in notabilibus. & in
dilatoriis procedit vltima exceptio.multoſortius pro-
cedere debet in peremptoriis. vbi de maiori præiudi-
cio agitur: extra caſus autem poſitos in litera,& illum
quē addidi poſt Paulum,quando ſuperuenit probatio
vr̄,ꝙ de iure non debet quis audiri niſi beneficio reſti-
tutionis p ea quæ habentur in dicto.c.coram. fateor
tamen,ꝙ vbi vellet crimina opponere non deberet da
ri reſtitutio per id,qđ ſuperius dixi.& adde etiā inquā
tum dixi exceptionem excōicationis poſſe qn̄cūque
proponi: quia illud eſt verum , qn̄ proponitur in vim
dilatoriæ,ſecus ſi in vim pemptoriæ,qa tunc non poſ
ſet opponere poſt lapſum termini dati ad proponen-
das perēptorias.nota.Archi.de exceptio.pia. lib.vj. &
pro eo,qđ dixi de perēptoriis,bn̄ facit,ꝙ nota.Io.Mo
na.& Io.An.poſt eū ī regula. generali.circa fi. de reg.
iur.in 6.vbi videtur in effectu idem tenere,quod ſupe
rius dixi poſt Pau.& Archidia. de quo etiam in Spec.
eo.titu.§.dicto.verſi.ſi vero.& verſi.ſed pone datus. &
intellige,quòd poſſet poſt terminum proponi perem
ptoriam,vel dilatoriam,quando ſuperuenit notitia de
nouo pcedere,quando id,qđ excipitur non erat noto
rium,vel famoſum.nā aliàs eſſet pſumptio ſciētię.arg.
c.1.de poſtulatio.præla.& ideo non audiret etiam vo-
lens iurare p id,qđ no.in c.innotuit.ſupra.ad fi. de ele
ctio.& j̄.de reg.iuris.præſumitur.lib.6.& idem ſi aliàs
pſumatur ſcientia contra excipientem,niſi ex aduerſo
ex aliq̄bus circūſtantiis tollatur illa præſumptio per,
id quod notatur in d.c.innotuit.& nota.Paulus in di-
7 cta cle.conſtitutionem.¶ † An autem poſt terminum
datum ad dilatorias poſſit opponi exceptio declinato
ria iudicii.Dubitat hic do.Anto.& videtur inclinare,
ꝙ ſic etiam extra caſus hic poſitos,& ideo dicit, ꝙ de-
beret ſtatui tempus,ſed terminus ad proponēdum di-
latorias,& decli.potes dicere de iure oppoſitum,quia
appellatione dilatoriarum cōtinetur etiam decli.iudi-
cii,tanq̄ illius ſpecies.vt patet ex glo.in c.exceptionē.
j̄.eodem. & etiam ex notatis in Specula.in titu. de di-
lationi.§.2.circa princip.licèt cautius ſit exprimere ēt
8 de declinatoriis. ¶ † Quid autem de exceptione litis
finitæ: nunquid poſſit proponi poſt terminum datum
ad proponendas dilatorias etiam extra caſus hic poſi-
tos,vel ſaltem in caſibus hic poſitis ? tetigit Spe.in tit.
de dila.§.item quæritur.& ibi per Io.And. in addi. vbi
concludit,ꝙ proponi poſſunt non obſtante lapſu ter-
mini ex eo : quia terminus datus eſt ad proponendas
dilatorias. tales autem ſunt peremptoriæ , licèt priui-
legiatę,vt poſſint opponi ad proceſſum,& ad impediē
dum litis cōteſtationē.vt habetur in c. 1. de litis cōte.
in 6.& ideo non excluduntur per lapſum talis termi-
ni cum in dubio ſtrictè debeat intelligi cū ſit præiudi-
cialis. facit,qđ habetur in l.qcquid aſtringendæ. ff. de
ver.ob.licèt aliqui dicant oppoſitum:ſed verior eſt p̄-
cedens opinio ſecundum Io.And.quia pœna quæ ſe-
quitur ex lapſu termini non debeat extendi. Sed po-
tius reſtringi.de pœni.diſtin.1.§.pęnæ.& de reg.iur.in
pœnis.lib.6.dicit tamen,ꝙ ſi quis vellet tenere ſecū-
dā opinionē deberet dicere illam veram , quādo talis
exceptio opponereī ad pceſſum . ſecus ſi in uim perē-
ptorię.Et ſi dicit poſſe opponi illā in vim petēdo acto
ri ſilentium imponi , vel ſe abſolui a petitione actoris
propter talem exceptionem etiam ante litis conteſta.
& ſecundum eum erit caſus in quo ēt lite conteſt. po
terit procedi ad diffinitionē.per id,qđ cōſueuit nota-
ri ī dicto.c.j.de lit.cōteſta.lib.6.dicit tamē,ꝙ tutius eſt
ppter opiniones euitādas,ꝙ quādo opponitur ad me
rita cauſę,opponatur poſt litem cōteſtatā.& fortè etiā
iſtud eſt uerius , quia non habemus clarū,qđ hoc ca-
ſu poſſit ad diffinitiuam pcedi ante litem conteſ.& iō
ſtandum eſſet regulæ.de qua.ſ̄. vt li. non conteſ. quo-
niam,& per totum.facit ēt,qđ no.Bart.ī l.1.C.de ordi.
9 iudi.¶ †In gl.ij.in fine. No.bene ex textu cōiuncta gl.
quòd terminus ſtatutus a iudice ad proponendas ex-
ceptiones in dubio intelligiē pemptorius.de quo per
glo.in cle.1.de exceptio. & dicit domi. Anto.in quo-
cunque termino ſtatuto ex cauſa a iudice niſi ſit ter-
minus citatorius , vel niſi expreſſe reperiatur cautū,
quòd requiraē,quod ſit terminus peremptorius.facit,
quod hē in c.1.ſ̄.de ſupplen.negli.p̄la. & j̄.de cleri. nō
reſiden.ex tuę.& in cle. 1.de vita,& hoſt.clerico.¶ Sed
aduerte , quia in termino citatorio dicit, quòd in cu-
ria omnis terminus citatorius eſt peremptorius.vt no.
in deciſio.Rote.in concl.xxx.ſed certe ibi loq̄ē de ter-
mino citatorio poſt litem cōteſta. & facit , qđ no.Spe.
in titu.de cita.§.viſo.verū.dicunt etiam. vn̄ potes con
cludere

eludere, ꝙ si est terminus citatorius in principio litis. puta ad respondendũ libello: tũc videtur, ꝙ debeat esse trinus, vel vnus peremptorius, hoc expresso per ea quæ habentur in l. properandum §.j.C. de iudi. Et idẽ si detur terminus ad sententiam audiendam. l. tres denuntiationes. C. quomodo, & quando iudex. & l. ad ꝑemptoriũ. cũ sequen. ff. de iudi. & hoc in ordine iudiciario. nam in summarijs in quibus sine figura iudicij proceditur sufficit vnica citatio etiam non peremptoria ad sententiã audiendam. vt notat glo. in clemẽ. sæpe. de verbo. signi. in alijs autem terminis citatorijs q̃ sunt intermedij inter principium causæ, & finem, sufficit vnicus & nõ peremptorius: vnde sufficit quem semel citari ad videndũ iurare testes. iuxta ea quæ habentur in l. si quando. de testibus. & notat Ioã. And. in c. consuluit. de offi. deleg. Bar. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex. requiritur & trina citatio vel vnica peremptoria, vt possit procedi ad primũ, & sm decretum, vt plenè no. per Bar. in l. si finita. §. si plures. & §. iul. ff. de dam. infecto. ¶ Et nota etiam, quod si iudex in citatione comminatur, quod nisi compareat procedet ad sententiam, intelligitur velle peremptoriè citare. l. ad peremptorium. ff. de iud. secus si comminatus fuisset, quod procedet iustitia mediãte: qa de iustitia est, ꝙ alie citationes sequãtur. facit, ꝙ notatur in c. causam. s̃. de rescri. & quod no. per Bar. in d. §. plures. Itẽ prædicta vera nisi iudex admoneat partes præsentes, ꝙ debeant tali die vel hora comparere ad sentẽtiã audiendã: quia monitio iudicis facta partibus præsentibus habet vim peremptorij. vt est tex. cum gl. in l. ij. C. quomõ, & qñ iudex, & est gl. no. in d. c. cõsuluit. de offi. delega. & facit, quod no. do. de Rota in sua cõclu-

10 sio. ccxxxix. ¶ † In glo. iij. in fi. no. benè, & diligẽter gl. quod quando datus est terminus ad proponendũ exceptionem, non sufficit proponere talem exceptionẽ saluis omnibus alijs exceptionibus mihi competentibus: quia hæc generalis protestatio non iuuat: sed bñ specificare illas, & hoc satis benè probatur in l. scire oportet. §. scire. ff. de excu. tu. & no. Bart. in l. j. ff. de ex-

11 ce. quod diligenter tene menti pro practica. ¶ † In gl. audiantur ibi: sed in contrariis. secus dicit do. Anto. ꝙ fortè posset dici idem in cõtrariis: quia licitum est reo proponere exceptiones contrarias saltem alternatiuè vel conditionaliter, vt si dicit se soluisse, vel saltem tutum exceptione præscriptionis. facit, quod no. in reg. nullus pluribus. de reg. iu. in vi. tamen doc. cõiter transeunt cũ glo. & videtur posse sustineri: quia non põt illas prosequi simul. & ideo videtur, quod non sit imputandum: licèt possit econtra dici, ꝙ licèt nõ possit simul prosequi ratione contrarietatis, tñ saltem possit illas proponere intra terminum sicut & contingit, qñ ꝓponit declina. iurisditionis ratione recusationis. nã licèt illa sui natura debeat præcedere aliàs vt no. in c. inter monasterium. j. de re iudi. & supra. de probatio. quoniam. tamen etiã debent aliæ dilatoriæ proponi. j. terminum. vt dixit glos. iii. & per hoc posset etiam defensari opinio Anto. ¶ In ea. gl. ibi: actio non perditur.

12 si gl. voluit † quod per lapsum termini dati ad ꝓponẽdũ exceptionẽ non tollatur actio. si est tale factum ex quò cõpetit exceptio, & actio, vt etiam videtur in exceptione compensationis. tunc glo. potest procedere: sed si velit, ꝙ si datur terminus intra quem debeat agere, quòd postea debeat audiri. Male dicit sm doc. qa si datus fuit terminus ex causa nõ audiet postea ꝑ id, ꝙ habet in l. diffamari. C. de inge. ma. & ꝙ no. in l. i. C. vt nemo inuitus. ¶ In gl. fi. in fi. Gof. in summa huius ti. tenuit contrarium. sed fortè glo. habuit bonum intellectum per id, qđ dixit in fi. qa si sciuit factum ex quò resultat exceptio, sed ignorauit ius: tunc nõ debet audiri: quia non est probabilis ignorantia cum nemini liceat ius ignorare. vt dicit gl. & facit. supra. de cõsti. c. i. secus si non habuisset notitiam facti, & ignorãtia fuisset probabilis, quia tunc non deberet audiri per id quod habetur in tex. isto.

a Excõicatus. idẽ est summariũ do. Abb. & hi q̃ras an excõicatus compensare possit distingue, vt hic per do. Hẽr. Boye. in prin. ca.

*S V M M A R I V M.*

1 *Recusari potest iudex non suspectus propter collegam suspectum.*
2 *Excommunicato permittitur ius excipiendi quo ad merita negotij, & etiam declinatoriè contra personam iudicis, & ei permittitur omnis defensio.*
3 *Excommunicatus non potest reconuenire*
4 *Excõicatus potest iurare in his quæ sunt oneris, & incommodi, sed non admittitur in his quæ sunt honoris, & commodi.*
5 *Excommunicatus iniustè an possit excipere, quod non tenetur respondere nisi restituatur ad communionem hominum.*
6 *Surreptio in contentiosis an vitiet ipso iure.*
7 *Iudex qui aliàs erat incõpetẽs efficitur cõpetens ratione recõuentionis.*
8 *Exceptionem compensationis an possit excommunicatus opponere.*
9 *Fideiussor excommunicati an possit compensare debitum excõicati.*
10 *Reus necessarius quis dicatur.*
11 *Excommunicatus an possit appellare extra iudicium.*
12 *Excommunicato an currat tempus eo casu quo non potest agere.*

a
Vm inter. Excõicatus[a] excipere appellare, & omnẽ suã defensionem facere potest: sed reconuenire nõ potest. hoc dicit. & est communis diuisio, consultatio, & responsio. secunda ibi: inquisitioni.

1 ¶ † Nota iudicem & non suspectũ posse propter suspectũ collegã recusari, quod videtur procedere, qñ non suspectus non posset absq; suspecto procedere. vbi esset simpliciter datus. facit. s̃. de offi. deleg. in c. causam

2 matrimonii. ¶ † Item not. quod excõicato nedum ꝑmittitur ius excipiẽdi quo ad merita negotii: sed etiã declinatoriè contra personam iudicis. ¶ Item no. qđ omnis defensio permittit excommunicato, & nota, ꝙ appellatio etiam dicitur defensio. ¶ Item nota, ꝙ taciturnitas declina. personæ iudicis inductiua Papæ ad concedendum rescriptum, quod aliàs ex certa sciẽtia non concederet inducit surreptionem rescripti. facit, quod habetur. s̃. de rescri. super literis. & de so. compe. ex parte. b. & vt lite non contestata. accedens. ¶ Item not. quod in casibus in quibus excõmunicatus potest esse in iudicio potest etiam sentẽtia ferri pro eo. ¶ Itẽ no. quod æqualitas in iudicio est seruanda. facit. l. fi. C. de fructibus, & lit. exp. ¶ Item no. quod vbi permittitur impugnatio, econtra aduersario debet permitti de-

3 fensio ratione æqualitatis seruandæ. ¶ Itẽ nota ꝙ †. excommunicatus non potest reconuenire. Et not. rationem quæ exprimitur in litera ex quò nota, ꝙ inducta ad vnum finem non debẽt trahi ad contrariũ. facit, ꝙ habetur in l. legata inutiliter. ff. de lega. i. ¶ In gl. i. ibi: quia quicquid facit. quasi velit, quod licèt re⁹ quò ad onus probandi censeat actor, tñ secus est quo ad alia: quia quicquid facit tunc prosequendo exceptionẽ fa-

4 cit ad sui defensionem. ¶ † In ea. gl. ibi: ꝙ ad cõmodũ. & sic vult gl. ꝙ possit præstare iuramẽta quæ sunt oneris, & incommodi. Sed non debet admitti ad iurandũ ea quę essent honoris, & cõmodi. ead. gl. xxij. q. v. in c.

5 paruuli. ¶ In ea. glo. ibi Ioã. dicit, ꝙ sic † & hæc opinio vera si cõueniatur ab eo q̃ iniustè excõicat, vel ad cui⁹ instantiam excommunicatur. Sed si a tertio per id, qđ habetur in c. frequens. de resti. spo. li. vi. de qua materia in c. nullus. ij. q. ii. per gl. & Archi. & lxxxiiij. distin.

6 quisquis. ¶ † In gloss. ex certa scientia ibi ad audientiam. ibi dicit glo. quod surreptio in contentiosis nõ vitiat ipso iure. licet possit obiici exceptio, quod si nõ

fuit

fuit opposita tenuit processus.& tenuit sentẽtia,& im
putet sibi pars quæ non appellauit si putabat se graua
tam.Nam aliàs uidetur acquieuisse sententiæ. j̃. de re
iudicata, quod ad consultationem, & lege ab eo. C.
quomodo,& quando iudex.¶ In glosa finali ibi.§.sed
si agant.ibi est ratio. Quia ratione reconuentionis est
iudex competens qui aliàs nõ erat,vt patet in iuribus
hic allegatis.Ideo ibi admittitur recõuentio.Vbi sim-
plex conuentio non admitteretur. Quia reconuen-
tio tollit defectum incompetentiæ propter eius priui-
legiũ quem non tollit conuentio. Sed hic reconuen-
tio tendit ad impugnationẽ.quæ non est permissa ex-
cõmunicato,sed defensio sic.Ideo secus in reconuen-
tione.¶ In eadem glosa in fine nota bene ex glosa, ꝙ
excommonicatus non videtur posse opponere exce-
ptionẽ compensationis.Quidam tamen dicunt,ꝙ si te
nemus opinionẽ,ꝙ compensatio fiat in ipso iure,tune
vr̃ competere excõmunicato:quia in effectu non cen
setur obligatus. Si autem tenemus opinionẽ quæ est
cõis,qđ non fiat nisi opponatur. tunc dicit Hostien.ꝙ
si debitum est liquidum,& aduersarius non contradi-
cit,ꝙ compensatio debet admitti per legẽ si.C.de cõ-
pensatio.& facit,quod hr̃.j̃.de deposito.ca.bona fides,
nam sufficere dẽt iudici secũdũ eũ qualitercũq; satisfa
ciat creditori.l.si rẽ.ff.de pign.actio.Si autem aduersa
rius cõtradicat ne fiat ꝯpẽsatio.tũc adhuc tenet Host.
ꝙ potest compensare:quia ẽt in cõpẽsatione venit, ꝙ
non potest peti.l.etiam.ff.de compensa.&,qa ẽt excõ
municatus videtur posse soluere debitũ per id, qđ no
tatur.s̃.de dolo,& contuma.in c.veritatis. Et sic eadẽ
rõne cõpensare. facit.l.si debitor.ff.qui potio.in pign.
habeantur.Sed Gof.tenet eum glo.per.l.amplius.ff.rẽ
ratam haberi. Vbi ille qui damnatus est nõ petere nõ
potest compensare,quia videtur petere.& istud etiam
sequitur Tancre.Io.& Vincen.do.Ant.hic tenet opi-
nio.Hostien.ꝙ possit cõpensare: quia omnis exceptio
reseruatur excõicato. vt hic videtur innui.ergo etiam
exceptio compensationis. nec obstat,ꝙ in consequen
tiam sibi debitum cõsequitur,quia principaliter agit
excipere, quod est sibi permissum.& ideo non debet
attendi,quod in consequentiam potest euenire.l.j. in
fin.ff. de auto. tuto. & per hoc etiam non obstat, ꝙ
compensans dicatur impugnare, quia hoc facit indi-
rectè. & per quãdã consequentiam nõ principaliter.
4 benẽ.s̄.de iuteiu.c.ij.& c.sicut nostris. ¶ †In gl.fi.in fi. Bart.in l.cum mulier.ff.solu.matrimo. dicit, quod vbi excipiens tractat de dãno: tunc non admittitur replicatio doli, exemplum patet in §. Marcellus, allega.in gl.sed vbi excipiens tractaret de lucro: tunc bene admittitur replicatio, exemplum ex his quæ habentur in d.l.cum mulier, vt si mulier repetit dotem, & excipiatur de adulterio eius: tunc poterit replicari de adulterio viri.nam tunc mulier tractat de damno, & excipiens de lucro, cum venit lucrari dotem propter adulterium mulieris, facit quod habetur in l. consensu.C. de repu.& ista theorica videtur vera, quãdo exceptio, & replicatio concernunt merita negotij de quo agitur. sed si ꝯcernunt ꝑsonã tunc vr̃ ꝙ non tollatur exceptio per replicationẽ, quia tunc replicatio non inficit illam, & ista est ratio tex.nam exceptio excõicationis opponebatur contra personam agentis, & similiter replicatio contra personam excipientis, & ideo nõ admittitur replicatio, quia exceptio tendit ad defensionẽ q̃ nemini est deneganda. supra.eo.cum inter, iõ replicatio, tunc non inficit illam, & sic licèt excipiens tractaret de lucro, vt quia agens peteret aliquid ꝙ sibi debetur a conuento qui excipit de excõicatione: tamen non tolletur exceptio per replicationem, quia vt dixi replicatio non inficit illam, facit ꝙ notat̃ in Spec. eo.tit.§.fina.circa fin.secus est quando exceptio cõcernit merita causæ, quia tunc si excipiens tractat de lucro replicatio inficit exceptionem, quia vi compensationis videtur tolli, vt in c.penul. de adul.ff. solu. matrimo.l.vito atque vxore, & facit, quod notat Inn.in c. intelleximus, de adult.& p p̃dicta inferri põt ad similia.de quibus per Bart.in dicta.l.cum mulier, ad.c. autem cum ecclesiæ.supra.eodẽ.dic, vt ibi plenè dictum fuit. ¶ Extra gloss.tangit hic Inno.de forma cõmissionis citationis: cites omnes qui se uolũt, & possunt opponere p publicum edictum, & concludit, quod non arctatur quis ad comparendum nisi uelit: cũ ex forma cõmissionis in eorum uoluntate videatur relinqui: a ctat etiam de forma, vt citentur omnes qui opponunt se electioni tali, an debebunt citari illi qui post datam se opposuerunt, & recitat opinio. & finaliter videtur remanere, quod non: quia data litterarum debet attẽdi.de rescript.c.eam te. & aliqua etiam alia tangit circa hoc.de quibus etiam per Io.And.qui etiam remittit ad Specul. ¶ Vltimo iste tex.inducitur per Hostien. contra Innocen.in c.eum inter. supra.eo.inquantum
5 dicit ibi, ꝙ † reus uoluntarius repellitur per exceptionem excõmunicationes: licèt in necessario secus, qa hic ur̃, ꝙ sponte se opponebant, & tamen non repelluntur. Innoc.tamen uidetur r̃ndere, ꝙ isti censendi erant rei necessarij, quia tracti erant ad causam: ut patet ex littera ibi traxisset in causam, & ideo secũdũ eũ, ex quo fuerunt citati, uidetur tunc citãs, seu faciens citari firmare ꝑsonam eorum, secus quando sponte q̃s compareret. Sed Hosti.vr̃ uelle, ꝙ isti opposuerunt se uoluntariè, licèt postea fuerunt citati, & dicit, qđ etiam reus voluntarius debet admitti nõ obstante exceptione excommunicationis: vnde dicit Clemẽtem pronuntiasse, quod opponens se trãslato petẽti possessionem cui opponebatur crimẽ cum infamia contra quem prælatus ipse replicat excommunicationẽ non debere repelli ipsum excipientem: licèt sit reus uoluntarius, & non uocatus. Specu.in ritu.de actio.§.j.uersi. itẽ, ꝙ est excõicatus, & dicit seruari ĩ curia, qđ excõicatus p ecclia sua possit se opponere ꝯ petẽtẽ ꝯfirmationẽ: ẽt si uoluntariè ueniat, & istud ẽt in effectu tenet hic do.Anto.alleg. etiam, quod notatur p Inn.j.de accusa.super his.in uer.excludatur.secus dicit ubi uellet se opponere p interesse publico, & nõ p interesse ecclesiæ: quia tunc poterit, & idẽ voluit ẽt Spe. in d.versi.item, ꝙ excõicatus, si velit se opponere pro proprio interesse.licèt do.An.aliter videatur sentire.s̄.eo.cum inter.nec ob.prædictis.s̄.de iudi.exhibita.quia ibi nõ veniebat per modũ exceptionis: sed per modũ actionis petendo electionem cassari: quo casu non auditur etiam si nomine ecclesiæ velit agere. Et no. quod etiã reus uoluntarius dicitur si quis spõte præcedente edicto seu generali citatione, quod quicunq; velit se opponere contra talem compareat intra talẽ terminũ.nã licèt præcedat citatio non citatur specifice aliquis: & etiam citatur in genere, vt demum cõpareat q velit, facit, qđ dixi.supra.post Inn.& iõ dicet̃ reus voluntarius.& hoc etiam tenuit Bar.in d.l.cũ mulier, & multo fortius dicetur voluntarius in cã.authen.si omnes. C.si vt se ab hæredi.absti.vbi non fit citatio, vt se opponat: sed vt videat bona, vt hic tãgit Io.And.& ẽt.d. Ant.facit, qđ no.Archi.de exce.c.pia.lib.vj.& per prędicta vr̃ posse dici: quòd si tertius non vocatus ad iudiciũ, vel vocatus per generale ędictum emanatũ.vt quicunq; velit se opponere compareat non sit audiendus si sit excõicatus, quia voluntarius reus videtur esse: & ideo non videtur audiendus, vt voluit Inn. in d.c. cũ inter.& etiam Bar.in d.l.cum mulier. & Arch. in d.c. pia, & hoc clarum, quando non fiebat sibi plenum p̃iudicium, si autem fiebat sibi plenũ præiudiciũ est magis dubium propter ea quæ dixi in d. c. cum inter. nã do.Ant.ibi sensit, quod tũc secus: sed fortè de iure videtur contrarium verius: qa ex quò voluntariè venit. hoc est nõ vocatus videtur qđ nõ sit firmata persona eius, & ideo possit repelli per exceptionẽ excõicationis: & licèt iudiciũ sibi præiudicet imputet sibi quare non petit se absolui, sicut videmus in simili.qđ etiam sicut spoliatus nõ potest agere durante excõicatione, vt no.supra.de procura.ex insinuatione.

a Per exceptionem.tã qui ex vno ore locuti sunt. d. Io. & do.Abb. in summatione huiꝰ ca.

### SVMMARIVM.

1 *Suspensus est inhabilis ad eligendum.*
2 *Suspẽdere aliquẽ ab officio, & beneficio, & ipsum priuare paria sunt.*
3 *Suspensus ab officio an intelligatur suspensus a beneficio.*
4 *Laicus an possit esse procurator clerici in causa spirituali.*
5 *Absolutio ad cautelam quare sic dicatur.*
6 *Absoluere ad cautelam an possit quilibet iudex etiam inferior.*

a Postolicę. Per exceptionem a suspẽsionis contra quã replicat̃ de nullitate: si ordinatio ecclesiæ retardat̃ fit relaxatio ad cautelã.h.d.& primo ponit exceptionẽ, secũdo replicationẽ. tertio relaxationis cãm, quarto relationẽ.scđa ibi: quas tertia ibi: nos r̃n.
1 quarta ibi: sententias. ¶ No.vnũ effectum† suspensionis, quia impedit, & inhabilitat quẽ ad eligendum. facit, qđ habetur.supra.de cõsue.cũ dilectus. & ex hoc etiam no.qđ suspensus ab officio, & beneficio vr̃ priuari iure vocis dande quã habet ratione beneficij, facit, qđ notatur in c.cũ vintoniensis.de elec.& in c.pręalleg.cũ dilectus, & adde, qđ habetur in d.c.cũ vintoniẽsis. ¶ Vltimo no.qđ in sñiis suspẽsionis, & amotionis a beneficio ꝓcedit absolutione ad cautelã, sicut & in sentẽtia excõicationis, de qua absolutio ad cautelã plenè habet̃ in c.solet.de sen.excõi.in vi. ¶ In gl.i.ibi: de suspensione tamen quæ contrahitur p participationẽ, sup.participando cũ excõmunicatis in locutione, vel mẽsa, non autem in crimine, per id, qđ habetur.j. de sen.excõi.nuper.& in c.si cõcubinæ.nam si partici

paret

paret in crimine incurreret maiorem excõicationẽ:vt
ibi patet:sed vbi aliter participãt,incurrit participãs so
lum minorem per quã suspẽsus a participatione sacra
mentorum. vt in c.si.de cler.excom.minis.& sic bene
dicit gloss. de suspensioue canonis quæ contrahitur
per participationẽ cum excõmunicato: quia illa non
suspendit ab officio, vel bñficio, sed a participatione
sacramentorum,secus si esset suspẽsio canonis,quę ex
alia causa contraheretur p quam quis suspenderetur
ab officio,vt patet ĩ e.j.de iud.in vj. & in c.j.de sen.ex
cõi.lib.vj.¶In ea.glo.ibi priuati sint.innuit gloss.con-
a iuncta cum text.q paria sunt a quem † suspendere ab
2 officio,vel beneficio,vel ipsum priuare, de quo p In-
noc.in c.cum bonæ. supra. de ęta. & qualita. vbi dicit
hoc verũ,qñ hoc fieret cum causæ cognitione, & pro
pter crimen,exquò posset priuari:secus si interloquẽ-
do fieret dicta supẽsio,vel rõne cõtumacię.de quo dic
3 vt ibi p eũ de cohabi.cleri.in c. sicut. An autẽ † suspẽ
sus ab officio intelligatur suspensus a beneficio, tan-
gitur.supra.de consuc.in c. cum dilectus. & in d.c.cũ
bonæ,recurre ad glo.nota.in cle.cupientes, super uer.
suspẽsi.quæ incipit no.nouam,de pe.vbi gl.refert plu
res opi.& finaliter cõcludit,quod non, si pro leui cri-
mine,vel p cõtumacia sit suspensus ab officio: secus
si pro graui:saltem si sit in mora petendi absolutionẽ,
de quo dic,vt ibi.¶In ea.gl.ibi pro eo,q possidere nõ
pñt,& sic vr uelle gl.quod non possit quis agere etiam
pro alio super eo, quod possidere non potest, & per
4 hoc dicunt aliqui,quòd † laicus nõ poterit esse pcura
tor clerici in iudicio in causa spirituali: sed ɔtrariũ ho
die est determinatũ in c.j.de pcura.in vj.& ideo videẽ
qđ isti licèt suspensi ab officio,& bñficio:licèt nõ pos-
sint agere pro ecclesia qua sunt priuati, tamen, ex
quo non sunt priuati communione hominũ videtur
quòd possint pro alijs suis propriis esse in iudicio: ẽr p
negotiis aliorũ spiritualibus. ¶ In gl.fi.& hæc abso-
lutio ad cautelam conceditur,quando allegatur nul-
litas sñiæ censuræ: nisi opponaĩ, quòd pro manifesta
causa, seu pro manifesta offensa fuerit facta.j̃. de sen.
5 excom.solet.lib.vj.dicitur aũt ideo absolutio † ad cau
telam,q̃a fit ad cautelam excõicati q̃ fortè dubitat,an
sit excõicatus licèt firmius, & probabilius credar, qđ
nõ,& ideo ne lædaĩ opi.sua in aliquo propter infamiã
excõicationis ad cautelam dr̃ fieri absolutio. ¶ Itẽ dr̃
fieri ad cautelam aliorũ,vt sibi possint secure commu
nicare qui aliàs fortè se retraherent. Item dicitur fieri
ad cautelam: ne fortè gesta per eum interim irriten-
tur, ut fuit in casu huius decre.'& ideo ad cautelam
ecclesiæ ne periclitaretur prouisio ecclesiæ, & ne ali-
quid posset dici contra prouisionem facta fuit absolu
tio ad cautelam, & de ista materia plenè tractatur in
6 d.c.solet.¶ † An autem quilibet iudex etiam inferior
possit absoluere ad cautelam,dic,quòd sic a sententiis
pro se,vel sua autoritate latis,nõ autem a sentẽtiis alio
rum,nisi aliud reperiatur in iure expressum: vt uoluit
hic Host.de quo remittit ad no.s̃.de offi.ordi.ad repri-
mendam. & c.pastoralis.§. fi. ¶ Quomodo autem su-
spensionem perpetuam, vel ad longum tempus non
facit delegatus Episcopi,remittit Io.An.ad nota. in c.
j.j̃.de exces.præla.vbi per Inno.

*S V M M A R I V M.*

1 *Excommunicatio lata in vniuersitatem, an valeat.*
2 *Excommunicatus auditur appellans, & appellationem prosequens in iudicio.*
3 *Libellus super attentatis qualiter formetur.*
4 *Attentata post appellationem, an sit omnia reuocanda.*

Ilectę filiæ. Per exceptionẽ excõi-
cationis non repellitur
q̃s a prosecutione appellationis. h.d.¶ Et
in primã appellantis narratio, in secunda
appellationis cõmissio.secunda ibi quo circa.¶ Not.
1 j.quod valere videtur † excommunicatio lata in vni-
uersitatem,de quo dic,vt hodie habeĩ in c.Romana.§.
vniuersitatẽ. de sen.excõi.in vj.sed tamen hic nõ di-
cit,q sit lata in ipsum cõuentũ monialiũ: sed in ipsas
moniales:& sic in personas monialiũ.¶ Item no.q ap
pellatio debet ĩterponi ex legitima cã,de quo j̃.de ap.
2 in c.vt debitus.& c.ordi.eo.ti.li.vj.¶ Itẽ no.quod † ex
cõicatus auditur appellans:& ẽt prosequẽs appellatio
nem in iudicio:& maximè qñ est excõicatus post ap-
pellationem legitimã,cũ talis excõicatio censeaĩ nul
la.j.de sen.excõi.per tuas.¶ Item no.quod in omni cã
in qua excõicatus audiĩ agens,vel excipiẽs in eo põt
impetrare,& valet rescriptũ,in aliis aũt nõ.vt in c.j.de
rescrip.in vi.¶ Itẽ no.scđm Goffre.qđ licèt sit faciẽda
mẽtio in rescripto de processu.vt j.de re iud.in c.inter
monasterium. hoc tamen nõ procedit in his quæ fiũt
post appellationem. nã tũc si per appellationẽ sit re-
cessum a iudice,non teneĩ scire appellãs q̃d postea fa
ciat iudex,& iõ de illo nõ teneĩ facere mẽtionẽ,vt hic
patet & j̃.de ɔfir.vti.vel inuti.in c.bonę.& no. ẽt scđm
Phi.qđ sicut de literis q̃ sunt nullæ nõ est necesse face
re mentionẽ.facit,qđ no.s̃.de rescri.in c.ex tenore.&
j̃.de cõces.pben.in c.cũ nostris,ita nõ est necesse face
re mẽtionẽ excõicationis q̃ est nulla.¶ Extra gl.tãgit
hic Inn.aliqua circa materiã attentatorũ.de qua mate
ria recurre ad gl.in c.non solũ.j̃.de appel.in vi. vbi est
3 gl.magi.& tangit etiã de forma † libelli sup attentatis
quæ poterit esse talis,peto a vobis domine iudex reuo
cari q̃cq̃d est factum post talẽ sñiam a qua appellaui,
& ne prætextu dictæ sñiæ aliquid ɔtra me attenteĩ q̃-
diu pẽdebit appellatio,& antequã per uos fuerit diffi
nita.¶ Quid aũt si appellans petat sñiam pronuntiari
iniquã,& ante oĩa reuocari attentata:an si pcedaĩ su-
per dicta petitione.& fiat cõtestatio poterit appellans
instare post contestationem:vt per uiã attentati iudi-
cis officio reuoceñ attentata,dicit Spe.qđ non,sed de
bebit amodo via ordinaria pcedi,& imputet sibi q li
tem est cõtestatus,q̃a debuit pri⁹ facere reuocari attẽ-
tata,vt no.ipse Spec.in tit.de appel.§.penu.ad fin. sed
Io.An.in c.non solum.de appel.in vi. nouella tenuit
contrariũ,quia per hoc intelligiĩ renuntiasse vie attẽ
tati:ex quo ante omnia petiit attẽtata reuocari,& hoc
sequitur etiam hic do.An.de quo dicendum, vt ibi.
4 ¶ † An autem indifferenter sint reuocanda omnia at-
tenta pendente appellatione,cõcludit Inn. qđ omnia
quæ impedit pendentia causę principalis impedit etiã
pendentia appellationis,& omnia quę non afficit pen
dentia causæ principalis non afficit pendentia causæ
appellationis,quod no.& bene facit,quod habetur in
tex.& qđ ibi no.per Bar.in l.postquam.§. imperator.
ff.vt lega.no.ca.& per hoc infert,qđ si alieneĩ res, qñ
actum est actione personali:quia pendentia litis causę
principalis non afficit talem alienationem,non afficit
etiam appellatio:sec⁹ si actũ sit actione reali,facit etiã
qđ not.Inn.s̃.de consti.in c.cum.M.& ibi etiam dixi.
nam hæc opi.non videĩ vera:quia si actum sit actione
personali res videtur affecta,per id, quod habetur in
l.ij.C.de litigio.& quod no.per Bar.in l.fi.ff.de litigio.
& facit etiam,qđ dixi in c.fi.supra. ut lit. pen. de quo
dic,vt dixi in.c.cum.M.

a An paria sũt. Aliquẽ suspendere a beneficio & officio, & ipsũ priuare. & ad de hic do. Abba.in ij. col.ver.op. videĩ enim nume.a.

*S V M M A R I V M.*

1 *Verbum pluralis numeri datur quandoque singulari numero, quando est collectiuum.*

2 *Capitulum, an possit excommunicari.*
3 *Appellare potest vtraque pars ab eadem sententia.*
4 *Sententia, an possit ferri pro excommunicato.*
5 *Excommunicatus, an audiatur si velit dicere sententiam nullam.*
6 *Excommunicatus, an possit petere restitutionem in integrum.*
7 *Excommunicatus, an possit petere laudũ reduci ad arbitriũ boni viri.*
8 *Excommunicatus, an possit petere reuocari tenutam contrà se datam.*
9 *Procurator excommunicatus, an possit pro domino suo prosequi appellationem.*
10 *Excommunicatus quare auditur appellans.*

a Per exceptionẽ. idẽ per omnia sẽmat hic. Abbas.

a Significauerunt. Per exceptionẽ[a] excõmunicationis a prosecutione appel
latinnis, ẽt originalis actor repelli non
dẽt. h. d. Et prĩn ponit appellãtis q̃relã,
scd̃o iudicẽ istruit. scd̃a ibi mãdamus.
1 ¶ †No. ꝙ interdũ numero singulari datur verbũ plu-
ralis numeri, qñ est collectiuũ multorũ. de quo ꝑ Io.
2 Cal. in c. capitulũ. supra. de rescr. ¶ Itẽ no. ꝙ † capitulũ
vr̃ posse excõicari. sup quo dic, vt hodie hr̃ in c. Ro-
mana. §. in vniuersitatẽ. de sen. excõ. in 6. ¶ Item no.
3 ꝙ † ab eadẽ sñia põt vtraque pars appellare, qñ cõtinet
diuersa capitula. facit, qđ habeť in c. Raynutius. & c.
Raynaldus. ĵ. de testa. ¶ Itẽ no. qđ nĩs legitima defen-
sio reseruatur excommunicatn. & not. singulariter, ꝙ
defendere dicitur qui appellat. & si sit originalis actor
qa se defendere videtur aduersus stimulum, seu iniq
tatẽ sñiæ, quæ alias transiret in rem iudicatam. ¶ Itẽ
nnt. casum in quo finita causa appellationis cõmittiť
causa iudicis, a quo est appellatum. qñ iudex ꝓnuntia
uerit supersedendum, vbi non debebat supersederi. fa
cit, quod notãr dñi de Rota in sua cõclu. lxxxiiii. ¶ In
gloss. ij. ibi: a parte aduersa expensas, aliqui reprobãt
istam expositionem, quia non videtur fuisse licitum
appellare propter expensas. ex quo appellatum fuit
per partem aduersam in principali per. l. fina. C. quan
do ꝓuo. nnn est neces. sed certè ibi loquitur, qñ fuit
omissa ꝯdẽnatin expẽsarũ: vñ cũ appellatio rescindat
ꝓnunciatum, sicut pẽdẽte cã principali poterãt peti
expensæ ita modo poterant peti pẽdẽte cã appellatio
nis. & ideo, ex quò appellatum est per partem aduer-
sam in principali non potest appellari per illũ qui ob-
tinuit in causa principali ratione omissę cõdemnatio-
nis expensarum, sed hic loquiť, qñ nõ fuit omissa mẽ-
tio expẽsarum: sed expresse fuit pars dicta absoluta ab
expẽsis, quò casu sñia lata sup expensis si nõ appelleť.
trãsiret in rẽ iudicatã. supra. de elec. cum dilecti. ad fin.
& de re iudic. quòd ad cõsultationẽ. & hic est ille ca-
sus secundum istum intellectum. & hoc no. diligẽter
pro limitatinne. d. l. fi. qa vidi, qñq; in hoc errari. & sic
vr̃, ꝙ ille tex. nõ hẽt locum: qñ sup expẽsis aliqua sñia
fuit lata, qa tunc licèt appelletur ꝑ partẽ aduersam in
principali, nõ tñ ꝓderit illi contra quẽ fuit lata sñia in
expensis nisi ipse expresse appellet: & tunc sua appel-
latio erit illa q̃ sibi ꝓderit. & istũ intellectum sequitur
domi. Antn. qđ tene menti. ¶ In gl. penul. ibi nõ videť
4 valere † sñia sup. quãtum ad effectũ, qa si petatur exe-
cutio poterit obiici excommunicatio. & si ꝓbeť repel
leť: sed tñ ipso iure valebit sñia, qđ patet, qa ipso solu-
to agere poterit, & petere executionem, & audiri de-
bebit: vt infra. tangit glos. ¶ In eadem gloss. in fin.
not. bene ex his quæ superius dixit glo. quòd nedum
reo originali: sed etiam actori originali licitum est ap
pellare, si grauetur. ¶ Item secundo nn. quòd si contin
git sñiam ferri pro eo saltẽ poterit ferri sñia per q̃ cas-
setur præcedens ipsum grauans. An autem possit ferri
condemnatoria pro eo: an vero debebit differri in
tp̃s absolutionis ab excommunicatione est magis du
biũ. & gl. posuit op. videť tñ residere, ꝙ possit ferri sñia
condemnatoria pro excõmunicato, sed si postea petat
executionẽ, poterit repelli exceptione excõicationis
si nnn fuerit absolutus. ¶ Circa primum aduerte, quia
glo. communiter tenetur per istum text. vbi est casus
vinlando ipsum. & hoc etiã sequitur Archidi. in c. pia.
de exceptio. in vj. & etiam Io. An. hic. licèt Host. tenue
rit contrarium dicens, quod actor originarius si fuerit
excommunicatus non debet audiri ẽt appellãdo: ex
quo originarius actor est. sed certè illa opi. est contra
istum tex. licèt nitatur respõdere, & ipsum violare. iõ
tene. opini. glo. quia debet tũc audiri, cum appellãdo
se defendat aduersus iniquitatem sententiæ, vt ẽt teti
git glo. ¶ Circa scd̃m, licet dom. An. hic satis instet cõ
clude, ꝙ si est appellatum ab interlocutoria, & illa po
stea reuocetur, & actor velit prosequi in negotio prin
cipali scd̃m formam. c. vt debitus. de appel. poterit si-
bi obijci exceptio excommunicationis: quia iste est
actus separatus ab interlocutoria. facit, qđ habetur in
c. pia. ad fi. de exceptio. lib. vj. si autem appellatum sit a
diffinitiua: tunc si ab initio sit oppositum de excõica-
tione, & qđ non debet audiri saltem, vt aliqua cõdem
natio, vel adiudicatio sequatur pro eo: & tunc debet
audiri reus volẽs probare excõmunicationem ad di-
ctum effectum non obstante appellatione facta a dif-
finitiua, & sic intelligatur opi. Io. Cal. qui dicebat nul
lo modo ferendam esse adiudicatnriam, vel condẽna
toriã sñiæ pro excommunicato etiam appellante: sed
si vellet repellere eũ quominus posset prosequi appel
lationẽ ad finẽ cassetur sententia: & tunc non põt, qa
ad hunc finẽ permissum est sibi appellare: & appella-
tionem prosequi ad finem, vt auferatur grauamen si-
bi illatum, & sic per consequens permissum est ad fi-
nem, vt possit ferri sñia cassationis primæ sñiæ. facit,
qđ habeť. s̃. co. cũ inter. & si dicas, qđ cassando sñiam
videtur in cõsequentiam cõdemnare. facit Leos. C. de
appel. dicit, qđ iudex poterit declarare, qđ non faciat
hoc animo cõdẽnandi, ex quò constat illũ esse excõi-
catum. facit, quod notant dñi de Rota in sua cõclusio
ne. cxcix. si autem a principio nõ fuerit oppositũ acto
rem appellantẽ nnn esse audiendum quo ad finẽ præ-
dictum: sed fortè post conclusionem in causa hoc ali
ter, tunc potest procedere opi. glo. quia cũ tũc non cõ
stat illum esse excommunicatũ, nec etiam debeat au-
diri hoc allegans, cũ probatio nõ debeat fieri post cõ-
clusionẽ in, causa de procurato. auditis. & s̃. de fide in-
stru. cum dilectus. ideo tũc ex quo iudici nõ cõstat de
excõicatione poterit cassare primam sententiam: & ẽt
condemnare reum ipsi appellãti. & sic intelligať hęc
glo. ¶ Quid autẽ si sit actor originarius nõ appellans,
sed appellatus, quia sententia fuit lata pro eo, & reus
appellauit: an si velit prosequi appel. interpositam per
reum erit audiendus. dic, quod non, quia tunc nõ po-
test dici se defendere eum habeãt sententiã ꝓ se. & sic
ius suum nõ est læsum. & sic non nocet sibi si nõ ꝓse-
quitur. qa si reus non prosequitur rata manebit sñia.
facit. l. vlti. ad fi. C. de tẽpo. appel. & hoc ẽt tenuit Ar-
chi. in c. pia. de excep. in vi. & hoc intellige verũ quan
do prosequi vult reo non prosequẽte, qđ aliàs potest
facere appellatus in auth. item si appellatione. C. de
tempo appel. sed si reus ipse prosequeretur appellatio
nẽ benè deberet audiri ipse actor: licèt excõicatus vo
lens defendere sententiam, quia non debet esse licitũ
appellãti illam impugnare: & hoc non sit licitũ appel-
latũ econtra illam defendere: quia sic læderetur ęqui-
tas iudicii: & non seruaretur ęqualitas, contra ea quę
habentur. supra. eo. cum inter. & pro hoc bñ facit, qđ
not. per Inn. j. c. proxi. ubi decidit, qđ quando excõi-
catus

catus cogitur ad agendum ad instantiam rei, ꝙ tunc potest causam ꝓsequi, nec potest repelli per exceptionem excommunicationis: exemplum, si reus agat eo dictione.ex l.diffamari.C. de inge.& ma.dicens ꝙ qa talis diffamat eum, & asserit ipsum esse debitorē suū petit statui sibi tempus intra quod cogatur agere.posset etiam poni exemplum per ea, quæ habentur in auth.qui semel.C. quomodo & q uando iudex. quia si semel reus est citatus ad instantiam actoris, si actor postea non prosequatur potest petere, ꝙ cogatur ipse actor in causa procedere: vnde tūc quia actor nō agit voluntariè, sed de necessitate ad instantiam rei, nō poterit obijci exceptio excommunicationis. nam etiā tunc ipse reus esset quodammodo sibi contrarius. nā ex vna parte vellet eum agere, ex alia vellet repellere, ideo ratione contrarietatis, tunc repelletetur.j.de app.solicitudinem.¶Circa tertium autem ꝙ dicit gl. de executione bene dicit.quia secundū omnes poterit obijci exceptio per id, quod habetur in c.pia ad fi. de exceptio.lib.vj.& adde quod decret.pia. olim erat de extrauagantibus.Inno.sed hodie habetur ꝓ c.j.de excep.in vj.¶In gl.fi.in fi.hæc soluit.in se vera, tamē quia videtur diuinate potes dicere, ꝙ hic grauauerat iudex in repellendo processum eo casu quo ipse procedere debebat: & ideo vt grauamen per oppositum repareretur fit ad eum remissio. facit, quod notant dñi de Rota.in sua conclusi.lxxxiij. Extra gloss.hic tangit

5 Io.An. hic sicut†excōmunicatus audiatur appellās. ita audiat, si sententiā nullā dicere velit. Host.tenuit ꝙ sic.quia omnis defensio reseruari debet excommunicato.supra eo.cum inter.& hic sed inter aliās defensiones est ēt remedīu nullitatis:ergo hæc via non dēt esse ei exclusa.argu.supra de maio.& obe.in c. solitę. ad fi.& l.a procuratore.C.mandati.& quia si defendit appellando, quando sententia est aliqua, ergo fortius dēt ei ꝑmitti, q̄ū est nulla.ar.eorum, quæ hñr in auth. multomagis.C.de sacrosan.eccl.& cum in cunctis in prin.supra eo.¶Itē quia se defendere aduersus sententiā male latam contra eum.& sic videtur ꝙ debeat audiri:contrarium tenet Ioan. An.per ea, quæ habentur.in c.j.de rescr.in vj. quia si licitum esset excōicato principaliter dicere de nullitate:ergo licitū esset supplicatione impetrare.j.eo.c.fi.& tamē hoc est falsum. qa iste casus non numerat in d.c.j.præterea non vī eadē ratio in nullitate, & appellatione: quia si non posset appellare sñia transiret in rem iudicatam. & sic magnum præiudicium generareī ipsi excōicato, secus si non dicat sententiam nullam. quia semper potest dicere de nullitate.l.iiij.§. condemnatum.ff.de re iudi. & etiam ipso absoluto poterit dicere de nullitate: & ideo non generatur magnum præiudicium sibi si nō potest dicere de nullitate per viam principalis petitionis.

6 ¶†An autem possit petere restitutionē in integrū.Hostien.videtur concludere, ꝙ si petatur ex clausula generali ꝑ ꝑ cām aliquā, & nisi subueniretī illa ꝓbata pateretur enorme dānū, vel periclitaretī anima, ꝙ tunc debeat audiri.argu.supra eo.cum inter. secus dicit ubi peteret ex solo fauore ꝑsonæ: qa excōcati repellūtur ab omni legum fauorabili auxilio, in Auth. de priuile.do.hereti.mu.non ꝑstan. colla.viij. dñi de Ro.in sua conclu.cccclxij. dicunt ꝙ principaliter nō pōt petere restōnem:sed incidenter, si vult illam petere, vt restituatur ad appellandum: ꝙ cum appellatio, sit permissa excommunicato: vt hic patet, & hoc præambulum debet esse permissum: videlicet possit restitui ad appellandum, argum.l.omnino.ff.de spon.forte posset dici, quòd posset imputari excōcato quare nō appellauit:& ideo videtur, quod non dēat restitui, cū negligentibus iura non subueniant.l.non enim.ff.ex qui.cau.in maio.& ideo videtur simpliciter tenendum, ꝙ non possit in integrum restitui petere, cum hoc nō reperiatur iure expressum. nec est de casibus positis in c.j.de rescrip.in vj.& imputet sibi quare non appellat, cum ab omni grauamine de iure canonico possit appellari.j.de appel.vt debitus.& eod.titu.c.i.lib. vi.

7 ¶†An autem possit petere laudum reduci ad arbitriū boni viri, tenuit hic do.Anto.ꝙ sic.& pro ipso facit: qa videtur esse quędā species appellandi.l. non distinguimus.§.cum quidam.ff.de arbi.& ideo sicut ꝑmissum est sibi appellare, ita videtur, ꝙ sit permissum dictam reductionem petere, allega.quod no. Lapus de Casti.in sua allega.bono.sed potest forte de iure dici contrarium:quia de iure communi laudum nō transit in rem iudicatam per lapsum decem dierū loquēdo de laudo arbitratorū, vt no.Inn.in c. quintaualis. & ibi etiā dixi.supra de iureiu.& no.Bar.in l.si societatem.§. arbitrorum.ff.pro socio. licēt sententia meri arbitri emologetur per lapsum decem dierū, & si non cōtradicat.l.pe.C.de arbi. & sola contradictio impedit talem emologationem, si fit infra decē dies, & sic ēt tenendo, ꝙ haberet locum emologatio in laudo arbitratorum sufficeret contradictio intra decē dies, & per ɔ̄ns pateret, nec posset peti magnum damnū excommunicatus: si non peteret reductionem, hæc vera de iure communi, statuta sū quandoq; aliter ꝓuidēt, vnde si statutū diceret, ꝙ laudū arbitratoris mādetur executioni: nisi petatur intra decem dies reductio ꝓcedere dictum d.Ant.

8 ¶†Ante aūt q̄ excōicatus possit petere reuocari tenutam contra se datam dixi.s.e. in e.cum inter, & ibi etiam dixi, an possit prosequi appellationem extraiudicialem:& an etiam si sit spoliatus possit petere restitui, de quo etiam tangit gl.in c.in nomine domini.23.distin.& in c.ex insinuatione.

9 supra de procura. ¶†An autem procurator excōicatus possit pro domino suo prosequi appella. Inno. hic tangit opi.& non perfectē dicit, vt hic etiā tangit Hosti.conclude ꝙ non:qa licēt teneatur appellare: non tamen tenetur prosequi.supra de procura. non iniuste.§.fi.& sic si vellet prosequi, voluntariè se communioni hominum videretur ingerere, & ideo debet repelli per id, quod habetur.supra eo.cum inter. & j.de cleri.excō.mini.in c.illud.& hoc clarum quando simpliciter fuit constitutus:quo casu videtur constitutus ad instantiam causæ principalis, ut possit appellare: sed si fuisset constitutus etiam ad prosequendam appellationem, tunc est magis dubium:quia uidetur necessario trahi ad prosecutionem propter fidem susceptam, & datā:& hoc tenuit Inn.sed Host.tenuit cōtrarium, & bene, quia intelligitur suscepisse mandatum ad prosequendum: si non sequatur status mutatio.argu.quemadmodum.supra de iureiuran. & ideo non tenetur si superueniat excommunicatio, nam ēt si expressè promisisset prosequi: etiam si contingeret ipsum excommunicari turpis fuisset promissio, & sic non seruanda.22.q.4.in malis.& supra de pact.c. fi.& ideo propter periculum animarum tenetur seruare: nec etiam erit magnum damnum domino, vel procuratori: quia poterit, vel per se vel alium procuratorē

10 prosequi causam, de quo etiam per Io.An.¶†Vltimo no.diligenter ꝙ ideo auditur excommunicatus appellans, quia sibi non simpliciter denegatur audientia: sed denegatur potestas agendi, & impugnandi, & datur defensio, si autem simpliciter denegaretur audientia: tunc uideretur, ꝙ non audiretur appellans, per id, quod habetur.15.q.7. in c.si qs deinceps, vbi Arch. hoc uidetur uelle post Bar. Brixien.in uer. audientia. & sic

& sic transit etiam do. Anto. sed in contrarium facit,
quod habetur in d.c.in nomine domini.xxiij. distin.
vbi excommunicato videtur denegara audientia: &
tamen dicimus,ꝙ non videtur esse denegata appella
tio,& pro hoc etiam,quia nemini videtur deneganda
defensio:q̄ est de iure naturali in cle.pastoralis, de re
iudica.& in l.vt vim.ff.de iust.& iur.& sic videtur,qđ
non intelligatur,etiam interdicta appellatio,quæ est
species defensionis,facit quod notat Bar.in l. cū mu-
lier.ff.sol.mat.& nota etiam quod agitur de periculo
animarum:vt in causa matrimoniali videtur,ꝙ exco-
municatus etiam audiatur agendo ad periculum ani
mæ euitandum,propter quod etiam auditur allegans
turpitudinem suam.j.tit.j.lator.& c.tenor.& c. cōsan
gnuinei, & hoc etiam hic tenuit Hostien. vt refert
hic domi. Anto.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptiones dilatoriæ debent opponi intra tempus a iure statutum.*
2 *Exceptio excommunicationis potest opponi in qualibet parte litis. & numero. 8.*
3 *Exceptio si dolosè omittitur, non potest postea regulariter opponi.*
4 *Excommunicatus publicè potest ex iudicis officio repelli etiam nemine opponente.*
5 *Communicare excommunicato est peccatum.*
6 *Declinatio iudicij est dilatoria.*
7 *Exceptio dilatoria respiciens personam iudicis debet initio opponi.*
9 *Exceptio dilatoria solutionis, an debeat opponi ante litis contestationē.*
10 *Exceptio peremptoria, quod possit opponi vsque ad sententiam qualiter intelligatur.*
11 *Processus habitus cum excommunicato, an sit validus.*
12 *Processus factus coram iudice excommunicato, an teneat.*
13 *Excommunicatus, an facta condemnatione expensarum poterit ad illas agere.*

a Reus. Sic & summat do. Abb. & si q̃ras, an processus habit° cū excōicato maiori excōicatione ualeat, seu teneat distingue, ut hic per Hen. boye.

b In glo. j. Add hic d. Abbs. in ij. col. uers. q̃ro text. hic numero. 11.

2 Xceptionem. Reus a in qua
libet parte li-
tis exceptionem excommunicationis
obijciens actori auditur,etiam si mali
tiosè distulerit: sed tunc in expensis
condemnatur: & dato quod reus non
excipiat iudex tamen publice excommunicatum re
pellet.h.d.& primo ponit dictum quod dicit esse spe-
ciale,& causam exprimit.secundo iubet puniri reum
dolosum,tertio sine ope exceptionis publice excom
municatum repelli,secunda ibi:ꝙ si.tertia ibi: excom
1 mnnicatus.¶No.primo ꝙ† exceptiones dilatoriæ de
bent opponi intra tempus a iure statutum: aliàs au-
tem regulariter non possunt, istud autem est tempus
lit.contes.facit quod habetur in l. Pompo.§.rati.ff.de
procura.& quod habetur.s̄.de offi.deleg.in c. insinuā
te.& j.de re iu.in c.inter monasterium. cum ibi not.
2 per gl.de quo etiam hic glo.j.¶Item no.ꝙ † exceptio
excommunicationis licèt videtur dilatoria, tamē op-
poni potest in qualibet parte litis: etiā si scienter sit
omissa: & est in illa speciale propter periculum ani-
marum,quod est in cōicando excōicato,& ex hoc po
tes notare, ꝙ vbi causa proponendi dilatoria habet
causam successiuam: & non momentaneam, potest
quandocunque opponi ipsa dilatoria.ex quò durat eā
eius: quoties communicatur toties surgit peccatum,
& sic etiam surgit ius opponendi.facit quod not.in si
mili in c.dilectus filius.I.Sarracenus.s̄. de rescript. &
3 quod not.Iaco.But.in l.adulterium.C.de adul.¶†Itē
no.ꝙ vbi exceptio dolosè omitti͞r non pōt postea regu
lariter opponi. fallit in excommmunicatione, & sic
facit ꝙ exceptio peremptoria dolose omissa non pos-
sit opponi in cā appellationis.de quo per glo.in c.in-
ter monasterium.j.de re iud.& ibi dicatur. nam pos-
ses dicere ꝙ iste volebat opponere post litem conte-
sta.& sic tempore prohibito: sed in causa appellatio-
nis peremptoria potest opponi.l.per hanc.C.de tem-
po.appel.¶Item no.pœnam omittentis excipere ad
processum dolosè:quia damnatur in expensis, quan
do processus redditur nullus,vt erat hic,prout hic tan
git gl.& ex hoc no.ꝙ secundū ista tempora processus
hæreticus cum excommunicato: etiam coram ordi-
nario erat nullus.nam aliàs si non foret nullus, non
fieret condemnatio expēsarum.de qua hic loquitur:
cum processus esset inutiliter factus. hodie vero hoc
non habet locum in ordinario: quia processus tenet.
vt in c.pia.de except.lib.vj.in delegato vero posset ꝓ
cedere,quia processus etiam esset nullus:quando tē
pore impetrationis impetrans fuisset excommunica-
tus:vt in c.j.de rescrip. in vj. secus si postea pendente
iudicio excommunicaretur: quia tunc teneret ꝓces-
4 sus,vt plene per glo.in d.c.pia.¶Item no.ꝙ† publicè
excommunicatus potest iudicis officio repelli: etiam
nemine opponente,facit l.quos prohibet.ff.de postu.
& plene per Barto.in l.iiii.§. hoc autem iudicium.ff.
de dam.infec.¶Et no. ꝙ circa inhabilitatem publicā
personæ actoris,pōt iudex de facto supplere, de quo
in dicto.§.hoc autem iudicium. & supra de postu. in
5 in c.bonæ.¶Item no.ꝙ†communicare excommuni-
cato est peccatum:an autem sit mortale, vel veniale,
recurre ad no.per Io.An.in c.sacris. supra ꝙ metus cā
vbi concludit,ꝙ regulariter est veniale, fallit in cer-
tis casibus de quibus ibi per eum in quibus est morta
le.¶Vltimo no.ꝙ condemnatio expensarum,quæ fit
ratione omisse exceptionis habet locum demum, qñ
facta fuit omissio dolosa.& sic a contrario, secus si ex
iusta causa distulit.forte quia tunc non haberet pro-
bationes in promptu secundum Inno.ar.l.argentari°.
§.pen.ff.de eden.& facit quod notatur in c.plerūq;.ii.
b q.vii.¶In gl.i.b ibi:alia declinatoria,no.bene ꝙ † de-
6 clinatoria iudicii,etiam dilatoria appellatur, idem vo
luit Specu.eo.ti.§.ii.in prin.& sic facit ad ea,quæ di-
xi.s̄.eo.pastoralis.¶In ea.gl.ibi:non videt posse redi
7 re,no. bene ex gl.†ꝙ exceptio dilatoria, quæ respicit
personam iudicis debet in initio proponi: aliàs non
posset opponi:etiam si lis non sit contestata:quia qua
litercunque appareat in iudicem esse consensum: si-
ue tacite,non potest opponi.& satis videtur consenti
re eoipso,ꝙ alia exceptio opponitur coram ipso iudi-
ce,quia uidetur consentire opponens,ꝙ super illa ꝓ-
nuntiet.& hoc etiam uoluit gl.in c.inter monasteriū.
infra de re iudica.& hoc etiam tenuit Barto. in l.qui
dam consulebant.ff.de re iudic. & hoc tangetur in d.
c.inter monasterium,alie autem dilatoriç ꝓponi pñt
usque ad cotest.litis:nisi statutus esset terminus ad il
las proponendas:quia tunc non possunt opponi: nisi
in casibus de quibus.supra.eo.c.pastoralis,possunt ta
men proponi post litem contest.si de nouo superue-
nerunt.ut etiam not.in l.ii.C.de confor. eiusdem li-
tis,in causa autem appellationis, non possunt propo
ni,ex quò non fuerunt proposite ante litem conte-
statam in causa principali,quia quo ad hoc durat ef-
fectus litis contestationis. ut est casus notabilis in l.
Ita demum.C.de procur. & quod dixi supra de dila-
to.iud.ꝙ debeant proponi ante litem contesta.proce
dit regulariter,fallit in aliquibus casibus, nam fallit
primo in exceptione excommunicationis, quæ licèt
8 sit dilatoria iudicii:tamen † potest opponi post litem
cotestatā in quacunq; parte iudicii,intellige ante cō
clusionem in causa,quia postea non possunt fieri pro
bationes,vt supra de fide instru. in c.cum dilectus.
¶Item intellige in quacunque parte litis.s.instan-
tiæ causæ principalis,sed in causa appellationis, non
poterit postea proponi,vt no.supra c.proximo. ¶Fal
lit se-

lit ſecūdo quando exceptio dilatoria habet cauſam
ſucceſſiuam: ex qua quotidie oritur ius excipiendi: vt
eſt exceptio, ꝙ quis non debeat audiri ex forma ſorte
ſtatuti. quia bannitus, nam quoties petit audiri, etiā
poſt litem conteſtatam, oritur ius excipiēdi. vt voluit
Iaco. But. in l. adulteram. C. de adul. & facit quod no.
Io. And. in c. dilectus filius. I. Sarracenus. ſ. de reſcrip.
& pro hoc etiam tex. iſte ratione ſui. ¶ Item fallit ter-
tio, quando exceptio dilatoria redderet iudicium re-
tro nullum, vt exceptio incompetentiæ iudicis, qñ
non eſſet iuriſdictio prorogata. l. fi. C. ſi a non compe-
ten. iudi. & ſ. de offi. vi. in c. ſua. nam tunc ſemper vr̃
poſſe opponi ante litem conteſtatam: & etiam poſt li.
conteſta. ex quò iudicium eſt nullum, facit quod not.
in l. licèt. C. de procura. & ibi etiam habetur quid iu-
ris de iſta exceptione: tu non es procurator, vel nno
potes eſſe, de quo etiā in c. in noſtra. ſ. de procur. & in
c. j. in verbo abſentia per glo. de ele. in vj. & ibi etiam
ꝑ Inn. & aliquid etiam per eum in c. quoniam contra
falſam. ſ. de probatio. & j. de eo qui fur. ord. ac. in c. ij.
quando autem poſſit opponi exceptio, tua non inter-
eſt, tractat Inno. j. de accuſa. ſuper his. Item aduerte
inquantum dixi, ꝙ ſi dilatoria ſuperuenit poſt litem
conteſta. ꝙ poteſt proponi, intellige hoc verum vſq;
ad primum actum qui poſtea fieret. vt voluit gl. in d.
c. j. in ver. abſentia. & Bart. in l. procuratoribus. C. de
procura. Item hoc videtur verum vt poſſit opponi di-
latoria nouiter ſuperueniens, dummodo de ea non ſit
prouiſum per viam agendi, vt contingit in exceptio-
ne ſpoliationis, nam tunc videtur quod non poſſit op
poni poſt litem conteſtatam, vt notau. voluit Inno. in
c. ij. de ordi. cog. qđ an procedat dic vt ibi dixi. ¶ Itē
etiam aduerte quia dixit Specul. eo. tit. §. nunc viden
dum. verſi. illud quoque. ꝙ iudex non debet audire ꝓ
ponentem dilatoriam: niſi prius receperit libellū, qñ
lis ordinariè petatur, facit quod nota per Inno. ſupra
9 de procur. cōſtitutus. ¶ † In eadem gl. ibi dilatoria ſo-
lutionis. conclude, vt fuit de mente Inno. ſupra eod.
paſtoralis. & Bar. in l. exceptionem, hic alleg. ꝙ aut di-
latoria ſolutionis opponitur ad proceſſum, quod vr̃
fieri poſſe: ex eo qa dicit lex: ꝙ q. añ diē agit male agit
l. j. in fi. ff. quando dies vſufruc. leg. ce. & tūc debet op-
poni ante litem conteſtatam, ſicut regulariter aliæ di
latoriæ, & hoc ſi poſſit de ea conſtare. aliàs autem nō
poterit opponi ad proceſſum: ſi autem non intendat
opponere ad proceſſum, ſed circa merita: tunc vide-
tur ꝙ proponi dẽat ante litem conteſta. ſed ſufficiat il
lam probari poſt fundatam intentionem actoris. l. ex
ceptionem, hic alleg. & ſic videtur ꝙ non poſſit ꝓpo-
ni poſt litem conteſtatam. Alia fuit opi. ꝙ poſſit oppo
ni etiam poſt litem conteſtatam: ex quò reſpicit nego
tium principale. nec obſt. dicta. l. exceptionem, quia
vr̃ velle, ꝙ proponi debeat ante conteſta. litis: quia de
bet intelligi, quòd loquatur de conſilio, & non de ne
ceſſitate, hoc ſequitur Bar. in dicta. l. exceptionem. &
videtur uelle Inno. in dicto. c. paſtoralis, ſed multum
facit in contrarium tex. in dicta. l. exceptionē. vbi po-
nit verbum oportet, ꝙ eſt neceſſitatis non conſilij, &
ſic videtur, ꝙ omnino debeat proponi ante litem con
teſtatam, & iſtud ſequitur ibi Cy. & etiam uidetur ſe-
qui Iac. But. & forte iſtud de iure uerius, quia in du-
bio non debet recedi a proprio ſignificato uer. l. non
aliter. ff. de leg. iij. & j. de deci. in c. ad audientiam, li-
cèt do. Anto. ſequatur opi. Bar. ¶ Item aduerte inquā
tum dixi ꝙ poteſt probari poſt fundatam intentionē
actoris, debet intelligi, quando reus uult probare ali-
ter quàm per teſtes; ſi uero uelit ꝑ teſtes: tūc non poſ-
ſet quando directe aſſereretur contrarium eius quod
probauit actor per teſtes: ut ſi probauit actor qđ reus
purè promiſit ſibi decem, & reus uult probare quòd
promiſit in diem. Nam ſuper eiſdem articulis, uel di-
recto contrarijs poſt publicatas atteſtationes non eſt
licitum producere teſtes, ut in clemen. teſtibus. de te-
ſti. ſi autem uelit probare, quòd ex interuallo fecit pa
ctum de non petendo uſque ad certum tempus: tunc
iſte eſſet alius articulus: ideo bene poſſet probari per
teſtes. ¶ Item aduerte, quia etiam ſi non ſit oppoſita
dilatoria ſolutionis: ſi tamen de ea conſtat iudici, vt iu
dici, per acta, non debebit iudex ſimpliciter condem-
nare reum: ſed debebit condemnare eum ad ſoluen-
dum ad diem: quando dies fuit appoſita ab initio tꝑe
contractæ obligationis: quia tunc uidetur ineſſe ipſi
obligationi. l. lecta. verſi. dicebam. ff. ſi cer. peta. & l. cū
qui. §. j. & ibi per Barto. ff. de verb. oblig. ſecus quan-
do ex interuallo fuiſſet pactum, quòd ſolui deberet
ad certam diem: quia tunc ex quò non eſt oppoſita
exceptio: nec ineſt obligationi: licèt de illa conſtet
iudici, tunc iudex debebit ſimpliciter condemnare
reum ad ſoluendum. l. ſi vnus. §. pactus. & ibi per Bar.
ff. de pactis. & in dicta l. eum qui ita. ¶ In eadem glo.
ibi: ſiue antequam ſit in cauſa. No. diligenter ꝙ illud,
10 ꝙ dicitur † peremptoria poſſe opponi uſque ad ſen-
tentiā debet intelligi dummodo opponatur ante cō-
cluſionem in cauſa: nec mirum: quia non poſſunt po
ſtea fieri probationes. c. cum dilectus, de fide inſtru.
& procedit hoc regulariter. fallit, ſi eſſet exceptio ꝑ-
emptoria, quæ redderet iudicium retro nullum: ut ſi
opponatur quod aliquid ſit factum per falſas proba-
tiones in caſibus de quibus dixi ſupra, eodem. cū ue-
nerabilis. Nam tunc uidet̃ ſꝑ opponi ante ſententiā:
ex quò reddit ſententiam, & iudicium nullum. ¶ Itē
fallit ſecundo quando eſt exceptio, quæ opponit̃ poſt
ſententiam, quæ non tranſit in rem iudicatam, ut cō-
tingit in cauſa matrimoniali. j. de re iud. c. tenor. & c.
lator. ¶ Item fallit, quando exceptio non impugnat
ſententiam: ſed potius moderatur executionem, vt
eſt exceptio, ne quis conueniatur ultra quam facere
poteſt. l. Neſennius. ff. de re iudi. ¶ Item fallit in exce
ptione, quæ renouatur in ipſa prolatione ſnīæ, vt in
exceptione uelleiani. l. ſi mulier. ff. ad uelle. ¶ Item
fallit in certis caſibus in l. j. C. de iuris & fac. ignorā.
& ibi etiam ſpeciale eſt in militiæ, ut poſſit opponere
peremptoriam etiam poſt ſententiam. ¶ Fallit etiam
in minorib. & in eccleſia, & in abſentibus cauſa rei-
publice qui beneficio reſtitutionis poſſunt illam op-
ponere, facit quod habetur in c. j. & ij. ſupra de reſti.
in integrum. ¶ Item aduerte diligenter, ꝙ hæc proce-
dunt in meris peremptoriis, ſed in miſtis, vt exceptio
litis finite per tranſactionem, vel iuramentum uidea
tur, ꝙ ſi opponatur in vim dilatoriç ad proceſſum de-
beat opponi ante litem conteſtatam, ſi autem oppo-
nantur ad merita cauſæ, tunc debent opponi poſt li-
tem conteſtatam ſicut alia peremptoria, per id, quod
no. in c. j. de litis conteſta. in vj. & quod not. Barto. in l.
j. C. de ordi. iud. Ioan. And. tamen ut tetigi. ſupra eod.
paſtoralis, uidetur uelle, quòd etiam in uim perem-
ptoriç poſſit opponi ante litem conteſtatam, licèt tu
tius ſit opponere, tunc poſt litem conteſtatam, ut di-
xi in c. paſtoralis, & plus dicit Specu. in tit. de excep.
§. dicto uerſi. ſed pone quod in cauſa appellatio. circa
finem. uerſi. quod omnis exceptio perēptoria. de qua
conſtaret iudici poterit opponi ad proceſſum, vt eui-
tetur circuitus, facit qđ habetur. ſupra de fil. prsbyte.
in c. conſtitutus, per Inno. & idem uoluit Ioan. Mod.
& Ioan. Andr. in c. j. de litis conteſta. in vi. & ſequitur
etiam hic do. Anto. quod tenementi perpetuo. & ſic
procedit

procedit regula, q non potest opponi peremptoria ad
pcessum: quando de illa non constat iudici tempore
quo opponitur: secus, quando est notoria. & istud est
valde æquum licèt non clarè probetur iure: quid autẽ
si non opposui exceptionem solutionis, quia non re-
peti instrumentũ, nunquid si postea reperio potero in
executione obijcere peremptoriam solutionis? tractat
Specu. in tit. de exe. senten. §. fina. uersi. illud autem, &
ibi p Io. And. vbi uidetur concludere, q sic saltem be-
neficio restitutionis in integrum ex clausula generali.
de quo etiam p Ioan. And. in c. ij. j. de priuile. & p Cy.
in l. j. C. de condic. indebi. & plenè dixi in l. Imperato-
11 res. ff. de re iudica. ¶ In eadem glo. in fi. an † hodie pro
a cessus habitus cum excommunicato sit validus[a] vel
non. dic vt habetur in c. pia. de exceptio. in vj. & in c. j.
de rescr. e. li. quia si factus est corã ordinario tenet licèt
habitus fuerit cum excõmunicato. ut in c. j. licèt olim
eẽt secus, vt hic patet. & idẽ si hodie fiat coram delega
to, si excommunicatio superuenerit post impetratum
rescriptum: secus si tempore impetrationis actor esset
excommunicatus q rescriptũ impetraret: qa tunc nõ
12 tenet processus: vt in c. j. de rescri. in vj. ¶ † Quid autẽ
si fiat processus corã iudice excommunicato. Respon-
deo, q si erat publicè excõmunicatus est nullus pces
sus. j. de re iudica. in c. ad probandum, secus si occul
te fuisset excommunicatus, per ea quæ ibi no. ¶ Quid
autem de exceptione quasi peremptoria, vt de exce-
ptione per quam reprobantur testes, quando possit
opponi, dic vt plenè habetur supra de testi. in c. ex
parte. & supra. de testibus. c. in præsentia. ¶ De exce-
ptione autem feriarum, & de exceptione non numera
tæ pecuniæ, & de exceptione, q principalis conueniatẽ
antequam fideiussor: vel quòd filius non habet con-
sensum patris, uel quòd tutor non fecit inuentarium,
uide in Specu. eodem titu. §. dicto. uersicu. quid de ex
ceptione feriarum, & sequenti. & per Cyn. in l. exce-
ptionem. C. de probatio. & per gloss. & Barto. in l. ij. ff.
de exceptio. ¶ In glo. fina. in fine. & adde, quod notat
gloss. in clemen. eos. de sepul. & aduerte, quia hoc est
clarum in ordinatio, q differentia est, an sit publicè
excommunicatus, an occulte, ut superius etiã tetigi:
sed in delegato, qñ est excommunicatus tpe impetra-
tionis, est dubium, an sit differentia, an fuerit excom-
municatus occultus, uel publicus, de quo in c. j. de re
scrip. in 6. ibi tamen concluditur, q utroque casu re-
scriptum est nullum, & idem etiam si impetrans etiã
13 occulte fuerit excommunicatus. ¶ An autem poterit
excõicatus in casu decretalis facta cõdẽnatione expẽ
sarũ ad illas agere? cõiter teneẽ q non p id, qđ hẽ in c.
pia. de excep. in 6. Et no. q tex. iste procederet, quãdo
dolosè reus omiserat opponere exceptionem, & sic a
cõtratio, secus si nõ dolosè. Itẽ secus si sciuisset actor
se excommunicatũ, qa tunc dolus cũ dolo ex ui com
pensareẽ. j. de adulte. c. penul. secundum Host. ¶ In gl.
fi. ibi admittit compẽsationẽ hoc contingit, qñ alia ps
locupletareẽ cum aliena iactura, & hoc constet iudici
ut iudici, aliàs regulr ad commodum partis non inter-
ponit officiũ suũ nõ petitũ, de quo plenè p Bar. ĩ l. 4. §.
hoc autẽ. ff. de dãno infe. an aũt possit appellare, ex eo,
qa iudex ex officio nõ repellit aliquẽ ubi potuit. dicit
Spe. q nõ in ti. de offi. iud. §. impedit, in prin. qa ĩputet
sibi pars quare nõ opponit, & qa nõ qcqd iudici pmit
tiẽ subiiciẽ iuris necessitati. l. non quicquid. ff. de iudic.

ADuersario. Non cõpetit exceptio rei
iudicatæ reo absoluto, qa
nõ possidebat, si postea possidere reperiaẽ. h.
d. ¶ Not. q ĩ actione reali ex parte conuenti
reqriẽ possessio, ut sic cõtra illũ dirigi possit actio. facit
l. j. C. de aliena. iud. ¶ Item no. a cõtrario, q paria sunt,
quẽ possidere, vl dolo desijsse possidere. facit. j. de re. iu.
c. p possessore. lib. vj. ¶ Itẽ no. q possidẽs tpe litis cõte-
sta. pſumiẽ possidere nisi aliud doceat. ¶ In gl. ij. ibi: c.
cũ pater. §. rogo. hic iunge ver. vel dic, qui est infra, per
quem patet veritas quæstionis, qa si apparet, quod tẽ-
pore motæ litis possidebat non debet probare se sine
dolo desiisse possidere: sed vbi non apparet, quod possi-
deret a principio tempore motæ litis: tunc, vt pos-
sit cõueniri, dẽt pbari, quòd dolo desiit possidere. ¶ In
ead. gl. ibi. si qs ad exhibendũ. & aduerte, quia põt qs
absolui ex eo, qa nõ possidet, & ex eo, qa actor nõ p-
bauit. & si ɔstet ex qua cã sit absolutus, hoc clarũ. vbi
aũt non constet, intelligiẽ absolutus ex illa quæ colli-
gitur ex actis. vt dixit glo. in d. l. si quis ad exhibendũ.
& facit, quòd not. gloss. in c. si confirmationem, de ele
ctio. in vj. & no. ubi agitur contra aliquem rei vendi. si
non interrogatur reu san possideat, si apparet tempo-
re sñiæ, q nõ possidet, nec possidebat tpe motæ litis
debet absolui, si tamẽ actor probauit intentionẽ suã:
debet ferri declaratoria pro eo: & si postea reperiaẽ reũ
possidere, sententia faciet ius pro actore contra reum
sine alia probatione. l. si a te. §. vlti. & quod ibi not.
ff. de exceptio. rei iudi. ¶ In eadem gloss. ibi: ad hoc
vt exceptio, &c. hinc sumpta occasione do. Ant. hic tã
git, an variato modo agendi habeat obstare exceptio
rei iudicatæ, siue varietur de via excipiendi ad modum
agendi, siue ecõtra, & sine de iudicio plenario ad sum
marium, siue econtra, & prosequitur dicta Bartol. in l.
qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligationib.
& Inno. in c. ij. & c. fi. supra. de ordi. cog. non insistunt:
quia satis dictum fuit in d. c. ij. & fina.

SUMMARIUM.

*1 Excommunicatus auditur appellans.*
*2 Habilis ad agendum est habilis ad excipiendum.*
*3 Concesso vno intelliguntur concessa omnia ordinata ad finem illius.*
*4 Sententia si pro excommunicato feratur, an poterit petere executionem illius.*

Enerabilem. Valet rescriptũ[b]
impetratũ ab ex
communicato super prosecutione appel-
lationis, licèt de excommunicatione non
fecerit mentionem, & primo dictum, se-
1 cundo eius causam ibi, quia. ¶ Not. q † excõicatus au-
ditur appellans, etiam si velit prosequi appellationem
etiam ab interlo. & graua. ¶ Item no. q in omnib9 ca-
sibus, in quibus quis potest esse in iudicio, in illis põt
2 impetrare delegatum, & sic no. q † habilis ad agẽdum
censetur esse etiam habilis ad excipiendum, & sic no.
q habilis ad certum finem censetur habilis ad omnia
do cauſam. Secundo illud corrigi pręcipit,& exceptio
nem remouet.ſecūda ibi: ideoq;.¶ No.1. illud vulgatū
quod non debēt mēbra a capite diſcedere, & ꝙ caput
in dięceſi eſt Epſ. Alii autem ſunt membra.facit,ꝙ ha
betur.s̃.eo.ſignificaſti.ad finē.¶Itē no. ꝙ de iure com
muni epiſcopus fundat intentionem ſuam quo ad prę
latos,& rectores ſuæ dięceſis ſub obedientia , & reue-
1 rentia.¶Itē no.ꝙ † contra obedientiam debitam ſupe
2 riori non currit præſcriptio.¶† Item potes notare, qđ
vacante eccleſia cathedrali debent inferiores prælati
præſtare obedientiam capitulo,cum ſuccedat in pote-
ſtate epiſcopi ſecundū ea quæ habentur in c.cū olim.
s̃.de maio.& obe.¶ In gl.i.ibi canon dicit.hoc non eſt
ſoluere quæſtionem,quia adhuc ſtat quæſtio,quare ſic
canon ſtatuit. Vnde potes dicere,quòd ratio ſpeciali-
tatis eſt in ſimoniaco in ordine , quia ab ipſo initio eſt
vitium,& ſic intus occidit.vt notať in c.tāta.j̃.de ſimo.
in fornicatione autem eſt ratio:quia illud crimen coin
quinat corpus,& animam,& nimis frequētatur.xxxii.
q.vij.quid in omnibus . & ideo magis fuit perſequen-
dum.l.aut facta.§.fi.ff.de pœnis.& de materia in præal
legato.c.tanta.de coha.cleri.in c.veſtra.& adde etiam ,
quod habetur in c.ex tenore.& c.fi.de tēpo.ordi. ¶ In
glo.ſecunda.ibi:poſſeſſor non cogitur.ſupple niſi præ-
ſumptio, vel ius commune ſit contra eum . vt hic pa-
tet.& j.co.c.i.in vj. ¶ In glo.fi.ibi publicis ſunctioni-
bus.ibi eſt ſpeciale , quia præſtantur in re cognitionē
vniuerſalis dominii, vt l. comperit . cum ibi notatis .
C.de præſcri.xxx. vel.xl. annorum. ¶ In eadem gloſ.
ibi: liber homo non præſcribitur.intellige,vt efficiatur
ſeruus,ſed benè pręſcribitur,vt efficiatur a ſcriptitius ,
vt no.in l.fi.C.de præſcrip.long.tempo.quæ pro liber.
3 & notatur in c.ij.j̃.de Iudæis . ¶†In ea.gl.ibi: vacantis
eccleſię . & per hoc videtur , quòd iacente hęreditate
nō currit præſcriptio.Specu.tn̄ eo.tit.§.i.ver.item not.
Ioan.ab Imo.in j.ſuper ij.Decre.

[a] Subditus. idē ſūmat. hic.d.Abb. en aūt ,̇. & quādo præſcribatur libertas ſ ab quo actu.ui de per do. Alex.I cōſi. cal in xiij. colū.in ii. uolu.

tenuit contrarium per. l. si pretio. ff. de in diem adiec. & in l. ad diē. ff. de verb. obli. & l. si ff. de nau. fe. sed dicit do. Ant. quod illa loquuntur in conuentionali præscriptione, non in legali, vnde dicit posse dici, quod si est in facultate hæredis posse adire hæreditatem, tūc curreret præscriptio, quia potest facere: vt possit agere. l. qui potest. ff. de regul. iur. & s. de elec. c. si. Si autem aliter est impeditus, tunc videt, quod non currat, vel saltem datur restitutio. Facit, quod habetur in l. si scriptus. ff. de carbo. edic. & adde etiam, quod habetur in text. & in gln. in

4 l. si seruus. ff. de di. & tempo. præsc. ¶ In eadē gl. ¶ † Ibi: tempore hostilitatis. hoc intellige secundum Innocen. quando erat tanta hostilitas, quod ius reddebatur in ciuitate, & idem dicit Bar. in l. naturaliter. ff. de vsucapio. & probat hoc ibi dicit Bart. quod si tanta fuit pestis in ciuitate, quòd non reddebatur ius, quòd etiam istud tempus non debet currere, cum videatur tunc quædam hostilitas diuina, & satis videtur eadem ratio, & per consequens idem ius. arg. c. ij. s. de translatio. Hoc tamē nō est bene in iure expressum. dicit do. Ant. quod saltē esset iusta causa dādi testi. arg. l. j. in fi. ff. ex q. b. cau. maio. ¶ In ead. gloss. ibi, iniusto titulo quæsita. dicas, & bene probatur in l. i. j. de regul. iuris. in vj. ¶ In eadem

5 gloss. ibi. nec † publica. intellige istum casum, & sequētem, quando res est in vsu publico. vt notatur in l. præscriptio. hic allegata. alias bene posset præscribi ius publicum. vel res Republicæ saltem spatio triginta, vel quadraginta annorum. l. omnes. & l. sicut. C. de pscrip. xxx. annorum. ¶ In eadem glo. ibi: res sacra. ratio, quia ista non est in commercio. l. inter stipulātē. ff. de ver. obli. ¶ In eadem glo. ibi: res fiscalis. Hoc intellige postquam est incorporata. nam ante bene potest præscribi. l. in omnibus. cū ibi notatis, & l. inter quatuor. ff. de diuer. & tempn. præscri. Item, & si sit incorporata. licèt non præscribatur spatio longi temporis. saltē tamen præscribitur spatio longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum. dicta. l. omnes. & l. sicut. ¶ In eadem gl. ibi: præsidi data. scilicet durante officio, vt fortè iustitiam administret, nam hoc fieri non debet. l. j. ff. ad legem Iul. repetun. ¶ In eadem gl. ibi: res pupillaris, & adde, quod habetur in l. ij. §. si a pupillo. &, quod ibi notatur per Bart. ff. pro emptore. & per

6 gl. in l. cum qui. C. de autoritate tutorum. ¶ † In eadē gl. ibi fundus dotalis. in isto non inchoatur pscriptio, sed si anteq̄ esset dotalis fuisset inchoata bene præscriberetur, vt in l. si fundus. allegata in gloss. ¶ In eadem gloss. ibi: res particularis. hoc verum quo ad longi temporis præscriptionem, sed longissimo tempore bene posset præscribi, vt notatur per glo. in vltima hic allegata. vel melius potest dicere, quòd ibi nō præscribitur: quia deficiebat titu. & bona fides, ideo longo tempore ibi præscribitur: sed longissimo poterat præscribi de iure ciuili etiam cum mala fide. sed hodie secus, vt dixi in dicto. c. vigilanti. Secus ergo si interueniret bona fides, & iustus titulus, & sic bene dicit gl. vt videtur, quia in effectu nil est speciale in re peculia

7 riquantum ad hoc. ¶ In eadem † gloss. ibi: pupillo. idem dicas in adulto minore. xxv. annis. quia etiam contra eum non currit præscriptio saltem longi temporis, vt patet in l. vltima. allegata in gloss. ¶ In eadem glo. ibi: præcario tenentes. istæ non præscribit, quia non possidet sibi, sed alteri, vt s. de restitutione spoliatorum. cum venissent, & eadem est ratio in colono. &

8 in alio qui nomine alterius possidet. ¶ † In eadem gl. ibi vsufructuarius. iste non præscribit proprietatē, quia non possidet respectu proprietatis: sed respectu vsufructuarii. l. naturaliter. ff. de acqui. possess. & l. pmiscerit. eo. titu. Posset tamen præscribere vsumfructū si habe-

ret titulū, & bonā fidem, quamuis a non domino. l. si. C. de præscriptio. longi temporis. nec obstaret. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucapio. quia debet intelligi, quòd vsufructuarius nō præscribit scilicet respectu proprietatis, vt ibi etiam tangitur per Barto. ¶ In eadem gl. ibi: nec creditor præscribit, ratio, quia quantum ad vsucapionem intelligitur possideri debitori non sibi,

9 vt habetur in legibus hic allegatis. ¶ † In eadem glo. ibi: non de longissima. quasi velit, quòd si debitor non repetiit pignus spatio longissimi temporis triginta, vel quadraginta ann. quod tunc repelli possit exceptione præscriptionis: quia licèt creditor non præscripserit dominium, quia sciebat rem alienam: tamen saltem poterit se tueri exceptione, ne cogatur rem tradere, ex quo allegat tempus longissimum, & hoc potest procedere de iure ciuili secundum quod procedit præscriptio cum mala fide. l. si quis emptionis. C. de præscript. xxx. annu. sed de iure canonico hoc non procedit. j. eod. c. fina. & illud præualet iuri ciuili, vt dixi in cap. vigilanti. & ad materiam gloss. facit, quod notatur in l. male agitur. per glo. & doctores. C. de præscriptio. xxx. ann. & etiam in Specu. eo. titu. §. j. & versic. quid si colonus. Et adde etiam, quod tempore prælati male alienātis non currit præscriptio, vt notatur. s.

10 eod. in c. ij. ¶ † In eadem gloss. in fi. quasi velit gl. quòd contra obedientiam non possit præscribi extinctiuè, id est volendo illam extinguere, sed translatiuè sic, id est volendo illam transferre de vno prælato ad alium.

11 ¶ † Extra gloss. tangit hic Innocen. an tempore hostilitatis interrumpatur præscriptio. an uero solum dormiat, & non currat interim & ponit opiniones, finaliter tenet, quod non currat ipso iure non autem interrumpatur. Et est longa differentia inter dormire, & interrumpi: quia si dormit illud tempus solum detrahitur de præscriptione. & alia tempora insimul coniunguntur, & sic non est necesse, quod de nouo inchoetur præscriptio. secus quando interrumpitur: quia tunc coniunguntur tēpora, sed est necesse, quòd de nouo incohoetur præscriptio. Et nota, quòd siue circa principium. siue circa medium. siue circa finē præscriptionis contingat præscriptionem dormire, semper coniunguntur tēpora data ad præscriptionē subducto tēpore quo dormiuit. facit quod notatur per gl. j. eo. cū nobis. in gl. fi.

12 ¶ † Et nota etiam ex prædictis, quod aliud est præscriptionem dormire aliud interrumpi. Et attende etiam quia quædam est simplex interruptio, & tunc oportet præscriptionem de nouo inchoari, & sufficit tempus deputatum ad ipsam præscriptionem. Quædam autē est interruptio, cū perpetuatione, quia nedum interrūpit præscriptio, imo etiam perpetuatur actio in quadraginta annos. licèt actio sui natura minori tempore duraret, & hæc interruptio quę fit per lit. contestationem, quia illam non solum interrumpit, sed etiam perpetuat actionem in tempus quadraginta annorum, vt probatur in l. fin. C. de præscriptio. xxx. anno. ¶ Item not. attente quia dixit Inn. quòd licèt præscriptio dormiat in casibus de quibus hic tangitur per glo. tamen posset etiam interrumpi per alios modos introductos a iure, quia plenius subuenitur per remedium interruptionis, quā per remedium simplicis dormitionis, & sic nota quòd remedium minus plenum, non excludit magis plenū. facit quod notat in l. fi. C. si aduersus rē iudicatā. vt l. prouinciali. ff. de ope. no. nuncia. tangit etiam incidenter hic Inno. an quando præscriptio cōpletur in præsentia aduersarij, etiam post modicum tempus postquam reuersus est causa Reipublicæ, an dari debeat restitutio aduersus præscriptionem certum est enim, quòd si compleretur præscriptio tempore

pore quo q̃s est absens causa reipublicæ, vel intra mo dicũ tempus postquã est reuersus, q̃ deberet restitui, sed vbi non post modicum temp' post ipsam reuersionem completũ est magis dubium, quia videtur tunc imputandũ absenti reuerso qui non interrumpit, & negligens fuit. l. non enim. ff. ex qui. cau. maio. & istã pa tem videtur hic inclinare Innocẽ. Sed But. vt refert, & tangit etiam hic Innocen. & refert gl. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. maio. tenuit cõtrarium: quia secundum cum tempus absentiæ subducitur per restitutionem in integrum, siue fuerit in principio præscriptionis: siue in medio: siue in fine. facit. l. quo tempore. & quod ibi notatur. ff. de restitu. milit. nã licèt compleatur præscriptio post reuersionem, tamen completur propter tempus, quod currit etiã in absentia, & sic etiam tempus absentiæ videtur lædere, quia sine illo non esset adhuc completa præscriptio, ideo secundum eum debet restitui, vt subducatur illud tempus absentiæ. facit, quod dixi in simili. §. de dormitione. Ioan. And. videtur hic dicere, q̃ prima opinio de iure est verior, sed secunda æquior, de quo dicendum vt plenè consueuit dici in clemen. vna. de testit. in integ. & ibi etiam dixi in præallegato. §. sed quod simpliciter. per Butri. & Barto. & per Cyn. in dicta. l. quo tempore. Sed præcipuè tene menti quod Innoc. hic inclinat in primam opinionem.

13 ¶ † Item aduerte, quia est dubium, an si lex prohibet rem alienari, intelligatur ꝓhibita præscriptio. videtur, quod sic per l. vbi lex. ff. de vsucapio. & ff. de verbo. significa. l. alienationis. in contrarium facit. l. si fundus. ff. de fundo dota. & quod notatur. in l. vltima. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. Conclude, quòd aut lex prohibet rem alienari ex eo, quia non est in commercio, vt contingit in re sacra, & tunc clarum, quod non potest præscribi. facit quod habetur in l. inter stipulantẽ. §. sacramenta. ff. de verbo. obliga. Aut est in commercio, sed tamen prohibetur alienari, & tunc aut simpliciter prohibetur alienari, vt contingit in re dotali, aut prohibetur ratione personæ, vt contingit in re principali. l. bonæ fidei. ff. de acquiren. rerum dominio. aut non prohibetur simpliciter alienari, sed sine certa solennitate, vt cõtingit in re minoris. ¶ Primo casu tũc, aut præscriptio est inchoata antequam efficeretur dotalis. & tunc non impeditur pr̃scriptio, vt probatur in dicta. l. si fundus. Aut non erat inchoata, & tunc impeditur præscriptio, vt ibi etiam probatur, quod videtur intelligendum de præscriptione longi temporis, & ẽt longissimi, secundum tempora digestorum, q̃a illa non erat cognita secundũ tempora. ff. vt no. gl. in l. nõ solũ, ff. ex quib. cau. maio. & l. q̃ occidit. ff. ad legẽ aquil. sed hodie secundum iura. C. videtur, quod præscriberentur spatio longissimi temporis. triginta, vel quadraginta annorũ, per id, q̃ habetur in l. sicut. & l. omnes. C. de præscriptio. xxx. anno. & in §. furtiue. instit. de vsuca. vbi licèt lex prohibeat præscriptionẽ rei furtiuæ, vel vi possessæ, t̃n illud intelligitur de præscriptione longi tẽporis, non autem longissimi, vt voluit gl. notabilis in dicto. §. furtiuę. ¶ Secundo casu remittit do. An. ad notata in l. ij. §. si a pupillo. ff. pro emptore. sed satis videretur posse dici, quod intelligatur tunc prohibita præscriptio longi temporis, sed non longissimi, hodie per id, quod dixi in præcedenti casu. ¶ Tertio casu Bar. in dicta. l. fi. C. in quib. causis. vr̃ velle, q̃ non intelligat̃ ꝓhibita præscriptio: sed fortè potest dici cõtrariũ per dictam. l. vbi lex. nam ex quò lex inhibet alienationẽ nõ interueniente solennitate debita ergo intelligitur etiã p̃scriptionẽ. tunc prohibere per id, quod habetur in dicta. l. vbi lex. quæ videtur simpliciter, & indistinctè loqui. & ideo indistinctè intelligenda per. l. de p̃tio. ff. de publi. & j. de priuilegijs. quia circa. & hoc videret̃ procedere in præscriptione longi tẽporis. sed non in præscriptione longissimi. & sic intelligitur. d. l. finalis. & ꝓ hoc ẽt facit, quia videmus, quod licèt res ecclesiæ nõ possint alienari sine certa solẽnitate. xij. q. ij. sine exceptione tamen contra ecclesiam nõ currit nisi p̃scriptio longissimi t̃pis quadraginta annorũ, nõ intelligit̃ esse prohibita præscriptio, vt patet ex his quæ habent̃ in c. j. j. eo. in vj. Et hoc nota pro intellectu dictæ. l. vbi lex. & dictæ. l. fi.

14 ¶ † Tangit etiã hic dominus Anto. an non valenti agere currat præscriptio, & recitat verba Bart. in l. senatus. ff. de officio præsidis. & Cyn. in l. quoties. C. de præci. imperato. offerẽ. dic, vt dicet̃ in c. audītis. in glo. fina. vbi glos. tangit. j. eod. tangit etiam quando superuenit impedimentum feriarum, an currat præscriptio, & concludit quod sic, nec dabit̃ restitutio si erãt feriæ inductæ a iure communi. quia imputet sibi qui se arctauit. Secus si fuerint rep̃etinæ, quia tunc currit tempus: sed dabitur restitutio, quia nõ potuit illas prætendere. l. sed, & si per prætorẽ. §. si feriæ. ff. ex quib. cau. maio. Dicit tamen Innocen. quod debet apparere, q̃ paratus erat ad agendũ, si non fuisset impedimentum. facit, quod not. Bartol. in l. ij. §. si quid. ff. si quis cau. vbi concludit, quòd si quis impeditur casu, oportet quod tempore casus superuenientis dederit operã rei expediendæ quæ incumbebat allegat. l. qui commeatus. vbi bonus text. ff. de re mili. quod tenc menti. tangit etiam Ant. an pacto possit induci, quòd contra ipsum paciscentem non habeat locum præscriptio. de quo etiam tetigit Bar. in l. j. & ij. ff. de vsucapio. & l. nemo. de lega. j. vbi etiam per Dyn. & per Ioan. Andr. in additio. Specu. super hac rubrica. vbi concludit, quod sic quo ad paciscentem, & habentem causam ab eo. argumento. l. si tibi. §. pactum. ff. de pactis. sed non habet effectum quo ad extraneum cum quo pactum non est factum. argumento. l. si vnus ante omnia. ff. de pactis.

15 §. de transactio. c. præterea. & c. veniens. ¶ † Vltimo tangit an præscriptio currat contra prodigum. dubium facit, quia potest esse dubium an æquiparari debeat pupillo, au verò adulto, de quo tangit Ioan. Andr. in rubrica huius tituli super additio. Spec. vbi dixit post Vbertum de Bobio, quod sicut non currit pupillo, ita nec furioso, vel prodigo, quia lex prohibens pupillum alienare extenditur ad prodigum furiosum. l. qui neq;. ff. de re. eorum. & C. de curato. furio. l. ij. & per id, quod habetur in l. fulcinius. §. adeo. ff. ex quib. causis in possessionem eatur. dicit tamen, quòd ad omne dubiũ tollẽdũ cautius est, q̃ petatur restitutio. Facit, q̃ dixi supra circa quæstionẽ illã qñ prohibetur res alienari. an prohibeatur præscribi, & ex his quę ibi dixi potes ẽt inferri ad decisionem huius quæstionis, cũ ẽt res prodigi, & furiosi prohibeatur alienari sine solennitate debita vt patet in iuribus præallegatis. Et aduerte, quod vbi minor alienaret rẽ etiã alienã quã putat esse suã, si alienaret sine solẽnitate debita alicui qui scit eũ minorem

16 non procedit p̃scriptio: quia non videtur habere iuridicum titulum emens ab eo per id, quod habet̃ in l. ij. §. si a pupillo. ff. pro emptore. & l. eũ qui. C. de auto. præstan. vbi etiã bona gl. & hæc sufficiant de materia

17 huius c. ¶ † Aduerte vltimo inquãtũ dixi post Io. An. in simplici pacto non habere locũ præscriptionẽ. Bac. in l. j. ff. de vsuc. & in l. nemo potest. de lega. j. fatet̃ hoc verum, quando per pactũ inducitur mala fides, & agitur de præscriptione longi temporis, in quo requiritur bona fides. Secus vbi non requireretur bona fides, vt quia transferet ad alium cum bona fide, vel etiam tractaretur de præscriptione longissimi temporis, quæ Ioan. ab Imo. in j. super ij. Decre.

procedit de iure ciuili etiam cum bona fide, quia tūc
pactum non operaretur tanquam contra ius publicū,
seu inductum ex publica vtilitate. vt dicta. l. t. de vsu-
capio. licèt dominus. Anto. hic videatur aliter dice-
re. Sed pro opinione Bar. multum facit, qđ hr̃ in d. l. j.

*VMMARIVM.*

1 *Census potest deberi ratione consuetudinis.*
2 *Litis contestatio inducitur per responsionem quæ fit ad ius, licèt non fiat ad factum.*
3 *Liber censualis in quo scriptæ sunt solutiones census videtur probare solutionem ipsius census, & per consequens censum esse debitum in futurum.*
4 *Pro scriptura tabellionis præsumitur, & credendum est testes dixisse secundum quòd scripsit notarius.*
5 *Notarius si attestetur nuntium se retulisse talem citasse, & nuntius dicat oppositum cui magis credetur.*
6 *Præsciptio centenaria currit contra Romanam ecclesiam, & non alia.*
7 *Dicta testium obscura declarari possunt.*
8 *Vasallus, an possit præscribere libertatem contra dominum.*

a In feudo. Idem summat hic do. Abb. & do. Felyn. post eos.

2 AD audientiam. In feudo a Ro-
manæ ecclīæ cō
tra ipsam, & vasallum currit sola p̄scriptio
centenaria. hoc dicit. Et primo ponitur
processus narratio. Secundo ponitur diffinitio. secun-
da ibi: non igitur. Prima subdiuiditur, & primo po-
nit petitionē actoris. Secundo responsionē rei. Tertio
probationes actoris. secunda ibi: secundum ea. tertia
ibi: a quo. ¶ Nota primo, ꝙ Papa potest concedere lai
co temporalem iurisdictionem in loco, & etiam per-
ceptionem census debiti Romanæ ecclesiæ conceden
1 do sibi in feudum. ¶ Item nota, ꝙ † census potest debe
ri, & peti ratione consuetudinis, & sic procedere vide
tur libellus, si aliquis petat censum quem ex consuetu
dine dicat debitum. Facit, quod no. s̃. de offi. ordi. dile-
ctus. ¶ Item no. ꝙ interueniēte pluralitate iurium, seu
rerum procedere videtur libellus enumeratis aliqui-
bus subiecta postea clausula generali. Facit, quod ha
betur in c. qui ad agendum. de procuratoribus. in vj.
2 ¶ † Item nota, ꝙ per responsionem quæ fit ad ius, licèt
non fiat ad factum inducitur litis contestatio. vnde si
reus respondeat petita fieri non debere, licèt non ne-
get narrata inducitur litis contestatio. de quo in c. j. s̃.
3 de lit. contesta. ¶ † Item nota, ꝙ liber censualis in quo
scriptæ sunt solutiones census vr̃ probare solutionē
ipsius census, & consequenter censum esse debitum
in futurum. nam tales libri videntur probare, vt pu-
blici, qñ reperiuntur in archiuo publico, & in loco su
specto. nā etiā hoc modo dicitur scriptura authētica in
auth. ad hoc. C. de fide instru. & no. in c. j. & ij. s̃. de in-
stru. per Inn. Secus videtur, qñ in loco suspecto repe-
4 rirentur. ¶ † Itē no. præsumi pro scriptura tabellionis
ex eo, qa hēt officium de publico, & illud iurat. & iō
credēdum est testes dixisse scd̃m qđ scripsit notarius
donec probetur cōtrarium tñ aduerte, qa si testis exa-
minatus dicat se aliter dixisse quā scripserit notarius
non bñ potest probari contrariū, qa testes in secreto
testificantur. s̃. de testi. nuper, & sic testis esset singula-
ris ideo potius credendum est tabellioni. dūmodo sit
bonæ famæ, & hoc tenuit Cy. in l. si quis decurio. C.
de fal. Et nō tñ licèt quo ad effectum ciuilē credat̃ scri
pturæ notarii non tamen credet̃ quo ad effectū crimi
nalem si testis fortè accusaretur de falso in eo, qđ repe
ritur scriptū, ipse diceret se illud non dixisse, quia tunc
non stabitur dicto notarii, vt criminaliter testis possit
puniri. Facit, quod notat Innocen. supra. de proba-
tioni. quoniam, & no. Specu. in titu. de instr. ædic. §. re-
stat. versi. quid si vnus, & versi. quid si dum attestatio-
nes, & sic dicit doctores cōcordasse in sua priuata exa
minatione. Facit ad prædicta, quod notat Bart. in l. j. in
5 fine. ff. quemadmo. testamen. aperian. ¶ † Quid autem
si notarius attestetur nuntiū se retulisse talē citasse, &
nuntius postea dicit oppositum, cui magis credet̃, an
notario, vel nuntio. dicit Ioan. And. super dicto versi.
quid si vnus, ꝙ cum vterque gerat publicum officium
attendi debet qualitas personarū, quia si tabellio est su
spectus ex prius gestis per eū, & non nuntius, magis
credetur nuntio. aliàs in dubio potius stabitur scriptu
ræ per istum tex. cum similibus. facit, qđ notat Cy. in
6 dicta. l. si quis decurio. ¶ † Item nota, ꝙ contra Roma-
nam ecclesiam non currit nisi centenaria præscriptio.
nec etiam contra alium ad præiudicium Romanæ ec-
clesiæ quominus noīe Romanę ecclesię non possit ip-
sum ius prosequi, licèt quo ad præiudiciū ꝓpropriū sic
vt sic sibi tanq̃ sibi non teneatur quis respondere. ¶ Et
ex hoc nota, ꝙ propter connexionem quam hēt qs cū
iure alterius cōsequit̃ interdū ꝑ alium, & alterius no-
7 mine, qđ suo cōsequeretur. ¶ † Itē no. ꝙ dicta testium
aliàs obscura, & non includentia necessàrio certifica-
ri, & declarari possunt ex instrumentis productis si
ex eis patere potest veritas in eo in quo testes defici ūt
vt hic patet, nam testes soli probabunt de solutio-
ne census. sed de causa p̄stationis non dicebant. Vnde
illa suppletur ex priuilegiis deductis. ¶ Item nota, qđ
licèt in tributo, quod præstatur in signū recognitio-
nis supreme superioritatis non currat pręscriptio.
l. comperit. C. de præscrip. xxx. anno. tamen secus est
in censu qui alio respectu potest deberi. ¶ In gloss.
foris facta in fine. potest etiam exponere, quod dicit
banna, idest ius mittendi bannū, & quod dicit come-
stiones idest fortè certas procurationes. ¶ In glo. auto-
ritatem. ibi: priuilegium allegatur. quasi velit, ꝙ requi-
ratur scriptura ad probandum priuilegia. & de mul-
tis casibus in quibus requiritur scriptura vide glos. in
c. j. de censi. in vj. vel dic secundum Io. And. ꝙ ideo di-
cit magis autoritatem priuilegij, & c. quia testes solū
dicebāt de solutione. sed non de causa, nec ꝙ esset de-
bitum. ¶ In glo. censualem. ibi manu comētariensis id
est officialis deputati ad custodiam loci vbi sunt scri-
pturę, in gl. principaliter ibi secus si secundario. & iō
non potest ecclesia Romana se opponere cōtra pręscri
ptionem quadragenariam quę opponitur particulari
bus ecclesiis, qa principaliter hoc non spectat ad ec-
clesiam Romanam. secus quando spectat ad ecclesiā
Romanā, vt hic. videtur tamen, ꝙ licèt ecclesia sit im-
mediate subiecta Romano pōtifici ad p̄iudiciū ipsius
in rebus illius possit currere præscriptio quadragena-
ria, licèt nō ad pręiudicium Romanę ecclesię, vt habe-
tur in c. a. ad fi. j. de capel. mona. & xvj. q. iiij. in c. vo-
lumus. cum ibi notatis ꝑ gl. licèt Archi. aīr videat̃ intel
ligere illud. c. sed cōmuniter tenetur. qđ dixi, vt ibi ēt
ipse fatet̃, vbi aūt quis vellet p̄scribere obediētiā in ec-
clesia quæ esset immediate subiecta Romano pontifi-
ci. tunc clarum, ꝙ reqrit̃ tēpus cētū annorū, qa tūc p̄-
scriberet contra ius principaliter spectans ad Roma-
nā ecclesiā. ¶ In ea. glo. ibi: posset iste castellanus, &c.
Host. tenuit contrarium ne Romana ecclesia habeat
vasallum quem non vellet, vel non expediret habe-
re, & sic etiam transit hic do. Anto. & Ioan. And. ¶ Sed
fortè gl. potest sustineri, qñ sciente, & patiēte Roma-
na ecclesia gessit se ꝓ vasallo ecclesiæ, per ea q̃ hñr in
simili in l. ꝯperit. allegata in gl. & qa tūc cessare vr̃ rō.
Host. vel fortè etiā posset substineri gl. ꝙ si iste ex ali-
qua cā bona fide gessit se tanq̃ vasallus, qđ præscripse-
rit vtile ius feudi etiam non considerata ignorantia
eius cōtra quē prescribitur ꝑ ea q̃ habent̃. in l. fi. C. de
pręscriptio,

præscriptio.lon.temp.& dicta.l.competit.quia tunc nõ fit magnum præiudicium ecclesiæ Romanæ, ex quo habet vasallum in eodem iure.licèt alium quem prius habuit sufficit præscriptio. xl. annorum. & sic limitetur,qđ hic dicitur,& secundum hoc dictum gl. erit valde notabilis.¶ In glo.fin.in fin.& facit,qđ hr̃ in simi
8 li.s.de offi.ordi.§ sacerdos.¶ † Vltimo posset dubitari, an vasallus possit præscribere libertatem feudi.de quo tangit Io.And.in additio.Spe.super hac rubrica, & ibi concludit,q si vasallus erat obligatus ad certũ seruitium, forte quia tenebatur tenere equum pro seruitiis dñi,q si nõ tenuit,nec dominus exigit, tunc possit præscribere propter negligentiam domini non exigẽtis.Si aũt erat feudũ honorificum, tunc dicit, q si dominus infra tempus. xxx. annorum habuerit negotia ad quæ vasalli consueuerunt vocari,vt si factus fuit miles,uel duxit vxorem,tunc dicit,q si non fuit vocatus videtur currere præscriptio.qđ intelligit do.Ant. posse procedere si ex facto alieno fuisset vassallus, ita qđ bona fide potuisset credere se non esse vasallum. l.qui iit alterius.ff. de reg.iur.Secus si ex facto proprio fuisset vasallus, quia tunc non præscribit propter malam fidem.§.eod.c.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Præscriptio tempore schismatis censetur dormire.*
2 *Præscribere, an possit ecclesia Romana contra inferiores ecclesias spatio.xl.annorum.*
3 *Præscriptio,an possit statuto prohiberi.*

a CVm nobis. De centenaria a pscriptio ne q̃ sola currit cõ Romanã ecclesiã tempore chrismatum deducuntur.hoc dicit. & in prima decisa consultatio. secunda responsio. secunda ibi : licèt. ¶ Not. t. quòd contra Romanam ecclesiam non currit præ-
1 scriptio minor centenaria.¶ † Item no. q tpa schismatum deducuntur,& debent deduci de pscriptione, qa præscriptio interim censetur dormire.facit, q dictum
2 fuit.§.e.cũ nõ liceat.¶ † An aũt ecclesia Romana possit contra inferiores ecclesias præscribere spatio quadraginta annorum. remittit Ioan. Andr.ad notata in Spe. eod.titu.versi.illud etiam vbi post Vincen.dicit, q Papa non potest pscribere res ecclesiæ,qa sunt suæ. & sic amplius non pñt effici suæ.§.de fide instru.c.inter dilectos.l.res proprias.C.de legi.Sed certè,vt dicit hic do. Anto.licèt habeat dominium vniuersale nõ habet tñ particulare. & ideo videtur,q possit præscribere, vt si bi immediate sit subiecta ecclesia, vel res vbi prius nõ erat,& sufficere dẽt tpa quadraginta annorũ. non aũt dẽt requiri tempus centum annorum ne inductũ in fauorem retorqueatur in læsionem contra id, quod habetur de regul.iur. quod ob gratiam libr. vj. Facit, quod not.Innocen.supra. de postula. c. bonæ. el ij. & quod notatur in l.bene a zenone.C.de quadri. præscri
3 ptio. ¶ † An autem possit per statutum fieri, quòd nulla pscriptio currat. concludere videtur domi. Anto. quod non per statutum iudicis ecclesiastici inferioris a Papa, quia tales non possunt contra ius statuere. vt legitur,& notatur.§.de offi. Archipresby.c.fi. secus dicit per statutum factum a laicis,quia illi possunt cõtra ius statuere. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. licèt tale statutum videretur contra publicam vtilitatem ,tamen quia ex alio respectu habet æquitatem naturalem ne scilicet quis locupletetur eum aliena iactura.facit. l. nam natura. ff. de condi. inde. videtur posse subsistere per id , quod Ioan. Andr.in simili in regula.possessor. in mercu.de regu.iur.lib.vj.¶ In gl. centum annorum.ibi in rebus , & possessionibus ad-

de,quod dictum fuit in c. pcedẽti. & quod notaĩ. xvj. q.iiij.volumus.¶ In eadem gl. ibi , vel qđ testes dicãt hic in effectu est practica superioris solutionis , vt patet ex notatis in c.j.ad finem.§.eo.lib.vj.tamen ista solutio est ɔtra mẽtẽ istius rex.qui non requirit probari memoriã nõ extare in cõtrariũ,sed solũ pscriptio centũ annorũ iõ gl. finalr dicit nõ esse recedẽdũ a verbis literæ.facit,qđ hr̃.§.de reg.iur. decret. lib.vj. tamen per hoc non apparet solutio contrarii formati in glo.ideo dic secundum doctores,q centenaria præscriptio potest probari. licèt difficilis sit probatio. nam possibile est recipere testes tante ætatis.de quãta dixit gl.& p tales poterit probari licèt raro,& rarissimè hoc contingat, qđ tales ripetiantur. Item poterit probari præscriptio centenaria per instrumentum secundum modum de quo dicetur.§.eodem.si diligenti.Item poterit probari per confessionẽ partis.facit. §. de cõfessis. in c. j.in vj.& ideo licèt sit difficilis pbatio sufficit , q in rei ueritate esse potest,ut euitetur obiectio gl.& no.quia gl.uĩ sentire,q maior.xiiii.annis non possit testificari. de his quæ uidit in ætate minori.xiiii. annorũ. de quo per glo.in c.testes.3.q.3.& per Io. And in c. ex parte. supra.de corpore uitiatis.& in Spec.de teste.§.opponitur.uer.sed nunquid factus pub. & ibi etiam in additiontbus Specu.& per gl.xxxvii.dist. relatum. & ff. de testi.l.iij.§.lege Iulia.per quas remissiones patet , q nõ simpliciter procedit hæc gl. nam ibi ad solennitatem actus non requiritur certa ætas potest testificari de his quæ uidit in pupillari ætate dummodo,tunc esset doli capax.ut no.in d.§.l.Iulia.

a De centenaria. idẽ summariũ do.Abb.cũ isto.

*SVMMARIVM.*

1 *Ecclesiæ sitæ in diœcesi Episcopi, sunt sibi subiectæ ex lege diœcesana.*
2 *Per præscriptionem potest ecclesia eximi a potestate Episcopi.*
3 *Locus si diuersimode nominetur in libello, & probationibus, sufficit ad concludendam identitatem loci, q patet ex alio instrumento , q locus si diuersimode nominatus sit vnus, & idem.*
4 *Cognitio causarum monialium potest præscribi ab inferiore Episcopo.*
5 *Exceptiones contrarias potest quis opponere.& nu.8.*
6 *Exceptiones plures,quando accumulantur , vel probationes expediri prius debet illa quæ facilior est in expediendo.*
7 *Causa matrimonialis est de lege iurisdictionis.*
9 *Præscriptio, in recurrat agere non ualenti.*

b b De pscriptione. do. Abba.Felv. hoc mõ sũmat hoc.c. nihil deuiãtes a domi. de Imo.

b AVditis. De pscriptione b subducitur tps quo uacabit ecclia ɔtra q̃ pscribiĩ. hoc dicit. Et primo ponitur processus , & conclusio negotii. Secundo in decise narrat restitutionem ab vtraque parte petitã,& concessam. ut patet. supra. de testitu. in integr.auditis. Tertio in uersi. quo circa. committit probationes
1 recipiendas , & causam diffiniendam. ¶ † Nota.quòd ad Episcopum uidentur pertinere ecclesiæ sitæ in sua diœcesi, & esse sibi subiectæ ex lege diœcesana , & an differẽtia sit iter legẽ diœcesanã,& legẽ iurisdictionis dicitur plenè hr̃ in tex.& glo.in c.dilectus.supra.de off.ord.& p Inn.j.de statu mona.c.j.& p gl.x.q.1.i sum
2 ma.¶ † Itẽ nota , q p præscriptionem pot ecclesia exĩmi a potestate Episcopi,quando alius prælatus in illa præscribit subiectionẽ. & sic non uult rector ecclesiæ simpliciter libertatem contra Episcopum præscribe-
3 re.nam tunc esset secus.supra eo.cũ non liceat.¶ † No
c ta,quod ubi locus diuersimodæ noiatur in libello c & probationibus ad concludendam loci idẽtitatem sufficit,quod patet ex alio instrumẽto,q locus sic nominatus diuersimodè sit unus,& idẽ locus.& sic una pbatio certificatur per aliã. facit, qđ dictũ fuit. supra. de exceptionib'.cũ uenerabilis.circa finẽ.¶ Itẽ nõ.qđ de præscriptione contra ecclesiã subducit tẽpus uacationis ecclesiæ,qa tunc interim dormit pscriptio.¶ Itẽ

c In libello. an aucte verba libel li intelligãtur contra libellistem, vid. d. Abba in cõs. Iaxiiij.in j. colum.

 nota,

nota,quod in petitione iuris debiti venit non solũ de
bitũ de iure cõ.sed etiã debitũ de iure speciali,qñ est
accessorium ad debitum de iure cõmuni, vt erat hic
in solutione istorum denariorum,de quibus in litera.
de quo etiam tetigi in c.cum ad sedem.de restitu.spo.
liato.& tangitur etiam in c.conquerente.s̃.de offi. or-
di.& j.de sepul.certificari.¶ Item no.quòd per interru
ptionem alicuius articuli,vel aliquorũ articulorũ cõ-
tentorum sub iure vniuersali,non cõcluditur interru-
ptio respectu aliorum articulorũ,& eadem ratione po
tes notare,ꝙ quasi possessio vnius articuli cõtenti sub
iure vniuersali non concludit possessionem aliorum
ad quod benè facit,quod habet̃ in l.j.§.si quis hoc in-
terdicto. & quod ibi etiã notatur per Barto.ff. de iti.
actuq; priua.& facit etiam ad materiam, quod notat
Inno.j.de capel.mona.c.ij.& quod tangetur cum glo.
4 penul.¶†Item nota,quod cognitio causarum monia
lium potest præscribi ab inferiore Episcopo.Facit, qđ
habetur.j̃.de excessi.prꝗla.c.accedentibus.¶Item no.
quod ex titulo indeterminate videtur posse præscribi
res indeterminata,vel ius in loco determinato. ¶ Itẽ
nota,quod ad interrumpendam præscriptionem non
sufficit probare interruptionem nisi probetur facta in
5 tra tempus præscriptionis. ¶ † Item no.quod videtur
quem posse proponere plures exceptiones contrarias
de quo etiam tangitur in glo.& plenè per Dy. de re.
iur.nullus pluribus,lib.vj. & per Bar.in l.nemo. ff. de
6 exceptio.¶†Item no.qđ vbi accumulant̃ plures exce
ptiones,vel probationes prius debet expediri illa quę
facilior est in expediendo.facit,ꝙ habetur in c.si fortè
de elec.in vj.& quod notatur etiam per Inn. s̃. de elc.
7 cum inter.R.& de consue.cũ inter uos.¶ † In glo.j.in
fi.h.d.gl.quod cognitio causarũ matrimonialiũ est de
lege iurisdictionis,vt patet ex no.in c.dilectus. allega
to in gl.& tamen hic iuncto principio.c.cũ fine innue
ret,ꝙ esset de lege diœcesana,ꝙ non est verũ stricte su
mendo legẽ diœcesanã,prout est species distincta a le
ge iurisdictiõis,vt patet ex notatis in d.c.dilect⁹. ¶ In
gl.ij.ibi:sed ibi conuenit̃ subditus suo noĩe.supple,qa
conueniebatur pro censu qui petebatur ab eo.iõ tunc
potest conueniri,& eodem modo esset idem dicendũ
in casu huius.c.si voluisset eṗs petere censum,vel pro
curatorem a capellanis,vt prosequit̃ in gl. Vbi autem
eṗs solum contendit de subiectione,vr̃ glo. remanere
in conclusione,quod non debeat agere contra subie-
ctũ sed cõtra aliũ prelatũ qui dicit illũ sibi subiectum.
sed Inn.hic videt̃ velle, ꝙ ẽt poterit agi contra ipsum
subiectum:qa vr̃ facere cõtrouersiam quominus pos-
sideat eṗs ex quo sibi non obedit, & sic habet̃ quo ad
hoc ꝑ possidente,vt cõueniri possit. Facit, ꝙ habet̃ in
l.j.§.competit.ff.de aqua quoti.& ęsti.& in l.j.in fi.ff.
si vsufruc.petatur.facit,quod notatur per Inno.in c.in
ter quatuor.s̃.de maio.& obe.& per gl.in l.j.§.per hãc
ff.de rei vendica.dicit etiam Inn.quod vbi conuenire
tur prælatus qui dicit ecclesiam sibi subiectam pote-
rit rector ecclesiæ assistere liti, quia interest ẽt subditi
non mutare dñm,& similiter si conueniatur subditus
poterit assistere prælatus,qui asserit illum sibi subditũ
propter suum interesse.¶ Si autem prætenderet quis
se exemptum,tunc clarum, ꝙ potest agi contra eum
& dicit Inno. ꝙ si aliquis prætenderet se exemptũ ab
episcopo,vt non teneatur ire ad cõciliũ.vel ꝙ possit or
dinari a quo maluerit eṗo.tunc si alius prælatus prętẽ
dat illũ rectorem sibi subiectum,nõ poterit episcopus
illi assistere:qa sua non interest ex quò non tenet̃ ve-
nire ad eum.ar.s̃.de electio.cũ inter.R.sed Host.tenuit
cõtrariũ,qa s̃m eum semper uidetur interesse episco-
pi,quod eius subditus non vadat ad alterius synodũ,
sed vt dicit dominus Anto.dictum Inn. potest proce-
dere quãdo Episcopus fateretur illum a se exemptũ.
sed quando negaret procedit dictum Hostiẽ. tamen il
lud est clarum,quod tunc potest ipse subiectus conue
niri.an autem sententia lata contra vnum ex prędictis
præiudicet alteri,tangit hic Innoc.& concludit, qđ si
est lata contra illũ ad quem primo loco spectat defen
sio,præiudicabit alteri per ea quæ habentur.j̃.de re iu
dica.quamuis.& ff.de re iudi.l.sæpe.sed,vt dicit Host.
illa iura potius ponunt casum econtra, quando fertur
contra eum ad quẽ secundo loco spectat defensio sciẽ
te altero ad quem principaliter spectat. Ad quem au-
tem dicatur primo loco spectare defensio. dicit Inno-
cen.quod videtur dicendum, quòd specter primo lo-
co ad prælatum qui prætendit ecclesiam subiectam,
& secundo loco ad ministrum seu rectorem ipsius ec-
clesiæ. Secus si ageretur de possessionibus ipsius ec-
clesiæ. deinde refert alios dicere.& fortè melius secũ-
dum eũ,quod in dictis casibus æquè principaliter spe
ctat defensio ad vtrunq;.allegat.l. principaliter. C. de
liber.causa.quæ tamen modicum aut nihil facit. Nec
hoc probat si benè inspiciatur.& concludit,ꝙ s̃nia la-
ta cõtra vnũ non præiudicabit alteri ignoráti.sed sciẽ
ti,sic per iura præallegata licèt compositio, vel tran-
sactio facta ab vno nõ habeat pręiudicare alteri,ẽt sciẽ
ti per ea quæ habentur.s̃.de transac.contingit.¶ No-
ta bene,quod.c.quãuis.de re iudica.non habet locum
in compositione,vel transactione,sed in sententia. &
licèt sic resideat Io.An.hic tamen forte prima opi. ve
rior est de iure,per ea q̃ no.in d.c.quamuis.de quo j bi
8 plenius dicetur.¶†In gl. ius Episcopale.ibi, sed alius
cuius nomine,&c.per hoc quod dicit hæc glo. dicunt
domini de Rot. in sua conclusione.ccxxxiij.quòd si de
canus,& capitulum alicuius ecclesiæ dicat, & det in
articulis se exemptos ab omni iurisdictione Eṗi,& se
esse, & fuisse in possessione huius exemptionis a tṗe
cuius initij memoria non existit,ꝙ nisi dent articulos
de alio prælato qui præscripsit iurisdictionem in eos
tales articuli non sunt admittendi, quia nullus potest
seipsum iudicare,vel corrigere nec in seipso talia pos-
sidere,vt voluit hæc glo. Et si dicatur quomodo ergo
procedit præscriptio.si alius prælatus dicat̃ præscripsis
se.ex quo ipse subditus non põt talia in se possidere.
facit.l.pe.ff.de arbi.& præscriptio sine possessione nõ
procedit.de regu.iur.sine possessione.lib.vj.rñderi po
test,ꝙ licèt subditus talia non possideat,tamen præla-
tus qui dicitur præscripsisse potuit possidere.potest ẽt
dici,quod qñ allegatur præscriptio ad extinguendum
ius alteri competens,non exigatur possessio sicut pa-
tet in p̃scriptione actionis personalis cui præscribit̃.l.
ij.C.de cõst.pe.& l.sicut.& l.se.C.de præscrip.xxx.an-
no.& tamen nemo actionem illã possidet nisi ille cui
verè cõpetit.vt no.Inn.de resti.spo.in literis. ¶ In ea.
gl.in fi.q d aũt de institutione,& destitutione fiẽda de
rectore ecclesiæ,an possit p̃scribi per Abbatẽ, vel aliũ
inferiorẽ Eṗo.Inn.hic videtur velle,ꝙ sic.Hosti.cõce-
dit institutione corporali,vel collatiua tituli. secus in
inautorizabili per quã dat̃ ius exercendi curã aĩarum
de quo plenè no.per Io.An.in c.cũ satis.s̃. de offi. ar-
8 chi.¶†In gl.præscripsisse.in fi.no.ad gl.ꝙ reus copu-
latiuè codẽ tẽpore nõ videtur posse vti exceptionibus
cõtrarijs,sed disiũctiue proponẽdo sic. puta si dicat se
tutũ priuilegio,vel præscriptione,diuerso aũt tṗe cla
rũ est,ꝙ põt proponere, & si in vna succubuit põt ad
aliã trãsire nisi expræsè reperiat̃ prohibitũ.& istã opi.
multi tenẽt.de quo per Dyn.in regula nullus plurib⁹.
in vj.& p gl.& Bat.in l.nemo.ff.de excep.gl. tñ in d.l.
nemo.videt̃ velle, ꝙ etiam copulatiuè codẽ tempore
possit

possit proponere exceptiones contrarias. Bart. saluat illam gl. quando excipienti incumbit probatio super vtraq;, vt si reus allegat solutionem, & pactum de nō petendo, & etiam in casu huius capituli, quando allegat priuilegium, & præscriptionem, secus si non incū beret probatio reo super vtraq;. per id, quod habetur in l. cum de indebito. ff. de proba. quia tunc eodē tempore non debet proponere exceptiones contrarias, tamen videtur, ꝙ licèt admitteretur quatenus proponit exceptiones contrarias, tamen deberet prosequi alterā earum, & non vtranq; simul, quia esset sibi contrarius, & sic non deberet audiri. l. ij. §. sed & si alius. ff. quando appellandum sit. & j. de ap. solicitudinem, cautius tamen puto esse, ꝙ proponantur exceptiones contrariæ alternatiuè, vt sic euitentur opi. ¶ In gl. per illa. in fi. & sic patet, ꝙ incautè se habuit aduocatus monasterij non producēdo priuilegia regalia sine q̄bus priuilegium celestini non iuuabat monasteriū, & per istum tex. coniuncta gl. dicit Ioan. And. posse instrui aduocatos nouitios, vt sint cauti taliter articulare, ꝙ probatio concludat, & si expedit de aliquibus in tersignijs probare: debent de illis articulare, seu facere atticulos, & probationes super illis. vnde in quæstione facti, dum quidam bidellus cōduxisset equum ad vecturam pro eundo ad certum locū, & ille equus diceretur naturaliter mortuus in via, & locator peteret emendam, seu precium equi qui sibi non restitue batur, & conductor probasset per illos qui secū erāt, quòd equus quem equitauit mortuus fuit naturaliter, quòd quia in genere probauit, & non in specie, de equo sibi locato, ꝙ talis probatio non habuit ipsum releuare. nam dicebat locator verum est, ꝙ probasti vnum equum esse mortuum quē tu equitasti, sed non probasti illum quem tibi locaui fuisse mortuum & sic probatio non concludit necessario. & ideo non iurat. s. de proba. in præsentia, ideo debet articulari, & probari de intersignijs equi taliter, ꝙ concludetet illū fuisse equum locatum. & idem dicas de similibus, & ideo si velis petere librum ab aliquo sis cautus etiam articulare de intersignijs libri. ¶ Dicit etiam per hanc decre. instrui aduocatos, vt non præcisè articulent de tempore necessario ad præscrip. quia si tūc probaretur ꝙ aliquibus diebus præscriptio dormierit cessabit præscriptio. & ideo cautum est articulate de maiori tempore quam sibi necessario, & ideo moderni aduocati, & procuratores sic formant articulos, inten dit talis probare, ꝙ possedit talem rem. xl. l. lx. annorum. & plus tanto tempore, ꝙ eius initij memoria non exstitit, vt sic testes habeant occasionem deponēdi de qua remoto tempore testes magis cognoscunt, & sciunt. ¶ In gl. penul. in fi. sed certè gl. non respondet ad contraria. ideo dic secundum Host. quòd contraria loquuntur in indiuiduis, & contiguis, hic in indiuiduis, & separatis. facit, quod habetur. in simili in l. eum actum. ff. de nego. gest. Sed tunc obstat, quod no. Inno. j. de capel. monacho. c. ij. vbi dicit, quòd dēt cōtiguitas in genere, quia sint multa capitula sub eodem genere comprehensa. vt apprehensio vnius atticuli extendatur ad alios eiusdem generis. & sic cum agatur hic de pluribus capitulis contentis sub vno genere iurisdictionis Episcopalis, vr quòd debeat fieri extensio. Sed potes dicere, quòd illud procedit, quando acquireretur possessio ex voluntate possidētis, vel quando ex certa scientia, vel patientia eius vtitur q̄s. parte, vt quærat totum. Secus quando non patitur in aliquibus, vel quando sumus in dubio, an velit quærere possessionem ad limites eius quo vtitur. facit, qđ habet, in l. ij. §. si q̄s hoc interdicto. ff. de itinere actuq;

priuato. & vt dixi etiam hic non patiebatur ille cōtra quem agebat quis quærere illis de quibus hic dicitur in litera. Et ideo ad illa non extenditur. vbi autē episcopus animo retinendi ius episcopale in aliquo capitulo illo vteretur in omnibus alijs sibi conseruat. vt voluit Inno. in d. c. ij. de capel. mona. quod videt̄ procedere, nisi alius aliqua possideret, quia in illis tunc non conseruaret ius episcopale. ut hic patet. ¶ In glo. fina. ibi. s. eo. illud dic, quòd taciturnitas ante completam præscriptionem non nocet successori. Sed postea sic. & ita hic, de quo in regula delictum. de regu. iur.
9 in vj. ¶ † In ca. glo. ibi. §. si dolo. Concludit ergo gloss. in isto articulo, an non ualenti agere currat præscriptio, quod regulariter currit, sed datur restitutio, nisi facto tertij fuerit quis impeditus qui non sit soluēdo, quia tunc contra eum non debet agi, aliàs vt dictum est currit, sed datur restitutio. Fallit vbi lex dicit tempus ipso iure non currere. vt in casu. l. j. in fi. C. de anna. exceptio. & in alijs no. s. eo. cū non liceat, sed Cy. in l. quoties. C. de precibus imperato. offeren. & Bar. in l. senatus. ff. de offi. præsid. dicunt, quod aut quis est impeditus impedimento facti, aut iuris. Primo casu si impeditus est facto tertij habet locū, quod tetigit gl. quæ aut ille est soluendo, aut non. si autem est impeditus casu fortuito, tunc currit, sed datur restitutio. facit, quod habet. in simili in l. si fundū. ff. de fundo do. & quod hī. in d. l. senatus. aut erat inchoata, & tunc ipso iure non currit præscriptio durante impedimento. l. i. in fi. C. de anna. exceptio. & de materia per do. Anto. s. eo. cum non liceat. ¶ Extra gl. tangit hic Inn. quid si testes Abbatis contradicant telibus Episcopi, quæ probatio præualebit. Et concludit, ꝙ si Episcopus solum probet ecclesiam sitam in diœcesi, & Abbas probet se possedisse iura Episcopalia præualebit probatio Abbatis, quia probatio Episcopi non concludit ad possessionem, sed ad proprietatem. facit, qđ no. s. de testi. spo, olim. el 3. Probatio vero Abbatis respicit possessionem, & ideo illi non detrahitur per ꝓbationem Episcopi. ¶ Interdum autē Abbas probat possedisse iura episcopalia, & similiter probat Episcopus, & tunc præferentur testes Episcopi, tanquam veriora dicentes, cum dicant consona iuri cōmuni. facit, ꝙ habetur. in l. ob carmen. §. si testes. ff. de testibus. & supra de probatio. licèt causam. & de testi. in nostra. & pro hoc etiam est gl. ordina. licèt non allegetur hic per doc. in c. cum ecclesia vulterana. supra de ele. hęc tamen limitat. d. Anto. quando testes Abbatis sunt pares testibus Episcopi, vel in modico excedunt, secus si in multo. nam tanta posset esse numositas, & dignitas testium Abbatis, ꝙ præferrentur verisimilitudini prædictæ. per id, quod habet. supra de testi. in nostra. quod est arbitrio iudicis relinquendum. l. 3. §. 1. ff. de testi. ¶ Interdum autem testes Abbatis dicunt, quod omnia iura Episcopalia possedit, tunc videt velle, ꝙ præualeat probatio Abbatis tanq; clarior, eum indefinita verificetur etiam in aliquibus ex sui proprio significato. facit, quod no. de elec. vr circa. in vj. ¶ Si autem testes Abbatis vniuersaliter deponant super omni iure Episcopali: intelligo possibili possideri ꝑ Abbatem per id, quod dixit gl. in verbo ius Episcopale, vt Episcopus in certis articulis specifice probauit, tūc dicit, ꝙ in illa specificè præualebunt testes Episcopi, & sufficiet probatio fortè per duos testes ad probandum interruptionem, licèt per pluries fuerit facta probatio per Abbatem super vniuersali vsu. arg. ca. illud. supra eo. & pro hoc faciat vniuersalis satagat negatiuam. Et ideo non videtur æquè valida. supra, de cau. poss. cum ecclesia. ¶ Item quia nō est sic determinata probatio:

probatio : ficut probatio facta in specie, & in illa po-
tuit falli plus teitis, quàm in speciali depositione: &
quia possibile est testes Abbatis plura vidisse exerci-
tia, & non oppositum exercitium Episcopi, quod in-
terdum breui tempore potuit expediri, & istud sequi
tur etiam hic domi. Ant. licèt Inno. dicat hoc sibi non
placere, & remittit ad no. j. de relig. do. constitutus, &
voluit allegare no. per se in c. 2. de ca. mona. quia in c.
constitutus. non tractat de hac materia. & non obstat
secundum dom. Anto. no. in d. c. a. quia loquuntur qñ
quis exercet vnũ capitulũ iurisdictionis animo quæ-
rendi totum, & hoc constat, & patitur is qui possidet,
quod hic non contingit. facit, quod dixi super glo. pe
nul. ¶ No. bene practicã, quia faciũt, q si aliqui testes
dicunt, q Titius possedit tales boues pro suis, & tanq̃
suos, & alij testes dicant, q possidebat eos tanq̃ condu
ctos à Titio. & fuerunt præsentes locationi, q magis
sit credendum vltimis testibus. qa magis specifice de-
ponunt, q tene menti. & si dicatur cum idem ius pos-
sit esse apud plures. facit, quod habetur. in l. Lucio. ff.
de aqua quoti. & supra, de off. arch. c. j. vbi Ius visitan-
di competit Episcopo, & etiam archidiacono. & sic vi
detur quod licèt Abbas præscribat quæratur nouum
ius, & nõ extinguatur ius Episcopi, sed dic licèt Inn.
clarè non declaret, q hic in dubio Abbas non præsu-
mitur velle creare nouum ius, sed velle vti eo respe-
ctu quo Episcopus vtebatur, vt sic ecclesia eximatur
ab episcopo, & sibi subiiciatur. & hoc etiam patet, qa
dicebat ecclesiam sibi pleno iure subiectam, & eam
prorsus exemptam à iurisdictione Episcopi, qualiter
autem interrumpatur præscriptio in corporalibus. di
cit Innocẽ. eodem modo quo in rebus corporalibus,
& sic per contestationem, & alios modos de quibus.
supra. eod. illud.

*SVMMARIVM.*

1 *Visitare potest archiepiscopus totam prouinciam suam. & nu. 10.*
2 *Procuratio quæ debetur ordinario non potest præscribi.*
3 *Præscribi non potest ius visitandi, nec ius procurandi.*
4 *Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in subiectos suffraganeorum ratione iurium denegatorum.*
5 *Procuratio debetur propter visitationem, quæ fit ex necessitate.*
6 *Seminans spiritualia potest metere carnalia.*
7 *Procuratio potest commutari.*
8 *Procuratio non potest expresse remitti.*
9 *Præscribi, an possit contra procurationem.*
10 *Potestatem delegatam, & ordinariam potest quis habere. & nu. 6.*
11 *Potestatem delegatam, & ordinariam habens, si procedat non exprimendo, an ex delegata, an ex ordinaria ex qua intelligetur præscripsisse.*
13 *Processus, an valebit si partes ignorantes ius, vel factum a principio processerunt coram ordinario nõ suo, & posteà sciunt nihilominus procedunt.*

a Procuratio. vnius moduli, & tenoris sũt do. Abb. Fe ly. & Ioã. in summatione huius. c.

a
Vm ex officij. Procuratio a q̃ debetur ordi-
nario non potest præscribi. h. d. Et pri-
mo narrat factum, & allegationẽ reo-
rum. Secundo allegationem reprobat,
& processum contra reos factum serua
ri præcipit. Tertio reseruat allegationes aliás si quas
rei habet legitimas, secunda ibi. nos igitur. tertia ibi.
1 si quid enim. ¶ † No. 1. q archiepiscop⁹ potest visitare
totam prouinciam suam. & sic etiam diœceses suffra-
neorum de iure cõmuni, & procurationem recipere a
locis visitatis. Et sic no. casum in quo hodie archiepi-
scopus habet iurisdictionem in subditos suffraganeo
rum, de quo in c. pastoralis. supra, de offic. ord. ¶ Item
no. q vbi ius cõmune fundat intentum petentis non
sufficit reo negare intentionem agentis, nisi alleget
2 iustam causam negationis. ¶ † Item no. q ius soluen-
dæ procurationis non videt̃ posse præscribi per volen
3 tem non soluere. ¶ † Item no. q ius visitandi non vide
tur posse tolli per præscriptionem, & eadem ratione
nec ius procurandi illi annexum. facit, q habetur. su-
pra, de consti. transla. ¶ Item no. q licèt ius visitandĩ,
& procurandi sit imprescriptibile a subiecto extinctæ
translatiuè tamen est præscriptibile, vt sic de vno præ
lato ad alium transferatur. facit, q dictum fuit. supra
4 eo. c. accedentes. ¶ † Item no. argu. q etiam occasione
iurium denegatorum archiepiscopus potest exercere
iurisdictionem in subiectos suffraganeorũ, nisi aliud
habeat ex consuetudine, & sic transit do. Ant. inquan
tum litera vult, q Episcopus Parisiẽsis facere debet
5 tales sententias obseruari. ¶ † Item no. q propter visi-
tationem, quę fit ex necessitate debetur etiam procu-
ratio, sed istud intellige secundum Host. quando visi
tatio fit ex necessitate iuris, vel loci visitati, quia visi-
tatione indigebat, si autem propter necessitatem pro
priam ipsius visitantis declinasset ad locum, non tene
batur de necessitate rector loci recipere saltem quan-
tum ad hoc, vt si non fuerit receptus possit iurisdictio
nem contra talem exercere, quia non est de casibus
no. in præalle. c. pastoralis, dicit tamen Innoc. quod si
inhumaniter denegetur hospitium charitatiuum, pu
niri possit per suum Episcopum, licèt non per ipsum
archiepiscopum, facit, quod habetur. j. de emp. & ven.
6 c. fi. ¶ † Item no. illud vulgatum, q seminans spiritua-
lia metere potest carnalia, & sic facit, q quilibet pro-
curator possit exigere procurationem, sed certè secun
dum Host. hoc debet intelligi de seminantibus spiri-
tualia ex debito sui officii. ¶ Quid autem si Abbas ali
quis pręscripserit visitationem, & non recepit procu-
rationem, an completa pręscriptione visitationis pote
rit exigere procurationem. tangebat hic Host. de quo
gl. in regula. odia. de regu. iur. in vj. vbi glo. concludit,
q non ex quo non consueuit procuratorem recipere,
& non debeat extendi pręscriptio. per id, quod habe-
tur. in d. regula. odia. ¶ Vltimo per istũ tex. iuncta an-
tiqua quæ habebatur per verbum contemptores, &
dicebat̃ tam autoritate nostri rescripti, quàm ex anti-
qua metropolitica consuetudine, &c. Colligit Inn. q
potest quis habere duplicem potestatem, scilicet dele
gatam, & ordinariam, & ex vtraq; procedere. facit, q̃d
hr̃. supra de cor. viti. in c. significauit. & j. de præbend.
in c. nisi essent. de quo. j. tangetur. ¶ In glo. j. in fi. dic;
q hic loquitur in iure imprescriptibili. & ideo nõ ha
buit proficere allegatio præscriptionis. Secus vbi age
retur de iure præscriptibili. & ita loquitur contrariũ.
Nec ob. tunc, q tempus non est modus tollendæ obli
gationis, quia verum est ipso iure, & sic loquit̃. §. pla-
cet. alle. in glos. sed bene tollit quantum ad effectum.
vt patet. in l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. xxx. ann.
7 ¶ † In gl. pœnitus. in fi. no. bene ex glos. q procuratio
potest cõmutari. & licèt in hoc instaret Inno. & Host.
tamen hoc est expeditum. in c. exigit. & c. felicis. de cẽ
8 st. in vj. ¶ † Secundo no. ex glo: q procuratio non po-
test expresse remitti, sed Innoc. & Vincen. tenuerunt
contrarium ex eo, quia in temporalitate consistit, &
videtur tangere ius priuatum. ideo videtur posse illi
renuntiare. vij. q. j. quam sit periculosum, fatetur ta-
men, q licèt expressè possit renuntiari. tamen tacitè
non renuntiatur non recipiendo. & sic intelligit istũ
tex. Secus dicit in visitatione, quia illa consistit in pu-
blica vtilitate. & sic in iure publico. ideo nedum taci-
tè non renuntiatur, sed etiam nec expresse posset re-
nuntiari, per id, quod hr̃. supra de foro compe. si dili-
genti. & quia non est licitum pacisci, q non accusabit
vel non aget contra alium de delicto. supra de iureiu.
quem-

quemadmodum. & ff.de pac.l.si vnus.§.illud.Hostiē.
vero tenet cum gl.cum procutatio est annexa visita-
tioni, & sic censeri debet iuris publici sicut visitatio.
argu.supra de consti.transla.& ideo non videtur etiã
posse expresse remitti.do.Anto.concordat opio.quia
secundum eum opi.Inn.potest procedere in temissio
ne temporali ad præiudicium ipsius prælati remitten
tis,sed oon in perpetua ad præiudicium successorum.
9 ar.supra de transa. de cætero.& j.de preca.c.ij.¶†Ter
tio oo.ex gl.quia viderur velle, ꝙ non possit præscribi
contra procurationem, quod intelligit Vinc.quando
non fuit petita,sed quando fuisset petita, & denegata
ttunc videtur posse præscribi,quia ex tunc,videtur es-
se in quasi possessione libertatis ipse denegans,dum-
modo violentia non interuenerit. Inno.hic.& Arch.
in c.perpetuo.de censi.in vj.tenet, ꝙ ex roto præscri-
bi non potest.sed quota procurationis bene posset p̄-
scribi.& hoc ideo,quia ꝙ detur aliqua procutatio vi-
detur esse ius publicum autoritate,& vtilitate,quia si
nulla daretur negligeretur visitatio, quæ ratio cessat,
quando aliquid datur.facit,quod habetur. in ca.fœli-
cis.de cens.in vj.& xvj.q.quicunq;.el.j.vnde etiam in
modo procurandi potest ꝓdesse præsctiptio, vt not.
10 Spe.in ti.de leg.§.superest.ver.illud quoq;.¶†In glo.
pen.ibi.cum Episcopus sit negligens.imo etiam si nõ
sit negligens potest visitare prouinciam.in c.si.de cen
si.in vj.& si concurreret Episcopus, & archiepisco-
pus,præferri debet archiepiscopus. arg.xj.q.3.qui resi
stit.& de tempo.ord.c.ad aures. Cauere tamen debet
archiepiscopus,ne impediat Episcopum temporibus
11 suis consuetis.de quo in præalle.c.si.¶†Extra gl.vt te
tigi in notabilibus. dicit hic Ionocen.quem posse ha
bere potestatem delegatam, & ordinariam. & si ex
vtraq; procedat,& expediat appellari: appellari debe
bit ad Papã non ad Patriarcham, quia magis digna
est autoritas delegata Papæ,q̃ metropolica.& ideo at
trahit ad se minus dignum, vt de conse.ecc.vel alta-
tis.c.quod in dubiis.& de offic.dele.si duo.lib.vj.dicit
etiam ꝙ potest eligere ex qua procedat. facit secundũ
eum,quod habetur.supra de offi.dele. significãtibus.
Item potest eligere vnam potestatem in vna parte li-
tis,& aliam in alia parte.alle.quod habetur. supra de
arb.innotuit. & infra de præben.nisi, & quatenus ex
ordinaria si grauet appellabitur ad superiorem:quate
nus à delegato appellabitur ad delegantem. facit,qđ
habetur.j.de appel.si duobus. & sic etiam videtur trã
sire hic Io.An.sed dom.Anto.hic dicit,ꝙ non videtur
de iure posse simul concurrere potestas delegata, &
ordinaria:quia in specie in qua facta est delegatio, vi-
detur remota potestas ordinaria, & transfusa in dele-
gatam.facit,quod habetur de officio delegati.licèt. &
quod habetur in p̄alleg.c.si duobus, & c.vt nostram.
Nec ob.quod habetur.in c.innotuit.p̄allega.& c.nisi,
quia ibi potestates oon eraot impassibiles, quia erat
potestas arbitraria,& potestas delegata.hic secus.Sed
puto opi.Inno.posse defendi per istum tex.iuncta ao-
tiqua.& per id,ꝙ habetur.in d.c.significauit.de corpo
re viti.& pro hoc etiam faciat, quod potestas delega-
ta,videtur dari, ex quò datur habenti ordinariam, &
ad adiuuandam,& ad ampliandam potius q̃ ad dimi
nuendam.ergo non debet operari diminutionem. ar
gu.c.cum inter. supra titu.1.& l.legata inutiliter.ff.de
lega.j.Nec obstant iura allega.per dom.Anto.quia lo
quuntur quando delegatio fit tertio,quo casu videtur
tunc species delegata exempta a potestate ordinaria,
quia tunc tendit ad detraheodum iurisdictioni ordi-
nariæ. secus est quando eidem ordioario fit delega-
tio, vt supra dixi.nec video quid repugnet quominus
possit procedere sententia Iono.& hæc procedunt,qñ
constat delegatio fieri.¶An autem in dubio videatr
velle delegare, quando committit aliquid ordinario:
an vero excitare iurisdictionem ordinariam. recurre
ad no.per Inno.in c.licèt.de offic.ordi.& per legistas.
in l.ius autem ciuile.ff.de iusti.& iu.& in l.sæpe.ff.de
offi.præsid.nam consueuit dici,aut per cõmissionem
alteratur in aliquo iurisdictio ordinaria, & tunc cen-
setur delegatus:aut noo alteratur, & tũc secus.¶Sed
iuxta prædicta est dubium,quid si in veritate quis ha
bet vnam tantum potestatem,puta ordinariam.& pu-
tat se habere delegatam.sed illa m non habet, an si ꝓ
cedat ex delegata teoebit processus.Innocē.hic refert
duas opin.vna est, quod sic.quia iste in genere voluit
procedere.facit in argu.quod habetur.in l.eum qui.§.
si iniuria.ff.de iniur.alia est opinio,quod non valeat,
ex quò elegit viam incompetentem.per id,ꝙ habetur
in c.cum super. de offic.deleg.nam tunc videtur suc-
cedere illud vulgatum,quod nolui potui, &c.l.mul-
tum.C.si quis alteri,vel sibi.& no.in ca.cum super,&
istam partem tenet Host.per præalle.ca.cum super. &
ista est cõmunois opi.de quo etiam ego allego. in c.ex
literis.de offi.deleg.in glo.fin.nec ob.d.§.si iniuria.q̃a
in diuerso casu loquitur. præterea ibi volebat delin-
quere,& faciebat actum prohibitum,ideo tenetur,li-
cèt ille cui intulit iniuriam sit alia persona,q̃ putaue-
rit.nõ ob.etiam l.ij.§.j.ff.de iudicijs. vbi si iudex igno
rat de prorogatione valet processus. quia ibi iurisdi-
ctio prorogata non differt specie a priori iurisdictio-
ne. vt no.s.de offi.delega.P.& G.hic autem delegata
differt specie ab ordinaria.& ad prædicta facit, quod
no.Spec.in ti.de sen.§.quooiam. versi.quid si dixerit.
12 & in ti.de iurisdi.om.iudi.§.j.versi.vlti.no.¶†Quid
autem si procedat non exprimendo, an ex delegata,
an ex ordinaria. licèt fortè putat se habere delegatã.
dicit d.Anto.quod in dubio intelligetur processisse ex
potestate per quam valeat processus.argu.l.iij.ff.de te
sta.mili.& j.de verb.signi.Abbate.licèt aliqui contra.
sed non bene secundum eum. & hoc clarè pateret, si
in sententia diceretur,quod tulit sententiã omni mo-
do,iure,& forma quibus magis,& melius potest si cõ
muniter consueuit dici. Et propter prædicta tangit.
hic dom.Anto.aliqua quæ notantur. per legistas.in l.
j.C.qui pro sua iurisdi.& in l.j.C.vbi de crimine agi
oportet.vnde tangit, quid si habenti alias potestatem
ordinariam sit facta delegatio de causa inter non suos
subditos per noo habentem potestatem delegandi,
an si in tali causa procedat teneat processus. & patet
ex prædictis,quod si procedit vt delegatus,non tenet,
nec similiter si vt ordinarius, ex quò non erat ordina
rius illius causæ si partes fuerunt in errore iuris,& fa-
cti.secus si scientes ius,& factum litigauerint, q̃a tũc
prorogata est iurisdictio.l.1.& 2.ff.de iudi.¶Quid au
tem si superueniat potestas in delegante, an cõfirme
tur delegatio, & videtur velle gl.in locis præallega.&
Bar.ibi,quod si ex causa de præterito superuenit.vt in
casu.l.obseruate.§.fi.de offi.proconsu.tunc confirme
tur, quia tunc a priocipio in delegante erat habitus,
licèt non exercitium iurisdictionis, confirmatur ta-
men,vt ex tunc, non vt retro.d.l.obseruate.§.fi.secus
si superuenit ex causa nouiter exorta, quia tunc sine
noua voluntate non confirmatur etiam, vt ex tunc.
13 ¶†Quid autem si partes ignorantes ius,vel factum à
principio processerunt coram ordinario non suo, &
postea sciunt nihilominus procedunt, an valebit pro
cessus.gl.in d.l.i.C.vbi de crimine agi oportet.& Bar.
volunt,quod sic. & quod confirmetur etiam quod re-
tro est gestum,arg.l.licèt.ff.de iudiciis. quia solũ pro-
pter

pter defectum consensus vitiabitur iudicium, ideo su
perueniente consensu deber validari. secus, quando
ex alia causa deficit. sed do.Anto.hic dicit.& puto me
lius, quòd propter superuenientem consensum non
validarur processus, quia fuit a principio nullus, & iõ
ex consensu partium non potest validari. facit, quod
no.Inno.in c.prudentiam.s̃.de offi.delega.nec obst.l.
licèt.præalleg.quia ibi iudicium nõ erat omnino nul
lum, sed erat aliquod in præiudicium falsi procurato-
ris, vt no.in l.licèt.C.de iudi.hic autem a principio
acta fuerunt omnino nulla. facit, quod no.in l.ij.per
gl.C.de iure fis.lib.x.Et bæc videntur procedere, qñ
post contestationem litis superuenit consensus, sed
vbi ante contestationem superueniret, quia proroga
tio secundum opinionem gl.non fit nisi per contesta
tionem, tunc tenendo opinionem glo.satis videt̃, qđ
validentur ante gesta, ex quò superuenit ante conte-
stationem. facit, quod dixi in c.j.s̃.de iudiciis.

*SVMMARIVM.*

1 *Possidens nomine alieno non præscribit.*
2 *Possessum contra iuramentum non dicitur baberi bona fide, & ideo non potest præscribi.*
3 *In præscriptione requiritur titulus, & bona fides.*
4 *Præscribi non potest contra ius Romanæ ecclesiæ minori spatio centum annorum.*
5 *Præscriptio centenaria de facili probari non potest.*
6 *Et an possit probari ex communi auditu, vel ex communi opinione.*
7 *Patrimonium ecclesiæ Romanæ.*
8 *Donatio constantini facta Papæ Siluestro, & ecclesiæ, an fuerit facta de Roma, & de Italia.*
9 *Bona fides, an semper requiratur in possessionibus.*
10 *Iura incorporalia, an possint præscribi.*
11 *Bona fides, an præsumi debeat, an vero debeat probari.*
12 *Bona fides sine titulo, an sufficiat in præscriptione longissimi temporis. xxx. vel. xl. annorum.*
13 *Præscriptio. xl. annorum cum bona fide absq; titulo currit contra ecclesiam.*
14 *A ludente emens, an censeatur possessor malæ fidei.*
15 *Mala fides autoris, an noceat vniuersali successori.*
16 *Error non prodest quo ad vsucapionem, vel præscriptionem.*
17 *Bona clericorum, an gaudeant eodem priuilegio quo ecclesiarum.*

a Qui alieno.sup vna
incude oẽs
fabricãt eis
dẽ vbibus.
j. eisdẽ uer
bis d.Abb.
Fely.& Ioã.
de Imo.

b Bona fides.vide d.
Alexan. de
Imo in cõ.
s.125.in j.
col in 2.uo
lumi.

a I diligenti. Qui alieno [a] nomi-
ne possidet non præ
scribit, nec etiam qui proprio nomine
possidet, si non habet iustum titulum.
h.d. Et primo inducit vnam rationem
contra archiepiscopum. Secũdo repro
bat ipsius excusationem per locum a diuisione. secun
da ibi: nos igitur. ¶ No.j. quod aliqua sunt loca, quæ
sunt immediatè subiecta Romano pontifici. vt patet
hic de tota sardinia. & de isto iudicatu calaritano.
¶ Item no. quod confessio prælati videtur præiudica-
re. de quo in ca. præsentium. de testi. in vj. ¶ Item not.
quod in iure mere personali videtur posse dari quasi
possessionem, vt contingit hic in iure præstandi iura-
mentum de fidelitate. secundum dom. Anto. sed cer-
tè istud non est mere personale. imo inhæret iuri rea-
li feudi. & de materia dic, vt consueuit tangi. in c. per-
uenit. j. de censib. & per Cyn. in l. si certis annis. C. de
pact. & s̃. de elect. querelam. & per Bar. in l. 2. ff. quo-
1 rum bono. ¶ † Item no. quod possidens nomine alie-
no non præscribit: quia non intelligitur possidere, sed
ille cuius nomine possidetur. s̃. de resti. spo. cum venis
sent. & C. de præscri. xxx. annorum. in l. male agitur.
2 ¶ † Item no. ꝙ exactum, vel possessum contra iuramẽ
tum non dicitur haberi cum bona fide, & ideo non
potest præscribi, nec licite retineri. facit, quod habet̃.
supra quod metus causa. ad audientiam. & idem dicas
de alijs cum peccato acquisitis. j. de iude. cum sit. cum
3 ibi notatis. ¶ † Item no. ꝙ in præscriptione etiam in-
corporalium, videtur requiri titulus, & bona fides, qñ
id de quo quærit̃ non potest possideri bona fide absq;
titulo, licèt aliàs præscriptio non sit contra ius com-
4 mune. ¶ † Item no. quod contra ius Romanæ ecclesiæ
etiam si illud accidenter habeat non præscribitur mi-
nori spacio. c. annorum. facit, quod habetur. in Auth.
5 vt ecclesia Romana. §. j. & per totum colla. a. ¶ † Item
no. ꝙ præscriptio centenaria de facili non potest pro-
bari: potest tamen cum difficultate. vt dictum fuit. su-
pra eo. cum vobis. & in casu isto posset probari per in-
strumenta fidelitatis facta. per c. annos. & vltra pro ip
sa ecclesia pisana, per testes autem difficiliter proba-
tur. ut dictum fuit. in d. c. cum vobis. ¶ Item no. quòd
illud, quòd de facili fieri non potest: non de facili est
6 credendum. ¶ † Vltimo no. arg. secundum do. Anto.
præscriptionem centenariam ex auditu, vel ex cõmu
ni opin. alias de facili esset probabilis, & sic non sem-
per est verum, quòd vbi agitur de facto, vel iure anti-
quo probetur ex fama, vel ex auditu de quo per Inn.
j. de ver. sig. veniens hodie. lib. vj. & tetigi. supra, de te-
sti. præterea aduerte tamen quia si probaretur cõmu-
nis opi. per modum de quo tangitur per glo. in c. j. ad
fi. j. eo. in vj. videretur sufficere, quia tunc nedum pro
baretur præscriptio centenaria, sed etiam tanti tempo
7 ris cuius initii memoria non existit. ¶ † In gl. 2. in fi.
& no. bene ex tex. cum hac gl. quòd tota Sardinia est
de patrimonio ecclesiæ, similiter & tota Sicilia. vt ha-
betur. xciiij. dist. c. j. & supra de iureiurand. veritatis. &
no. Io. An. supra de præsump. mandato. & probatur ẽt
in cle. pastoralis. de re iud. ¶ Item Roma cum suo Du
catu, & cum adiacentibus territoriis maritimis, & mõ
tanis. lxiij. dis. tibi Domino. & c. ego Ludouicus. & in
palea Cõstantinus. xcvj. dist. ¶ Item Ferraria, & Mar
chia. vt no. Accu. in Auth. vt ecclesia Ro. 100. an. gau.
priuilegio. col. 2. ¶ Itẽ Bononia, & Romãdiola, vt no.
Spe. in ti. de represen. §. fi. versi. item quod obtentum
est ab Imperatore. vbi dicit donationem Bononiæ, &
Romandiolæ esse factam per Rodulphum Imperato-
rem. de quo Rodulpho etiam fit mentio. in cle. ne Ro
8 mani. de iureiuran. ¶ † Item aduerte, quia in palea Cõ
stantinus. videtur innui valde latam fuisse donationẽ,
quam fecit Constantinus Papæ Siluestro, & ecclesiæ,
quia videtur innui, quod fuit facta de Roma. & de Ita
lia, & omnibus partibus occidentalibus, tamen in ca.
tibi domino. superius alle. innuit contrarium de Ita-
lia. & videmus etiam partes Italiæ per Imperatorem
teneri. tanquam de iure sibi subiectas, & etiam ꝓ hoc
facit, quod specifice fuit facta donatio aliquarum pro
uinciarũ, & aliquorum locorum existẽtium in Italia,
sicut patet de Bononia, & Romandiola &c. vnde fortè
ecclesia non sic late acceptauit sicut sonat illa palea
Cõstantini, vel resignauit Imperatori aliqua retentis
sibi aliquibus. aliàs non video quomodo dicta iura be
ne possent concordari. ¶ In gl. confessionem ibi. sibi p̃
iudicauit. de hoc die, vt dixi in notabilibus. & tanget̃.
j. c. fi. vbi tangetur, an confessio prelati preiudicet ec-
9 clesiæ. ¶ † In glo. penul. ibi de proba. verius. & sic pa-
tet duo esse examinanda. Primum est, an semper in
b præscriptionibus requiratur bona fides [b]. Secundum
est, an supposito, quòd requiratur presumi debeat, an
vero sit necesse illam probari, & tunc etiam erit vidẽ
dum qualiter probetur. circa primum cõclude, quòd
si agitur de prescrip. lon. temp. x. vel. xx. annorum. req
ritur bona fides. aliàs non procedit prescriptio etiam
de iure ciuili. l. fi. C. de prescri. lon. tempo. ¶ Et hoc si-
ue loquamur de prescrip. rerum corporalium, siue de
prescri. iurium incorporalium. l. si quis diuturno. ff. si
serui.

10 ſerui.ven.¶ † Iura tamen incorporalia ita demum p̄-
ſcribuntur ſpatio longi tempo. quando habent cau-
ſam conti.vel quaſi, alias requiritur tantum tempus,
cuius initii memoria non exiſtit. vt plene not.in l.ſer
uitutes.ff.de ſerui.& per Inno. ſupra,eo.ex tranſmiſſa.
ſi autem agatur de pręſcrip.libertatis, tunc ſi agitur
de pręſcript.libertatis perſonalis exigitur bona fides.
l.ſi.C.de pręſcrip.lon.temp.quę pro liber.idem ſi aga
tur de pręſcriptione libertatis a ſeruitute pſonali vſu-
fru.ita videtur innuere hic dom.Ant.¶Sed contrariũ
videtur de iure ciuili, quia illa libertas per ſolum nõ
vſum acquiritur, & ſic ex mera negligentia non vten
tis, & ideo etiam cum mala fide procedit de iure ciui
li.l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſuca.& l.penul.C.de ſer
ui.¶De iure autem canonico quid tenendum, dice-
tur. in c.fi.j.eo.in pręſcriptione autem libertatis ſerui
tutis realis non videtur requiri bona fides ſi erat ſer-
uitus ruſtici prædii.quia illa ſeruitus ex mera negligẽ
tia perditur.vt d.l.ſequitur.§.ſi viam.¶Aduerte tamẽ,
ꝙ perditur ſpatio.x.annorum, inter pręſentes. & xx.
inter abſentes.l.penul.& fi.C.de ſerui.ſaluo niſi habe
ret vſum interpellatum per ſpatium menſis, vel men
ſium, quia tunc requireretur ſemper ad minus tem-
pus.xx.annorum. vt no.in d.l.fi.Si autem agatur de p̄
ſcribenda libertate ſeruitutis vrba.tunc requiritur bo
na fides,quia illa non pręſcribitur ſine facto pręſcribẽ
tis.l.hęc autem iura.ff.de ſer.vrb.pręd.& l.fi.ff.quem-
admo.ſer.amit.cum ibi no.& per Innoc.ſupra,eod.ex
11 tranſmiſſa.& hoc ſufficiat de iſto primo.¶† Circa ſe-
cundum dixit hic glo.quòd tunc quis dicitur habere
a bonam fidem [a] quando credit tradentem eſſe domi-
num, vel habere ius diſtrahendi. licèt erret in facto,
quia fortè non ſit dominus,uel non habeat ius diſtra
hendi.& intellige,quod credere debet tradentem eſ-
ſe dominum,& habere poteſtatem tradendi. hoc di-
co,quia licèt crederet tradentem eſſe dominum, ſi ta
men credit eum eſſe minorem.xxv. annis.non debet
credere eum habere poteſtatem tradendi, & transfe-
rendi dominium.¶Sed ſi crederet eum eſſe maiorẽ
cum eſſet minor,& haberet iuſtam cauſam credendi,
tunc bene diceretur in bona fide, & poſſet tunc præ-
ſcribere, ſi res eſſet aliena. per id, quod habetur.in l.
eum qui.C.de auto.tut.& l.2.§.ſi a pupillo.ff.p emp.
licet ſecus videret̃ ſi eſſet ipſius minoris, ex quò alie-
naret ſine ſolennitate debita,per ea,quę habentur in
iuribus pręalle.& quę dixi ſupra, eo.cum non liceat.
ideo autem dicit glo.vel haberet ius diſtrahendi pro-
pter illum qui emit a creditore vẽdente rem ſibi obli
gatam,quam putat poſſe vendere ſecundum ea, quę
habentur. in l.fi.C.de iure dominii impe.& inſti.qui.
alie.licet.§.i.¶ Et aduerte,ꝙ quando circa pręſcriptio
nem rei corporalis allegatur bona fides,illa pręſumi-
tur ſi habeatur titulus uerus, vel putatiuus errore iu-
ſto.l.penul.C.de pręſcrip.lon.tempo. niſi aliqua præ-
ſumptio appareat in oppoſitum.per id, quod j.tangit
glo.& quod habetur. in c.i.j.eod.in vj.ſi autem nõ ha
beretur titulus, tunc fruſtra quęrimus de bona fide ſi
agitur. de pręſcrip.lon.tompo.quia illa non procedit
ſine titulo in re corporali, nec etiam in iure corpora-
li,quod obtineat vicem dominii,ut in iure vſufruct.l.
12 fi.C.de pręſcrip.lon. tempo.¶ † In præſcriptione au-
tem longiſſimi temporis.xxx. anno.vel xl. bene ſuffi-
cit bona fides ſine titulo.l.ſi quis emptionis.C.de p̄-
ſcri.xxx.anno.& tunc videtur, ꝙ non pręſumatur niſi
probetur per l.fi.C.unde ui.ubi quis debet ſcire alie-
num eſſe,quod ad ſe non ſpectabat. tamen Bar.ibi vi-
detur uelle oppoſitum, uidelicet, ꝙ ex quò longiſſi-
mum tempus eſt tranſactum pręſumatur in tali bona
fides.videtur tamẽ hoc limitare. in l.Celſus.ff.de vſu
capio.quando non apparet alium antiquiorem poſ-
ſeſſorem fuiſſe. & hoc videtur etiam ſequi hic d.Ant.
& no.ꝙ licèt de iure ciuili procedat præſcriptio.xxx.
vel.xl.annorum.cum mala fide, tamen tunc ſolum p
illam quæritur exceptio,non actio.ſecus, quando bo-
na fide,licèt ſine titulo,quia tunc datur actio ad recu-
perandum præterq̃ cõtra dominum.d.l.ſi quis exem-
ptionis.de iure autem canonico non procedit præſcri
ptio cum mala fide.vt in c.fi.in eodem. facit ad prædi
cta, quod no.Inno.ſupra de reſti.in integ.c.2.in gloſſ.
13 magna. & per prædicta, videtur † ꝙ contra eccleſiam
currat præſcriptio.xl.annorum cum bona fide etiam
abſq; titulo:niſi præſumptio fuerit contra præſcriben
tem.vt etiam voluit gl.in c.j.j.eo.lib.vj.licèt aliqui di-
cant,ꝙ requiratur etiam titulus. quaſi iſta præſcriptio
ſuccedat loco præſcriptionis.x.vel.xx.annorũ. in qua
de iure ciuili requirebatur titulus, vt eſt dictum, ſed
præcedens opinio videtur verior,per ea, quæ haben-
tur, & no.in d.c.j.vbi autem agitur de præſcriptione
incorporalium,tunc ſi agitur de præſcriptione liberta
tis ſeruitutis, pręſumitur bona fides:quia ius commu
ne facit pro pręſcribente.cum quælibet res pręſuma-
tur libera.l.altius.C.de ſerui.& aqua.Si autem agatur
de pręſcrip.ſeruitutis,tunc eſt dubium,an pręſumatur
bona fides. Dy.voluit ꝙ ſic, quia idem operatur bona
fides in pręſcrip.ſeruitutis, quod operatur titulus, &
bona fides in pręſcriptione rei corporalis.l.ſi quis diu
turno.ff.ſi ſer.vendi.& ſic ſicut in re corporali pręſu-
mitur bona fides, ex quò titulus non requiritur, ſed
cõmuniter tenetur contrarium.vt plenè per Cy.in l.j.
& ij.C.de ſer.& aqua. & per Bar.in l.j.§.j.ff.de itiner.
actuq; priua.ratio,quia pręſumptio eſt contra pręſcri-
bentem.cum ius cõmune faciat contra eum. cum vt
dixi quęlibet res pręſumatur libera.ideo in dubio pręę
ſumetur mala fides,niſi ex circunſtantiis aliud appa-
reat, puta, quia a fide dignis dictum eſt ſibi ſeruiturẽ
deberi,vel reperijt ſuos anteceſſores eſſe in quaſi poſ-
ſeſſione ſeruitutis. facit.ff.de regu.iur.qui in alterius.
& j.de reg.iur.is qui in ius. libr.vj.¶Item ſi probatur
famam viciniç ſic habere, vel fortè, ſi reperiat ſigna
ſeruitutis. vt plenè no.Bar.in d.l.j.§.j.¶In ea.gloſſ.ibi
denunciationis vigorem.hoc intellige, quando denũ
ciatio fuit facta ante contractum, ſeu ante traditionẽ,
nam ſecus ſi fiat poſtea.per id, quod no.gl.no.in l.pe-
nul.ff.pro empto.probatur etiam mala fides, ſi appa-
reat ipſum habuiſſe ſcientiam rei alienę.per id,quod
habetur.j.eo.c.fi.Idem ſi probetur famã viciniç fuiſſe
ſciuiſſe rem alienam. pręſumitur etiam ipſe hoc ſci-
uiſſe.C.de peri.tutorum.l.ſi tutor.¶In ea.gl.ibi. cum
ſciat protinus. Hoc non eſt neceſſe ſi erat bonis inter
dictum per iudicem, q̃a ſciebat, vel ſcire debebat eũ
non habere ius diſtrahendi. & ſi aliter putauit,erat in
errore iuris, qui non prodeſt ad vſucapio.vel pręſcri-
ptio.l.nunq̃.ff.de vſucapio.vnde procedit gloſ.etiam
ſi non ſit bonis interdictum. ſi erat minor.xxv.annis.
& ſciebat eum ſtatim conſumpturum in malũ vſum,
licèt incertum.Idem ſi erat maior,& ſciebat ſtatim cõ
ſumpturum in certum malum vſum.l.ſi quis cum ſci
14 ret.& ibi per Bar.ff.pro empto.¶ † Quid autẽ de emẽ
te ab exiſtente in ludo.dic,quod ſi emẽs eſt colluſor,
qui ſecum ludit,cenſetur malęfidei,ſecus ſi alius.l.fi.
C.de liti.¶In ea.glo.ibi.& generaliter.ibi eſt ſpeciale
ex eo, quia etiam verus dominus tenebatur dare pro
noxa.l.j.& 2.ff.de noxalibus.¶In ea.glo.ibi placuit.&
habetur.ſupra eod.ca.j.& ratio ſpecialitatis ibi patet.
¶In ea.gloſ.auth.male fidei corruptę.allegat,quia ha
betur in titulo,C.de pręſcrip.lon.tempo.& de multis
limita-

[a] Bonam fi dẽ. Bona fides, an præſumi dcat, an uero debet probari qualiter autem probetur uide hic per do.Fel. & in j.col. poſt princ. uer.modos autẽ uu.ſ.

limitationibus illius Auth.tangit Cy.& aliquid Bar.
in l. Pompo.§.cum quis.ff.de acquirend.posses.& per
Ioan.And.in additio.Specu.& in titu.de præscriptio.
15 circa finem. est tamen dubium,† qa de iure ciuili ma
la fides autoris nocet vniuersali successori in præscri-
ptione.x.vel.xx.annorum'. nunquid idem sit secundũ
canones.Dyn.in regula possessor. videtur velle,quod
non,quia de æquitate canonica bene procederet præ-
scriptio.si successor sit in bona fide . sed do.Anto.hic
tenet contrarium , quia vniuersalis successor tenetur
purgare animam defuncti a peccato. in c.fi.j.de sepul
turis.¶ In ea.glo.ibi.licet.secus sic &c.dic quo ad vsu-
capio.error iuris non prodest.vt l.nunq̃.allega.in glo.
sed bene prodest quo ad acquisitionem fructuum . vt
habetur in tex.& gloss.in l.si fur.§.j.ff.de vsucapio.&
ibi per Bart.& sic quo ad illud dicitur bonæ fidei,qui
16 est in errore iuris.¶ † In ea.glo.ibi: habeat conscientiã
dubiam. de hoc dicet.j.eod.c.fi.& quod dixi errorem
non prodesse quo ad vsucapionẽ, vel præscriptionẽ,li
mita nisi esset error iuris probabilis, quia ille æquipa
ratur errori facti probabili. facit,quod no.Ioan.An.in
c.j.de postula.prælatorum.in vj.& quod legitur,& no.
supra de cõsue.c.cum dilectus.Item limita id esse ve-
rum nisi error iuris esset mistus cum errore facti,& ex
illo insurgeret.vt patet exemplum . in l.si vir.ff.p do-
nato. quãdo vir donat vxori rem quæ verè est aliena ,
cum tñ vxor putat illam esse ipsius viri.& sic errat in
facto: & successiuè in iure inquantum putat donatio-
nem posse fieri inter virum,& vxorem.tamen, qa cõ-
currit error facti cum errore iuris procedit vsucap.seu
præscriptio.vt ibi patet.facit,quod ibi nota.per Dy. &
Bar.& per Dy.in regula sine possessione . & in regula
possessor.de regu.iur.in vj.¶ In glo.fi.ibi , vt ille cre-
dat talem titulum &c.sed certe tunc videtur errare in
iure.ideo non videtur procedere præscriptio saluo ca
su.l.si vir.ff.pro donato . & ideo ista opinio non vide-
tur perfecta.¶ In ea.glo.in fi.dic,quod non est differẽ
tia,an in eodem Episcopatu,an in diuersis præscriba-
tur,& idem ẽt est de alijs prælatis inferioribus Episco
po,quando in alterius parochia volunt præscribere,
quia vbicunq; ius cõmune est contra præscribentem,
vel pręsumptio contra ipsum requiritur titulus,& bo
na fides,nec sufficit tunc bona fides ad præscribẽdũ ,
nisi esset tanti temporis cuius initij memoria non ex-
taret.vt hodie est expressum. in c.j.j.eo.in vj.vbi gloss.
plenè recitat opiniones,quæ olim erãt, sed ibi in effe
ctu approbatur opinio quam dixi,& quam videtur se
qui hæc glo.& fuit tracta illa decretalis , de extrauag.
venerabilium.hic allega.in glos.¶ Pro clariori tamen
intelligentia aduerte, quia quandoq; ius cõmune fa-
cit contra pręscribentem ex eo, quia resistit pręscribẽ
ti propter incapacitatem personę,vel alia ratione. fa-
cit,quod habetur.supra eo.cum nõ liceat.& tunc cla-
rum,quod sine titulo non pręscribit.supra eo.ca.cau-
sam quę.¶ Interdum autem ius cõmune non resistit
potestati pręscribendi : sed fundat intentum agentis
contra ipsum volentem pręscribere:tunc tex.simplici
ter.in d.c.j.j.eo.in vj.videtur uelle,quòd requiratur ti
tulus, in contrarium uidetur esse tex.in c.cum eccle-
sia sutrina. supra de causa posses.ubi ius cõmune fun-
dat intentũ canonicorum contra alios clericos uolen
tes interesse electioni . & tamen uř ibi procedere pręę
scriptio ex sola bona fide sine titulo.propter quod do.
Anto.hic uř dicere,quòd quandoq; ius cõmune facit
contra pręscribentem,& iniustificat possessionem . &
tũc non procedit sine titulo.ut d.c.j.Interdum autem
nõ iustificat,qa possessio, seu quasi possessio potest ha
beri ex patientia eius , contra quem præscribitur , &
qui posset etiam tale ius concedere.& tunc non req-
ratur titulus.& ita loquitur.c. cum ecclesia.nã ex pa-
tientia canonicorum potest alius interesse in actu eli
gendi,& acquirere possessionem iuris eligendi vna cũ
eis.ideo tunc procedit præscriptio sine titulo. nam ẽt
ipsi canonici cõmunicare possunt illi ius eligendi: nõ
enim videtur ex hoc præiudicati ecclesiæ . cum magis
ratum sit iudicium , quod plurimorum sententijs cõ-
probatur.supra de offic.delega.prudentiam, & sic me
lior præsumetur alectio,quæ a pluribus fiet. & sic,vi-
detur , quòd secus esset si aliquis uellet præscribere
ius eligendi exclusis canonicis, quia tunc bene requi
reretur titulus ex eo , quia ius cõmune facile contre-
ctaret. & quia canonici nõ possent pręiudicare in hoc
ecclesię sine solennitate debita . facit, quod no.Ioan.
An.in d.c.cum ecclesia.& secundum hoc oporteret li
mitari præalleg.c.j.j.eo.in vj.Sed aduerte, quia secun
dum hoc videretur,quòd quando ageretur de præscri
bẽda seruitute in fundo ecclesiæ , quòd quia prælatus
non potest illud concedere sine solennitate debita.c.
sine exceptione.xij.q.ij. quod tunc requireretur titu-
lus,nec sufficeret bona fides.quod est contra.l.si quis
diuturno.ff.si seruitu.vend.gl.in d.c.j.videtur dicere,
quòd tunc præscriptio non est contra ius cõmune,sed
contra ius priuatum , seu priuatæ personæ . sed certè
hoc est falsum, qa imo videtur esse contra ius cõmu-
ne,quia ius cõmune fundat intentum agentis,& asse
rentis rem esse liberam.l.altius.C.de seruit.do.Anto.
hic non declarat , mihi videtur quod oportet alterum
de duobus dici,vel qđ aliud sit de iure ciuili.& aliud
de iure canonico,per ea,quæ hñr. in d.l.si quis diutur
no.iuncta.d.l.altius.& in d.c.j.vel q d.c.j.debet limita
ri in his,q̃ sunt grauis p̃iudicii,vt qñ ageret de præscri
bẽdo iure decimarũ,vel simili.secus,qñ ageret de mo
dico p̃iudicio.vt qñ ageret de præscriptione seruitutis
rusticorum,vel vrbanorum prædiorũ . facit,quod ha-
betur.in præalle.c.cum ecclesia.& quod no.gl.& Bar.
in l.penul.C.cõmu.diui.vnde in præscriptione serui-
tutis vsusfruc.quia censetur agi de graui præiudicio,
cum censeať pars dominii requiritur titulus , sicut &
qñ agitur de pręscribenda ipsa re.l.fi.C.de præscr.lon.
tempo.& l.iusto.§.non mutat.ff.de vsucap.cũ ibi not.
per Bar.¶ Item aduerte, q vbi titulus habetur ab illo
qui potest transferre dominium rei,vel iuris, & est ha
bilis ex dispositione iuris ad transferendum,tunc ta-
lis titulus cum traditione inducit translationẽ domi-
nii rei,vel iuris.ideo tunc non dat causam præscriben
di, quia quod suũ est non potest amplius fieri suum,
sed vbi habetur titulus à non domino, qui putať esse
dominus tunc bene parit talis titulus iustam causam
præscribendi illi qui acquirit rem , vel ius ex dicto ti-
tulo.l.j.ff.de publi. & idem si non habeat possessor ti-
tulum , tñ iusto errore ductus putat se habere . fortè,
qa procurator suus dicit se emisse nomine suo . cum
re vera non emerit.l.quod vulgo.ff.pro empto.Idẽ si
fortè legatũ factum fuit Titio.& duo erant Titii.& de
vno sensit testator, sed alius putauit de se fuisse sen-
sum.l.4.ff.pro lega.idem si inuenit rem in hæreditate
eius,cui successit.& credit defunctum emisse , quia sic
fortè dixerat in vita , uel sic habebat etiam fama vici-
niæ . facit,quod hř . in l.cum quidam.§.quod dicitur.
ff.de acqui.hære.& per Bar.plene in l.Celsus.ff.de vsu
cap.& facit , qđ no.Io.An.j.de iure patro.c.cura.Idẽ si
ex suasione aduersarii quis putat habere titulũ . puta
qa aliquis tradit aliquam rem Titio,quã dicit se aliàs
ipsi Titio promisisse.l.si existimãs me debere.ff.p so-
luto.vbi aũt non haberet quis titulum verum,nec pu
tatiuum errore iusto,tunc non procederet pręscriptio
in casi-

In caſibus in quibus requiritur titulus. vt cõtingit de iure ciuili in vſuris rei mobilis. & etiã in præſcriptione longi temporis rei immobilis. & de iure canonico qñ ius cõmu[illegible], vel præſumptio eſt contra præſcribentẽ. dicit tñ glo. in d. c. i. ꝙ non requiritur titulus. licèt ius cõmune ſit contra allegantẽ præſcriptionem, dummodo non fundat intẽtũ agentis, ſecus qñ fundaret intẽtũ agentis. & ſecundũ prædicta dicit poſſe intelligi c. ad aures. ſupra eo. tit. quod eſt notandum. ¶ Item aduerte: quia vt dixit glo. minus iuſtus titulus dat cauſam præſcribendi de iure canonico, ꝙ intellige dummodo quis nõ erret in iure ſed in facto. per ea quæ not. per glo. in c. apoſtolicæ. j. de dona. & per Archi. x. q. iij. in c. quia cognouimus. & per Pau. & Ioan. de lig. in cle. j. de reb. eccle. nõ alie. puta qñ conceſſio fuit facta per epiſcopũ ſine cõſenſu capituli. ſed præſcribens putauerit conſenſum capituli interueniſſe: q̃a forte ſic à fide dignis fuit ſibi relatum. facit quod no. Ioan. And. in præallegato c. cura. de iure patro. ſecus ſi putaret conceſſionẽ ſolam Epiſcopi ſufficere, quia erraret in iure, ideo tunc non præſcriberet. facit quod no. Ioan. Andr. de priuile. cum perſonæ. lib. vj.
17 ¶ † Vltimo tãgit hic do. Ant. an bona clericorũ [a] gaudeant eodẽ priuilegio, quo eccleſiarũ quantũ ad præſcriptionem. & ſic requiratur tempus. xl. annorũ. ſicut requiritur cõtra eccleſiã, gl. dixit ꝙ non in c. poſſeſſiones. xvj. q. iiij. & idẽ voluit gl. in c. quanquã. de cenſib. in. vj. vnde videtur ꝙ non gaudeant priuilegio rerum eccleſiæ res clericorum: niſi quo ad expreſſa in iure, multa tñ enumerat Ioan. And. in c. j. de cleri. coniug. in. vj. & iſtud ſequitur etiã hic do. Anto. & adde quod habetur in c. cum dilec. de conſue. vbi patet, ꝙ quãdo agitur de præſcribendo intellectu priuilegij habentis ambiguitatẽ, videtur requiri tempus. xl. annorum. de quo dicendum vt ibi. Item aduerte inquantũ dixi ꝙ res clericorum quo ad præſcriptionem non gaudent priuilegio rerum eccleſiæ. & ſic non requiritur tempus. xl. annorum, videtur tamen gloſſ. in ea. poſſeſſiones. xvj. q. iiii. velle ꝙ requirat̃ & ſufficiat tempus. xxx. annorum. per id quod habetur ſupra eo. ſanctorum. quod poteſt procedere quãdo quis vellet præſcribere bona fide ſine tit. ſed vbi vellet præſcribere bona fide cum titulo, tunc ſufficeret tempus. x. annorum, inter præſentes. & xx. inter abſentes: ſicut in rebus laicorum dixi in præalleg. c. ſanctorum. & ſupra eo. illud.

*S V M M A R I V M.*

1 *Compromitti poteſt de iure eccleſiæ in perſonam vnius vel duorum de eccleſia.*
2 *Et an compromitti poſſit in prælatum ipſius eccleſiæ.*
3 *Præſcribere non poteſt prælatus inferior ab epiſcopo ius iniungendæ pœnitentiæ.*
4 *Et an poſſit præſcribere poteſtatem excõmunicandi & interdicendi.*

CVm olim. Abbas ĩ capellis præſcribere põt epiſcopalia iura. obtinet tamen in his ſolis, quæ præſcripſit. h. d. Et primo ponit petitionem actoris. & ipſius iura. Secundo ponit iura Abbatis. ibi. ad elidẽdã. Tertio ibi. q̃a prædictus diffinit. & partim pro Abbate vſq; ibi ſuꝑ aliis ab inde pro epiſcopo. ¶ Not. j. ꝙ etiã plebs. & ſic eccleſia collegiata põt eſſe ſubiecta abbati. ¶ Itẽ no. ꝙ ius inſtituendi & prouidendi in eccleſia colleggiata. & plebanali habente ſub ſe capellas de iure cõmuni ſpectat ad epiſcopũ, licèt alteri inferiori prælato ſit ſubiecta: niſi appareat aliud eſſe dicendũ per priuilegiũ vel præſcriptionẽ. & ſic not. ꝙ inferior Epiſcopo põt præſcribere ius inſtituendi & deſtituendi. ſed Hoſt. dicit hoc verũ in inſtitutione. ſi ſumatur pro collatione iuris, ſecus ſi loquamur de autorizabili inſtitutione per quam datur poteſtas exercendi curam. & ſic tranſit do. Anto. & Ioan. And. ſed Pau. in cle. frequens. ver. quidam præterea. de exceſſib. prælat. tenet contrariũ per illum text. & ſic dicit etiã de conſuetudine ſeruari, videlicet ꝙ etiã inferior Epiſcopo poteſt præſcribere inſtitutionẽ autorizabilem quod tene menti quia Hoſti. vbiq; & maxime in c. cum ſatis. de offi. archi. tenet cõtrariũ. & Ioã. And. pertranſit. ¶ Item no. vnam ſpeciẽ priuilegiorũ dantium exemptionem, qñ ſcilicet dant exemptionẽ à iuriſditione Epiſcopi: ſed tamen relinquitur quis ſub poteſtate alterius inferioris prælati ab Epiſcopo, & ſic Papæ non ſunt immediate ſubiecti. ¶ Item no. ꝙ prælatus regularis nõ videtur habere poteſtatẽ celebrandi in eccleſia ſeculari inferiori ſibi ſubiecta: niſi aliter præſcripſerit, quod intellige qñ vellet ſecundũ officiũ monachale celebrare. per id quod habetur. xvj. q. j. c. iij. ¶ Item no. ꝙ ad præſcriptionẽ vnius articuli iuris Epiſcopalis nõ ſequitur præſcriptio alterius articuli ſub eodẽ genere contenti. de quo ſupra eo. auditis. ¶ Item no. ꝙ de ſpiritualibus poteſt cõpromitti in iudicẽ eccle-
1 ſiaſticũ nõ ſuum. ¶ † Item no. ꝙ in perſonã vnius vel duorum de eccleſia põt de iure eccleſiæ cõpromitti. vt hic patet: quia de iure eccleſiæ lucanæ fuit compromiſſum in archipresbyterum & primiceriũ lucanum.
2 & Papa approbat arbitrium. ¶ † An aũt poſſet cõpromitti in prælatum ipſius eccleſiæ. tangit Spe. in tit. de arbi. §. ſequitur. ver. ſed nunquid abbas. vbi tangit an Abbas poſſit eſſe arbiter in cauſa monaſterii & tenet ꝙ ſic. ſi ſyndicũ cõſtituit: quia nõ eſt dominus rerum monaſterii: ſed procurator. vt. j. de donatio. c. ii. facit quod not. ſupra de teſti. inſuper. Ioan. And. ibi tenet ꝙ põt eſſe arbiter ſed nõ iudex. alleg. quod no. in ſimili in Auth. vt diffe. iudi. §. ſi vero contigerit. colla. ix. & ſecus videtur dicere in Epiſcopo. quia ille põt eſſe iudex in cauſa eccleſiæ ſuę. facit quod no. ii. q. vii. ſi quis erga. & c. ſi quis ab Epiſcopo. & ſupra de iudi. cum veniſſent. & infra de verb. ſig. ex parte. ſed do. Anto. hic dicit, ꝙ putat eadẽ ratione etiam Abbatem poſſe eſſe iudicem in cauſa eccleſiæ ſuę. & eadẽ ratione poterit eſſe arbiter. arg. l. cum lex. ff. de arbit. forte poteſt dici quod de iure Epiſcopus eſt ordinarius iudex. & etiã in cauſa monaſteriorũ ſibi ſubditorũ. & ideo dictum Ioan. And. videtur ꝓcedere: niſi forte ex cõſuetudine præſcripta Abbas haberet iuriſditionẽ ordinariã, qualiter tñ debeat intelligi ꝙ Epiſcopus poſſit eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſię, recurrendũ eſt ad notata in d. c. cum veniſſent. & in d. c. ex parte. ¶ Item no. ꝙ libellus formandus videt̃ cõtra illum qui dicit eccleſiam ſibi ſubiectã: non autẽ contra ſubiectã. de quo in c. auditis. ſupra eo. ¶ Item no. multa iura quæ poteſt Abbas præſcribere cõtra Epiſcopum. de quo dicendũ. vt no. ſupra eo. auditis. & infra de exceſ. præla. c. accedenti-
3 bus. & facit quod no. de cenſi. cum venerabilis. ¶ † Itẽ no. inferiorẽ prælatum ab Epiſcopo nõ poſſe præſcribere ius iniungendę pœnitẽtię quo ad grauiores culpas. & quo ad cauſas Epiſcopo reſeruatas. de quo tamen dic vt habetur in d. c. accedentibus. nam hic nõ colligitur ex toto quia forte non præſcripſerat niſi in
4 leuioribus. ¶ † Item no. inferiorẽ Epiſcopo poſſe præſcribere poteſtatẽ excõmunicandi & interdicendi. & tangit hic Ioan. And. an in cõſuetudine requiratur titulus, ſicut in ꝑſcriptione, ſed de hoc dic vt plene cõſueuit dici in c. fi. ẽ. de conſue. ¶ In gl. fi. ibi: ſine licentia papæ. ſed certè hoc nõ fuit neceſſe: q̃a per libertatẽ datã à iuriſditione diœceſana nõ erãt immediate ſubiecti papæ. ſed ipſa plebs & capellæ erant ſubiectæ

ipſi

[a] Bona clericorũ. vide hic do. abb. in pe. colũ. ver. vlt. q̃rĩ nu. xxxvj.

ipsi Abbati. ideo bene potuissent renunciare sine licentia Papę.& tangit hic Ioan.And.an possit recedi à laudo soluendo pœnam.de quo dicendum . vt habetur in l.pe.C.de arbi.& supra de arbi.c.per tuas . vbi plene hoc examinatur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Libellus in interdicto vti possidetis super iuribus incorporalibus qualiter concludere debeat.*
2 *Parochia quandoq; sumitur pro comitatu.*
3 *Decimarum perceptio de iure communi spectat ad episcopum.*
4 *Ordinū inferiorū non sacrorū collatio nō est mere Episcopalis ordinis.*
5 *Episcopo suspenso vel nolente sine simonia ordines cōferre subditus nō potest sibi eligere Episcopum, qui habeat sibi ordines conferre.*
6 *Priuilegium secundum contrarium primo non valet si de illo non facit mentionem.*
7 *Titulus superueniens inchoata præscriptione repugnans statui præscriptionis impedit præscriptionem.*
8 *Reus an possit eodem instanti vti contrarijs defensionibus.*
9 *Agens interdicto vti possidetis si ab aduersario reconueniatur interdicto recuperandæ quid iuris.*
11 *Exceptio spoliationis an debeat opponi ante litis contest.*
12 *Sententia si feratur pro actore in interdicto vti possidetis, an obstet exceptio rei iudicatæ reo volenti agere vnde vi.*

a Qui præscriptione, idem summat hic do. Abb.p ola.

2 VEniens. Qui pręscriptione [a] completa priuilegium contrarium impetrat, & vtitur illo, præscriptioni renuntiat. si vero præscriptio non erat completa.malam fidem inducit, ideo nō præscribit.h.d.Et primo ponit cōnuentio abbatis. Secundo recōuentio Episcopi,ibi:prefatus vero.Tertio dissinit ibi crisma.& duo soluit obstacula. primum est ibi:
1 non obstante. secundū ibi nec obstare.¶ † No.j.practicā libelli in interdicto vti possidetis super iuribus incorporalibus: quia concludi pōt vt aduersarij eum non impediant per se vel per alium vti ipso iure incorporali.& etiā potes similiter notare secundum alium intellectum practicā libelli in confessoria vel negatoria.de qua etiā tangitur & ibi dixi in c.examinata.§.de iudi.& per Inn.& infra de verb.sig. Abbate.& de materia etiā per Bart.in l.j.ff.vti possidc. & l.si.eo.titu.& de materia confessorię & negatorię plene per eum l.si prius.ff.de no.ope.nun.¶ Item no.quod de omnibus quę possidentur debent solui decime. de quo in c.j.&
2 per totum.j.de deci.¶ † Itē no.quod interdum paro-
b chia sumit pro comitatu [b] & pro parte diœcesis.quandoq; vero sumitur pro parochia vnius ecclesię tantū, infra de paroch.c.ij.quandoq; pro Episcopatu.j.de dona.c.apostolicę.circa princ.vbi de hoc secundū Host.

b Pro comitatu. qd autē sit comitatus declarat hic do. Felyn. post Abbatē in prin.

3 ¶† Item no.quod de iure cōmuni perceptio decimarum videt spectare ad Episcopū.de quo.j.de decimis. dudum.& c.cum contingat.nam veritas est quod spectāt ad eum si percipiant extra limites alicuius ecclesię baptismalis inferioris. facit quod habetur infra de decimis .quoniā . secus si perciperentur intra limites alicuius ecclesię baptismalis inferioris:quia tunc spectant ad illam ecclesiā : non autē ad Episcopum : nec ad capellas subiectas ecclesię matrici seu baptismali: nisi aliud habeat priuilegium vel consuetudo.§.eo.ex transmissa.& ibi no.¶ Itē no.q in libello potest deduci etiā debitum per priuilegium.¶ Item no.quod nō vitiatur libellus, licèt in eum deducat exceptiue ius rei.de quo per Inno.in c.fi.§.de libel.obla.¶ Item no. quędā iura Episcopalis ordinis, quę licèt per inferiorem prelatum nō possint acquiri in ecclesiis sibi subiectis : potest tamen acquisitio fieri , vt illa possit à quo
4 magis velit Episcopo recipere.¶† Item no.a cōtrario sensu quòd collatio inferiorum ordinum non sacrorum non videtur esse mere Episcopalis ordinis , nam potest spectare ad inferiorem Episcopo, supra de eta. & qualita.cum contingat. & de priuil. Abbate.lib.vi. ¶ Item not.quod non est licitum accipere ordines ab Episcopo heretico, vel schismatico, vel excōmunicato aut suspēso ab officio.de quo i c.j.infra de schisma.
5 vbi plene per Inno.&.viii.q.i.In summa.¶† Item no: quod Episcopo suspenso vel nolente sine prauitate simonię ordines conferre non videt posse eius subditus sibi eligere Episcopum q habeat sibi ordines conferre nisi aliud habeat priuilegium vel cōsuetudo. de quo tangetur cum glo.¶ Item no.q iudex in sententia pro declaratione eius potest se referre ad Instrumēta in iudicio producta : facit quod dictum fuit supra de
6 excep.cum venerabilis.¶† Item no.q secundum priuilegium contrarium primo non valet, si de illo non facit mentionem.de quo plene in c.i.supra de rescrip. ¶ Et no.diligēter q licèt vbi priuilegium est solū contra ius cōmune vel etiā contra priuilegium cōtinens idem quod ius cōmune valeat. licèt non fiat mentio de iure cōmuni vel priuilegio:vt plene no.in d.c.i.tamen vbi priuilegium partim continet ius cōmune.& partim priuilegium contra ius, secundū priuilegium ex toto contra ius nō valet:si nō facit mentionem de priuilegio præambulo quod partim erat secundū ius, & partim cōtra.& sic nō tollit primum etiā quatenus cōtinebat in parte ius cōmune & est ratio. vt hic tangit Inno.qa si superior scinisset primum priuilegium fuisse moderatè concessum.& in certa parte seu certo casu reseruasset ius cōmune. similiter nō immutasset primum priuilegium quæ ratio cessat : qn ex toto priuilegium continet ius cōmune.licèt tunc propriè appellet priuilegium,cum priuilegiū dicatur quasi priuans legem.iij.dist.priuilegium.sed ideo dicit priuilegium : qa in forma priuilegii & aliorum priuilegiorū cōcessum. facit quod notatur in d.c.i.de rescrip.§.per Ioan.And.& per eundē de excessi.præla.c.vno.in.vi. ¶ Item no.quod super petitorio pōt pronuntiari quando in quocunq; euentu declarētur dubium cōcludit sufficientem causam pronuntiari.facit quod habetur supra de transactio.præterea.& infra qui filii sint leg. per tuas.¶ Itē no.quòd per acceptationē tituli oppositi pręscriptioni quis videtur renuntiare iuri ex pręscri-
7 ptione quęsito.¶ † Item not.q titulus superueniens iam inchoata præscriptione repugnans statui præscriptionis impedit omnino præscriptionem : quia videtur habere malam fidem volens intra limites ipsius tituli acquirere . facit quod no.Ioan.And.de priuile-
8 giis . cum personę.super vlti.glos.¶ † Item no.q non videtur reum posse eodem instanti vti contrariis defensionibus.de quo supra eo.auditis.¶ Item potes notare q conuentus interdicto vti possidetis potest reconueniri ab aduersario possessorio recuperandę . vt hic probatur secundum vnum intellectum:vel etiam petitorio secundum alium.¶ In gl.i.in fi.sed huic intellectui obstat, quia tunc non erat necesse allegate titulum prout fecit Abbas dum dixit sic in priuilegiis &c. sed dic secundum Inno.quòd ex superabundanti non de necessitate hoc fecit vel ex eo.quia ius cōmune faciebat cōtra eum.facit quod habetur infra eo.c.i.in.vi.posset etiam dici quod iste Abbas intentauit cōfessoriam.& sic iudicium proprietatis. & tunc non obstabit contrarium.¶ In glo.ii.in fi.quasi velit q de facto Rex dedit hic priuilegium : nec determinatur an de iure hoc potuerit,vel potest dici secundū Ioan.Andr.q iste Rex fuit sanctus vt litera innuit & erat forte Apostolicę sedis legatus.¶ In gl.postulauit. ibi:super secunda parte libelli.supple. quæ continebatur in decisa ante versum crisma , & mirabilis fuit

decisio

deciſio ſecundum docto. quia potius debuiſſe decidi
9 prima pars libelli, & poni ſecunda. ¶ † In glo. paſchalis. in fi. licèt aliqui teneant cum gloſſ. tamen Hoſti. tenet contrarium per iſtum text. quia licèt ordinarius fuerit excommunicatus, vel aliter ſuſpenſus non tamen de iure communi poteſt ſubditus ire ad alium quem, vult. vt eſt tex. in c. j. de ſupplen. negligen. prę la. in vj. & ideo clauſula hic appoſita ĩ priuilegio multum operatur. nec obſtant iura allegata in gloſſ. quia loquuntur in alio caſu. Item ibi: ꝓpter negligentiã delegati deuenitur ad ordinarium. ſed hic propter malitiam, ſeu delictũ ordinarii, vult ire ad aliũ extraneũ. ¶ In gloſſ. renuntiaſſe. in ñ. aduerte, quia poteſt intelligi, ꝙ priuilegium Alexand. erat contrarium præſcriptioni. vt tangit glo. ſequens ex eo, quia Abbas intẽdebat per præſcriptionem ſimpliciter acquirere, ꝙ clerici ſuarum eccleſiarum reciperent ſacramenta a quo vellent Epiſcopo, ſed priuilegium Alex. dicebat, qđ primo a diœceſano ſuo deberẽt recipere ſi eſſet catholicus, &c. vt in litera. & ſic contradicebat præſcriptioni. & ideo nimirum ſi tunc impetrando tale priuilegium, & vtendo videtur renunciari præſcriptioni, põt etiam intelligi ſecundo, ꝙ impetrabatur priuilegium. vt ſimpliciter clerici poſſent recipere ſacramẽta a quo velint Epõ. & tũc nõ vr̃ directè priuilegiũ cõtradicere ꝑſcriptioni, ſed potius concordare, tamen tunc eſt aduertendum, quia aut Abbas impetrat priuilegium intendens ſibi ius quærere per priuilegiũ. & tũc vr̃ renũciare iuri ꝑſcriptionis, q̃a aliàs priuilegium nõ poſſet operari. cũ id, quod ſit ſuũ ex donationis cã amplius fieri non poſſit ſuum. de fi. inſtru. inter dilectos. tamẽ iſto caſu poſſet præſcriptio de nouo inchoari. ſi fortè priuilegium eſſet minus iuſtum: quia etiam iuſtus titulus dat cauſam præſcribendi, quod tamen intellige, vt dictum fuit. ſ. eod. ſi diligenti. ſed ſi iuſtum eſſet priuilegiũ nõ eſſet neceſſaria ꝑſcriptio. licèt, vt dixi renuntiatum videretur præſcriptioni præambulæ. ſi autem impetret̃ priuilegiũ ad confirmationem præſcriptionis. & ſic non, vt ex priuilegio ius nouũ paret̃. ſed antiquũ cõfirmet̃, tũc ꝑ priuilegiũ nõ tollitur præſcriptio ex eo, q̃a tunc, ſunt adinuicem cõpaſſibilia, ſecus in aliis caſibus. de quibus. ſ. & ſic patet, ꝙ attendi dẽt, an illa de quibus dixit gloſſ. ſint adinuicẽ cõpaſſibilia, vel non. & ſi fiat poteſt quis eis ſimul vti, aliàs ſecus. ¶ In gloſſ. penulti. ibi: renuntiabat præſcriptioni. ſed quomodo potuit prælatus renuntiare ad præiudicium eccleſiæ. non videtur, qđ poſſit per id, quod hr̃ xii. q. ij. ſine exceptione. dicunt quidam, ꝙ hic impetrauit cũ conſenſu capituli. & idem potuit renuntiare, vel ſecũdũ Inn. hic agit̃ de modico præiudicio inquãtũ ꝑ hoc redditur ad iuriſdictionem ordinariã. cũ res de facili redeat ad naturam ſuã. xxxv. diſt. ab exordio. & l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. & ideo potuit hoc ſolus prę latus facere. facit, quod habetur. j. de dona. c. cæterum. vel ſecundum aliquos tenuit renuntiatio ex eo, quia facta fuit ex cauſa, vt Abbas effugeret indignationẽ diœceſani, arg. 1 ro. diſtin. cõtra morem. ſed in odium facit illud capitulum. vnde meliores uidentur ſolutiones præcedentes. ¶ In ead. glo. in fi. & ſic videtur uelle glo. ꝙ alius Epſ poſſet præſcribere: tamen requireretur titulus ſaltem talis q̃ daret cãm præſcribendi per id, qđ dictum fuit. ſ. eo. ſi diligenti. & quod habetur. j. eo. c. j. in 6. ſed aduerte, q̃a cum eſſet in ſimplici volun tate Abbatis, & clericorũ eligere Epiſcopũ, nõ videt̃ ꝙ ille electus poſſet præſcribere, q̃a hoc faceret, ut electus ab Abbate, & nõ tanq̃ vtẽs iure ſuo. ſed fortè gl. poſſet ꝓcedere, qñ iſte vteret̃, vt ex ſuo iure. facit, ꝙ hr̃
10 in l. ii. ff. quẽadmo. ſerui. amit. ¶ † Ex gl. tãgit hic Inno.

qđ ſi agẽs interdicto vti poſſidetis recõueniatur ꝑ aduerſariũ ĩterdicto recuperãdæ poſſeſsionis. & cõcludit ꝙ ſi prius cõſtabit de interdicto retinendæ ſuper illo feret̃ ſnĩa, & cõpelletur agens. ut interim deſiſtat a moleſtatione quouſcunque ſententietur ſuper interdicto vnde ui. facit, quod habetur. ſ. de cauſa poſ. cũ dilectus. ſi autem prius cõſtaret de interdicto unde ui, tũc fieret reſtitutio poſſeſſionis. & ſic non eſſet neceſſe inſtare ſuper interdicto uti poſsidetis. ſi autẽ ſimul cõſtaret de utroque, tunc ponit gl. opiniones, una eſt, ꝙ feratʳ ſententia pro utroq;, ſeu ſuꝑ utroq;: & ſic pro agente in interdicto uti poſsidetis, & pro agente in interdicto, unde ui: tamen dicit. quod mandabitur executioni ſolũ ſuꝑ interdicto unde ui. ꝑ id, quod habetur in ſimili. de cauſa poſ. cum dilectus. & ſcđm hoc ſnĩa lata ſuꝑ interdicto uti poſsidetis ſolũ proficeret quo ad expenſas. ¶ Secunda fuit opi. quod nulla, tũc promulgabitur ſententia ſuper interdicto uti poſsidetis, & ſic intelligit. l. j. §. fi. ff. uti poſsidetis. ubi dicit̃, ꝙ non competit interdictum uti poſsidetis. illi q̃ ui aut clã, uel præcario poſsidet ab aduerſario, & ꝙ cõtra eũ nõ debet uincere. ſed prima opi. plus placet Inn. q̃a ſecundum ſecundam ſequeretur, ꝙ ſpoliatori licitum eſſet turbare impune ipſum poſsidentẽ, quod nõ uidet̃ uerum, q̃a etiam prædo permittendus eſt pacificè poſſidere donec euincatur poſſeſsio ab eo. per id, quod habetur. ſupra. de reſti. ſpo. in lr̃is, & ſic datur ſibi interdictũ ſi ſpoliet̃ ꝓ ipſa poſſeſsione recuperãda, vt d. c. ĩ literis. & ſic fortius videtur ſibi dari interdictũ retinẽdæ ad manutenendam poſſeſsionem. ar. l. j. §. qđ ait. ff. de ſuperficiebus. & l. inuitus. §. cui damus. de regu. iuris. ¶ Item quia ſi ipſi ſpoliato licitum eſſet turbare, eadẽ ratione licitum eſſet ſpoliare quod tñ eſt falſum. l. ſi quis in tantã. C. vnde vi. & l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. vnde vi. & facit quod habetur in l. cum a te. ff. de vi & vi ar. Item quia ſecundum eum conſtat ſpoliatũ moleſtantẽ male feciſſe turbãdo, ergo debet puniri. aliter autem nõ poteſt puniri, niſi interdicto vti poſſidetis: q̃a non per actionẽ iniuriarum, vt quidam ſomniauerunt ſecundum eum: quia illa actio prodita eſt ad vindictã tñ. & ſic per illã non conſequeret̃, vt aduerſarius ceſſaret a moleſtatione, nec ẽt per officiũ iudicis, q̃a illud tanquã ex ordinariũ nõ cõpetit, vbi locum hẽt ordinarium. l. in cauſæ. la. ii. ff. de mino. & ſic videt̃ ꝙ puniri debeat per ipſum interdictum vti poſſidetis. ſed tũc obſtat. d. l. i. in fi. ff. vti poſſidetis. vbi dr̃, ꝙ agẽs illo interdicto vti poſſidetis. non debet vincere a quo poſſidet. & ſic vr̃ ꝙ non ſit ferenda ſententia pro ipſo q̃ egit vti poſſidetis. contra illum a quo vi poſſidet. & ſic videtur ꝙ ſcđa opinio ſit melior. ſed rñdet Inno. ſubſtinendo primam, ꝙ inquantũ in d. §. dicit̃. qđ non debet vincere, debet intelligi, cũ effectu. & ita contingit in caſu propoſito: quia ſi de vtroque conſtat. licèt ſententiet̃ ꝓ vtroq;: tñ illa ſnĩa, quæ ferret̃ in vti poſſidetis mandabit̃ executioni. & ſic per eum prodeſt. facit in argumentum quod hr̃. j. ti. c. cum aliquibus. ſed illa quæ nõ ferret̃ in vnde vi bene mandabit̃ executioni. facit quod habetur. ſ. de cauſa poſſeſſionis, & ꝓprie. cum dilectus. ſed certe iſta reſponſio non videtur tuta per illum tex. qui ſimpliciter, & indiſtinctè dicit ꝙ nõ dẽt vincere. & ſic indiſtincte vr̃ debere intelligi. j. de priuile. quia circa. & quia licèt præualeret in executione ſententia lata ſuper interdicto vnde vi quo ad reſtitutionẽ poſſeſſionis, & quo ad hoc, vt in futurũ non poſſit dicere ille qui egit vti poſſidetis ſe moleſtari, tñ nõ video rõnẽ, qñ ſaltẽ nõ dẽret hr̃e effectũ, & executionẽ ſuꝑ cõdẽnatione intereſſe rõne turbationis ꝓteritę ad quã ẽt fieri dẽt cõdemnatio in dicto interdicto.

vt legit̃,& no.§.de proba.licèt causam,& l.j.C. vti possidetis.& per Bar.in l.si duo.ff.vti possidetis.l.j.§.j. eo. ti.vnde fortè Inno.propter hoc dedit aliam solutionẽ, quòd illa lex prima.§.fi.inquãtum dicit, ꝙ non debet vincere,debet intelligi quando contra agentẽ vti possidetis,fuit opposita exceptio spoliationis.nam tunc si probetur,repellitur ipse agẽs,vti possidetis.supra.de ordi.cogn.c.ij.& c.fi. secus qñ nõ fuit opposita exceptio, sed simpliciter fuit actum interdicto vnde vi. quia tũc nõ debet retinere repulsionem,ex quò non excepit.vt in d.c.ij.sed do.Ant.hic dicit,ꝙ licèt nõ fuerit opposita exceptio spoliationis in principio. tamem quandocunq; poterit opponi ante sententiam: quia secundũ eũ videtur esse exceptio perẽptoria.& ideo debet posse opponi ante sententiam.l.peremptorias.C. sẽtẽtiã rescindi non posse.& no.supra.de exceptio.c.exceptionem.sed certè istud non videtur procedere quando iã esset conclusum in causa per ea,quæ habentur de fi.instru.cum dilectus. & quod no.gl.in d.c. exceptionem. sed vbi non esset conclusum.tunc posset procedere dictum dn.Ant.tenendo,quòd ista exceptio spoliationis possit opponi in vim peremptorię,& sic ad merita contra agentem vti possidetis. de quo infra statim dicam. & ideo dicit,quod uidetur tunc si opponatur dicta exceptio.& constet de violentia,quod non debet vincere agens vti possidetis.sed potius debet reus absolui ꝑ illum textum in d.l.j.§.fi.nec obstat ratio Inno.dũ dicit,quod secundum hoc licitum fuit turbare.& sic eadem ratione esset licitum spoliare,quod est falsum,quia respondet,quòd aliud est in spoliatione, quia spoliatio secũda purgat primum vitium spoliationis.l. si quis ad se fundum.C.ad legem iul.de vi pub.& facit,quod no. in d.c.in literis.sed non sic in turbatione, nam minus est turbare quàm spoliare:& sic non est eadem rõ.ideo de vno ad alium non infertur argumen.l. papinianus. ff.de minoribus.& j.qui filij sint legit.per venerabilẽ. & per hoc etiam non obstat inquantum dicitur,quòd si spoliato datur remedium ad recuperandum: fortius dari debet ad defendendũ:quia imo maior est ratio dãdi ad recuperandum: quia tunc purgatur vitiũ per secundam spoliationem, sed non sic per turbationem. non obstat etiam,quòd iniuste facit turbando:quia verum est donec liqueat de violentia, sed liquidata violentia,non censetur iniuste fecisse.per ea quæ habentur in d.l.j.§.fi.& sic patet ex prædictis spoliatum posse turbare ipsum spoliatorem. sed non est licitum ex interuallo ipsum spoliare.& hoc videtur etiam tenere
11 in d.l.j.§.fi.¶†An autem exceptio spoliationis debeat opponi in principio ante litem contestatam. an uerò etiam possit opponi post.Inn.hic notabiliter dicit, q̃d debet opponi ante litis contestationem.& si in vim ꝑemptoriæ excipiat non poterit obtinere sentẽtiam ꝑ se:quia sic sequeretur, quòd ei licitũ esset molestare. quod non videtur verum:nec etiam feretur pro agente vti possidetis,quia contradiceret.d.l.i.in fi.& sic tũc nulla sententia feretur, nec pro agente vti possidetis. nec pro excipiente.Sed certè hoc videtur contra mentem.d.l.i.in fi.inquantum vult,quòd non debet agens vincere.& sic videtur velle,quòd reus absoluatur. nec obstat,ꝙ non debet spoliato esse licitũ molestare:sicut non est licitum spoliare:quia non est bona æquiparatio,vt superius dixi.& plus videtur dicere Bar. in d.l.j. in fi.quod exceptio spoliationis debet opponi in vim peremptoriæ:quia iura de hoc loquentia uidentur respicere merita.nam dicunt,quòd opposita dicta exceptione non debet actor uincere. ut patet in d. l.i. sed certè satis puto procedere. quod nedum in uim perẽptoriæ potest opponi ad merita causæ.sed etiam in uim dilatoriæ ad processum.per ea quæ habentur in c.ij.& c.fin.§. de ordinis cognitio. ¶†An autẽ si feratur sententia pro actore in vti possidetis. obstet exceptio rei iudica.reo uolẽti agere,vnde vi.pro eadem re.dicit Innoc.quod non,quia variatur actio.i& etiam finis,cum ad aliud agatur interdicto,vnde vi pro eandem re. & aliud fuerit actum interdicto vti possidetis,& ideo non debet obstare exceptio rei iudica. l. cum quæritur. ff. de exceptio. rei iudica.& quod notatur.supra.de exceptio.c. pen. sicut nec etiam obstaret si ageretur petitorio per ea q̃ habentur in l.naturaliter. §. nihil cõmune.ff.de acquiren.possessio. secus,quando primo actũ esset petitorio, quia tunc obstaret sentẽtia postea agẽti in possessorio. per id, quod habetur. supra.de causa possessionis. cum dilectus. quod intellige, quando sententia lata in petitorio fuit declaratoria. ita, quòd notoriè constar de proprietate aduersarii. ideo, tunc obstaret volenti agere possessorio. de restitu.spolia.ad decimas. lib. vj. quando autem dicatur quis vi clam, vel præcario possidere ab alio,vel ab aduersatio.Inno. hic dicit, quòd licèt multum laborauerit Azo in summa vti possidetis,in ponendo exempla,tamẽ ipse simpliciter intellexit, quod dicor possidere a te vi, quando per violentiam tibi abstuli,& sic de aliis.sed tu adde, quod non sine ministerio Azo laborauit,vt plenè declarat Barto.in d.l.1.§.fina. nam quo ad sententiam ferendã pro reo nõ fuit necesse laborare in exemplis. vt dixit Innocẽ.si actor possidet vi,clam,vel pręcario ab ipso reo,sed respectu agentis uti possidetis. quia ille nõ potest obtinere:nisi possideat tempore litis contestat.§. retinendæ. instituti. de interdi. & not. supra. de probatio.licet causam. ideo tunc difficile est videre quomodo agens possit obtinere contra reum qui possidet vi,clam,vel præcario ab ipso agente, sed potes exemplificare per ea quæ posuit Azo in dicta summa, & plenius per Bar.in d.l.1.§.fi.C.Et no. etiam ex supradictis,quòd Innocen.videtur restringere. l. 1. in fine.ff.vti possidetis. quando obijcitur exceptio spoliationis, seu violentiæ ad processum.secus, quando ad merita causæ. Itẽ secus, quando non opponeretur exceptio. sed actum fuisset interdicto,vñ vi contra agentem vti possidetis. ¶ An autem bene dicat, patet ex superius dictis, quia certè non videtur ex toto bene dixisse. licèt possit substineri,quòd ad processum possit opponi. Item etiam aduerte inquantum Inn. vult, quod non feratur sententia contra exceptionem in vim peremptoriæ ex spoliatione,videtur quodammodo sequi, quod permittat spoliatum molestare, ex quo etiam non fertur pro agente vti possidetis. quod tamen hic ipse habet pro absurdo. & ideo dictum suũ non uidetur procedere. ¶ Vltimo aduerte, quia Innocen. videtur velle, quod si Abbas præscripsisset nõ competeret sibi actio contra Episcopum ex eo, quia publiciana non datur contra dominum.l.penultima. ff.de publicia.cum ibi notatis. sed certè, vt hic tangit dominus Antonius Abbati competeret utilis rei uendicatio ꝑpter præscriptionem.ut plenè legitur,& notatur in auth.nisi tricẽnalis.C.de bonis maternis. quæ utilis eũ cõtradicit directè actioni præfertur ipsi directè. ut patet in toto titulo. de rescript. & usucapioni. C.& ff. de materia, an,& quando vtilis pręferatur directę,tangitur per gloss.in l.procuratorem. ff. de procurato.& ibi plenius per Bar.

*S V M M A R I V M.*

1 *Fides accipitur multis modis.*
2 *Peccatum:& delictum quomodo different.*
3 *Synodus quid sit.*
4 *Nulla præscriptio etiam a iure ciuili inducta procedit absque bona f. de*

*na.fide, & nu. 9.*

5 *Leges cassare, & constitutiones statuta, & consuetudines peccatum nutrientes spectat ad Papam.*

6 *Bona fides a principio non sufficit si ante impletam præscriptionẽ mala fide superueniat.*

7 *Præscriptio ad hoc, vt interrumpatur propter defectum bonæ fidei requiritur, quòd quis habeat conscientiam rei alienæ.*

8 *Fides, quandoque capitur pro conscientia. & nu. 1.*

10 *Mala fides autoris, an habeat nocere vniuersali successori.*

11 *Successor hæreditarius debet liberare animam defuncti.*

12 *Error iuris, an proficiat ad vsucapionem, seu præscriptionem.*

13 *Præscriptio longissimi temporis non erat inuenta tempore digestorum.*

14 *Bonam fidem habere quis dicatur.*

15 *Bona fides, an præsumatur in præscriptione rerum incorporalium.*

16 *Mala fides quomodo probari debeat.*

17 *Præscriptio, an tollat effectum naturalis obligationis.*

18 *Bona fides, an sufficiat ad præscriptionem.*

19 *Titulus qualis requiratur ad præscriptionem.*

20 *Bonæfidei possessor dicitur ille qui cogitatione domini possidet, & sic putat se dominum.*

21 *Bona fides, an præsumatur.*

22 *Mala fides inducitur ex denuntiatione facta post contractum.*

23 *In præscriptione libertatis seruitutis vrbanæ, an præsumatur bona fides.*

24 *Præscriptio.xxx.vel.xl.annorum, an procedat cum mala fide.*

25 *Testator si mandat creditoribus testamentariis, quòd satisfaciãt creditoribus suis, an possint satisfacere illis contra quos erat prescriptum.*

26 *Statutum si dicat, quod si debitum non petatur intra decem annos præsumatur contractus simulatus, & ex eo agi non possit, an valeat.*

27 *Et, an stante, seu præsupposita validitate statuti si creditor audiatur, an teneat processus. & nu. 32.*

28 *Emphyteuta non soluens canonem intra tempus debitum cadit ipso iure a iure suo si dominus voluerit, & potest dominus autoritate propria rem apprehendere.*

29 *Præscriptio cum mala fide non procedit in cautionibus realibus secus in actionibus personalibus.*

30 *Præscriptio in nulla parte temporis debet habere cõscientiã rei alienæ.*

31 *Per præscriptionem longissimi temporis etiam sine titulo dummodo interueniat bona fides, an requiratur dominium.*

33 *Per præscriptionem, an tollatur naturalis obligatio.*

34 *Dominium, an requiratur per præscriptionem.*

35 *Præscriptio, an dicatur interrupta. si quis tempore præscriptionis habuit conscientiam læsam, & postea incipiat habere non læsam.*

36 *Præscriptione pendente si quis incipiat dubitare, an res sit sua, & habeat iustam causam dubitationis, an censebitur bonæfidei.*

37 *Præscribibi possunt res immobiles ecclesiæ solum spatio.xl. annorum, & quid de rebus mobilibus, & quid de rebus propriis patrimonialibus clericorum.*

38 *Res clericorum, an quo ad pedagia, & collectas gaudeant priuilegio rerum ecclesiæ.*

39 *Res clericorum præscribuntur spatio.xxx.annorum.*

a QVoniam. a Possessor malæ fidei nullo
b tpe pscribit. h.d. Et diuiditur
in quatuor partes principales. Nam primo
ponit constitutionis causam. Secundo constitutionem. Tertio infert ex causa. Quarto concludit.
secunda ibi synodali. tertia ibi cum generaliter. quar
1 ta ibi, vñ uportet. ¶ † In tex. ibi ex fide. accipitur hic fi
des pro conscientia, vt tangitur in gl. 1. quomodo au
tem multis modis sumet fides tangit p glo. s. de sum.
2 tri. & fide catho. de quo dicendum est, vt ibi. ¶ † Item
in tex. peccatũ. q differẽtia sit inter peccatũ, & delictũ
3 tãgitur p gl. in regula peccatum. de re. iur. in 6. ¶ † Itẽ
ibi synodali. hic accipitur synodus pro generali consi
lio autoritate Romani Pontificis congregato. facit,
quod habetur. supra. de iureiu. ego. N. & quod ibi no.
per Ioan. And. quandoque vero sumitur pro concilio
prouinciali autoritate Archiepiscopi cõgregato. xviii.
dist. Episcopus, & c. si Episcopus, & sequenti quando
que vero sumitur pro consilio prælatorum totius diœ
cesis autoritate Episcopi congregato in c. vt apostolicæ. de priuil. in 6. ¶ Item ibi: iam canonica, &c. dupliciter potest exponi. vt tangitur in gl. pe. Item ibi: rei hẽat conscientiam alienæ, ponderanda, sunt hæc uerba ,p pter inferius dicenda. ¶ Not. illud uulgarum, quod omne, quòd non est ex fide est peccatum. quod qualiter debeat intelligi tangitur in glo. j. ex qua potest ẽt colligi, q omne, qđ nõ est s'm cõsciẽtiã est peccatum.
4 ¶ † Item not. q nulla præscriptio etiam a iure ciuili in
ducta procedit absque bona fide. & ex hoc no. q Papa
hic vr derogare iuribus ciuilis inquantum dicunt cõ
trarium. & per hoc etiam not. casum in quo canones
præualẽt legi ciuili ẽt in foro ciuili, qñ uidelicet cano
nes ordinanẽ ad tollẽdũ peccatum. quod lex ciuilis p
mittit, in regula possessor. de reg. iur. in vj. & gl. & pec
legistas in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccl. & p Io. An.
5 p Io. Cal. in c. j. j. de ope. no. nuntia. ¶ † Item no. qđ ad
Papã spectat cassare leges, cõstituriones, cõsuetudines
statuta, q nutriunt peccatũ. facit, qđ habetur. supra. de
cõsue. c. penul. & fi. & no. q hoc vr verum, quando nu
triunt mortale peccatum. & sic a contrario, secus vide
reẽ si veniale peccatum nutrirẽt: tñ dicas idẽ si nutriãt
ueniale peccatũ. & sic non debet sumi argumẽtũ a cõ
trio sensu. qa resultaret iuri cõtrius intellectus. p ea q no.
s. de ele. publicato. & p Io. An. & p gl. de ętа. & qual. c.
1. in 6. & per id, quod habetur in l. ii. C. de condi. inser.
& in l. conuẽticulam. C. de Epis. & cle. sufficere enim
uideẽ, qđ tendat in deteriorem exitũ aĩæ constitutio,
uel consuetudo, ut non ualeat, sicut in simili dicitur
de iuramento, quod nedum non ligat, qñ nutrit mortale peccatum: sed etiam non ligat, quando tendit in
aliquod detrimẽtũ aĩæ, uel in deteriorem exitũ, & sic
etiam si nutriat peccatum veniale: quia illud non potest seruari sine aliquo detrimento animæ. ideo nõ ligat. ut legitur, & no. xxii. q. iiii. in c. si aliqd. p gl. Archi.
& per Io. An. in no. de pac. q uis. libr. 6. & tangit etiam
6 d. Ant. supra. de iureiu. si uero. ubi ẽt dixi. ¶ † Item no.
quòd de iure canonico non sufficit bona fides in prin
cipio, si superueniat mala fides ante præscriptionẽ cõ
pletam. facit. j. de reg. iur. possessor. lib. 6. & qđ ibi no.
secus tamẽ uidetur de iure ciuili. l. unica. C. de usucapione transfor. sed in hoc uidetur præualere ius canonicum etiam in foro ciuili. cum sumus in materia
peccati per ea q. supra. dixi. secus uidetur si post cõple
tam præscriptionẽ superuenier per ea q no. supra. eo.
vigilanti. per glo. & doc. & per Ioan. An. in Mercu. super regula possessor. & tangitur hic in gl. fi. Et ex pdi
ctis no. q ubi res deuenit ad casum de quo nõ posset
incipere, uitiaẽ qñ est de pendẽti. secus si sit in rẽ perfecto: de quo Brocardo per Bar. in l. pluribus. §. & si pla
7 ceat. ff. de uerb. obligationib. ¶ † Item no. q ad hoc, ut
interrumpatur præscriptio propter defectum bonę fi
dei ur requiri, q quis habeat conscientiam rei alienæ. & sic ur q alias procedat præscriptio. & p hoc uide
rur posse inferri, q nõ interrumpatur præscriptio. licèt
superueniat probabilis dubitatio si aliter non habeat
conscientiam rei alienæ, de quo tangetur cum gl. fi. &
hęc sufficiant pro notabilibus. ¶ Venio ad glo. Et opponitur primo pro citatione primę glos. & uidetur,
quòd text. istę non procedat inquantum dicit, quod
omne, quod non est ex fide est peccatum. nam cõstat
matrimonium contractum inter infideles non esse ex
fide: ex quò infideles sunt, & sic fidẽ nõ habent, & tñ
nũ peccant cõtrahendo matrimoniũ, nec in tali matri
munio dr esse peccatũ. j. de diuortiis. in c. gaudeamus.
ergo litera videtur magis loqui huius timore facta est
8 gl. 1. quæ dicit † qđ hic accipiẽ fides pro cõscientia, &
sic erit sensus, q id, quod non est ex fide, hoc est s'm cõ

a Possessor malæ fidei. istud c. est malleus legũ loquẽtiũ de pscr. quę possit pcedere cũ mala fide, & sine ti. & in summatione huius c. oẽs doct. sunt vnanimes ac un. tenoris. & ad declaratione hui' c. uide do. Ant. in sua summa de præscri. ubi theologaliter loquit.

scientiam est peccatnm. & hoc modo etiam exponiẽ
in §.ex his,& in §.illud.& in c.literas. alleg.in gl. facit
quod habetur infra de simonia.per tuas. el.ij. secundũ
hic non obstat cõtrariũ,q̃a matrimonium consectum
inter infideles non est contra conscientiam. ideo non
est peccatum. quomodo autem multis modis snmi-
tur fides remissi in notabilibus. ad not.per gloss.super
9 rubri.de sum.trini.¶ † Venio ad secundam glo.& op-
poniẽ cum illa,& videtur, quòd imo cum mala fidè
procedat præscriptio. per id, quod habetur in c. cura.
j.de iure patro.glo.non soluit hic,sed in contrario dat
plures solutiones. vna est, quòd ibi procedat præscri
ptio propter scandalum, quod esset in aduocando tẽ,
sed certe ista solutio non est tuta,q̃a propter scandalũ
non est fiendum aliquid cum peccato.per ea quæ ha-
bentur.j.de regu.iur.qui scandalizauerit. vnde secun-
da fuit solutio,quòd vbi præsumitur Episcopum taci
tè cõsentire eo ipso,ꝙ tacuit,& nõ contradixit,sed cer
te,tunc non essent tuti illi clerici virtute præscriptio-
nis,sed virtute taciti consensus cuius contrarium uult
ibi litera. ¶ Vnde alii tertio dixerunt,ꝙ ibi illi clerici
erant in possessione bonæ fidei, & quia non erant illi
quibus donatio fuit facta,sed successores eorum. & iõ
præsumũtur habuisse bonam fidem, quia repererunt
prædecessores fuisse in possessione, & crediderũt eos
habuisse.argum.l. qui in alterius. ff. de re iudi. & j. de
reg.iur.cum quis lib.vj.& ex ista solutione potes no-
10 tare, † ꝙ mala fides autoris non nocet etiam vniuersa
li successori. quod videtur esse contra ea q̃ habenẽ in
l.eum hæres.ff.de diuersis præscriptio. secundum Dy.
in regula possessor.de reg.iur.in vj.dicit,ꝙ illud proce
dit de iure ciuili,secus de ęq̃tate canonica. & pro Dy.
bene facit,q̃d no.glo. in d.c.cura.in vlti.solutione.sed
do.Ant.in c.si diligenti.supra.eo.dicit, q̃d ẽt de iure
canonico videtur,ꝙ mala fides autoris habeat nocere
vniuersali successori,quia tenetur purgare animã de-
functi a peccato.per id,quod habetur in c. fina. infra.
de sepul.¶ Potes dicere pro concordia, quòd quidam
est successor vniuersalis qui succedit ratione iuris hę-
reditarij,& tunc possit procedere opi.do. Anto.quidã
vero est successor uniuersalis qui non succedit ratio-
ne iuris hæreditarii.Sed aliàs habet titulum a superio
re habente potestatem conferendi,vt contingit in prę
lato,vel alio beneficiato qui succedit alteri in prę̨latu
ra,vel beneficio,quia in illis nõ habet locum succes-
sio hæreditaria,vt supra.de filiis præsbyte.ad extirpan
das,& tũc possit procedere opi.Dy.& gl.in d.c.cura.q̃
etiam ibi posuit Innoc.hoc enim casu satis est, quòd
11 † successor hr̃ditarius sit obligatus ad purgãdum ani-
mã defuncti: ideo sucessor non hæreditarius non tene
bitur. ¶ Quarta solutio dari potest,ꝙ etiam primi fue-
runt in bona fide: quia fortè putauerũt donationes va
12 lere: & si dicatur sic putãdo errauerunt in iure: & † er-
ror iuris nõ proficit ad vsucapionem, seu præscriptio-
nem.l.nũq̃.ff.de vsucapio.& sic vr̃.q̃d hæc solutio nõ
procedat,responderi potest,ꝙ illud est verum in vsuca
pione triẽnali, & in præscriptione longi temporis in
quibus non sufficit bona fides, sed requiritur etiã iu-
stus titulus.l.celsus.ff.de vsucapio.secus in præscriptio
ne longissimi tẽporis videlicet.xl.annorum s̃.eo. in c.
de quarta.videtur,q̃d non noceat:imo proficiat error
iuris in tali præscriptione: licèt olim secundũ tempo
ra.ff.nõ ꝓficeret error iuris ad vsucapionẽ,vel præscri
ptionẽ:sed põt dici,ꝙ illud erat,q̃a s̃m tp̃s.ff. non erat
13 † inuẽta p̃scriptio lõgissimi tẽporis,vt no.gl.in l. nõ so
lũ.ff.ex q̃bus causis maio.aliàs incipit.l.Iulia. & in l.q̃
occidit.ff.ad le.aquil.& sc̃d̃m tẽpora.ff. non procede-
bat p̃scriptio sine titulo.l.celsus.,ff. de vsucap. & istud
videreẽ posse ꝓbabiliter sustineri.tñ gl.vr̃ velle cõtra
rium in c.apostolice.j.de dona.vbi videtur velle,quòd
vbi agitur de præscriptione rei ecclesiæ in qua, vt di-
xi requiritur præscriptio quadraginta.ann.ꝑ.e.de quar
ta.s̃.e.non proficiat error iuris. & idem uidetur ẽt vel-
le Archi.x.q.iij.quia cognouimus,& ẽt Pau.& Ioã.de
ligna.in cle.j.de rebus eccle.non alienan.& ideo hæc
quarta solutio non est sine dubitatione:licèt,vt dixi vi
deaẽ posse sustineri per ea quæ.s̃.dixi.¶ Aduerte.tñ,ꝙ
nõ pręsumeretur error iuris in dubio:quinimo potius
pręsumitur quem scire iura. per ea quæ habentur in
c.j.supra.de consti.& in l.leges.C.de legi.& per conse
quens pręsumeretur esse in mala fide. facit, quod not.
ꝑ gl.in l.quẽadmodũ.C.de agri.& censi.lib.xj.& ꝙ no
taẽ in regula.qui contra iura. & de re.iur.in vj. sed vbi
ex circunstantiis appareret eum errasse in iure, quod
interdum esse potest:vt colligi potest ex his quæ not.
Bart.in l.2.ff.de confes.& facit etiam,quod habetur in
simili in l.si adulterium cum incestu.§.idẽ pollioni .ff.
de adul.tũc ꝓcedere posset ꝙ s̃.dixi : q̃a tũc posset dici
esse in bona fide : & sic uidereẽ,quod posset præscrib-
re,quando agitur de pręscriptione longissimi tempo-
ris : tamen vt dixi iste intellectus non est sine dubita
tione propter ea quę superius dixi. ¶ Quinta solutio
potest colligi ex his quæ posuit Inn. in d.c.cura. in gl.
penul. videlicet, ꝙ vbi pręscribens fundat se ex mera
negligentia non petentis, tunc currit præscriptio, q̃a
in odium negligentium ius,seu habens potestatẽ iu-
ris condendi super temporalibus potuit inducere hãc
præscriptionem. & sic intelligatur ibi secundũ Inno.
secus vbi se fundat ex mera possessione,& ita intelliga
tur,& limitetur tex.iste.sed certè iste intellectus videẽ
esse cõtra tex.istũ qui loquitur simpliciter,& indistin-
ctè, qui dicit præscriptionem procedere nõ posse sine
titulo, & bona fide. & ideo non videtur, q̃d præscri-
bat etiam si habens malam fidem alleget negligentiã
non petentis.¶ Aduerte tamen,quia dictũ Innoc.pos-
set intelligi, quando ageret de præscriptione actionis
personalis:quo casu cum ex mera negligentia proce-
dat præscriptio potest esse dubium. An tunc procedat
dictum Innocen.propter ea quæ notat Bartol.in l. seq
tur.§.si viã.ff.de vsucapio.& ꝙ dicetur cum glo. seq.&
sup ea.Et aduerte inquantum dixi bonam fidem sur-
gentem ex errore iuris nõ proficere ad vsucapionem
triennii,vel longi temporis, vel etiam longissimi se-
cundum aliquos videtur limitãdum nisi esset error iu
ris ꝓbabilis, per id,quod legitur,& notatur in c.cum
dilectus.j.de consuetu.& quod ibi tangit do.Anto. &
quia etiã talis error uidetur ęquiparari errori facti. ut
uoluit Ioan.And.infra.c.unico.de postula.præla. in 6.
¶ Item limita etiam illud esse uerum,quando est sim-
plex error iuris: secus si esset admistus cũ errore facti:
& ex illo insurgeret, quia tunc non noceret etiã quo
ad p̃scriptionẽ:patet exemplũ in l.si vir uxori.ff.ꝓ do-
nato. qñ uidelicet uir donat uxori rem quæ uerè est
aliena,& nõ ipsius uiri:cũ tamen uxor putet illam es-
se ipsius viri, & sic erat in facto, & successiuè in iure
inquantum putat donationẽ posse fieri inter virũ,&
vxorẽ,tñ quia concurrit eror facti cũ errore iuris pro-
cedit vsucapio in re mobili:& p̃scriptio in re immobi
li,vt patet in d.l.si vir.& ibi etiam not.per Dy. & Bart.
& facit ẽt,q̃d not.Dyn.in regula.possessor. & in regu
la.iuris ignorantia.de reg. iur.in vj. Et adde etiam in-
quantum fecit differentiam supra inter successorẽ vni
uersalem ratione iuris hr̃editarii,& aliũ vniuersalẽ suc
cessorem,q̃d idẽ videẽ in effectu ẽt voluisse do.Anto.
14 supra.eo.i c.si diligenti. ¶ † Vlterius redeo ad gl. & q̃
ro cum illa quis dicatur habere bonam fidẽ.gl.hic re
mittit

mittit in c.ſi diligenti.ſ.eo.in notula,ſeu gloſſ.quæ incipit illud generaliter.& concludit,quòd præſumitur in dubio bona fides: niſi probetur contrarium. de quo etiam per glo.in gl.præallega.c.ſi diligenti, ſed hic aduertendũ eſt,quia Inno.variauit in hoc articulo. Nam in c. ſi diligenti. tenuit idem ,quod ibi , & quod proxime dixi:ſcilicet , ꝙ præſumitur in dubio bona fides niſi contrarium probetur,ſed in c.ij.in gloſſ.quæ incipit,per monachos.circa fi.ſupra.de reſti.in integ. & ẽt Archidia.in c.j. de præſcrip.in vj.dicit oppoſitum:vnde dicunt prædicti,ꝙ licèt quilibet p̃ſumatur bonus niſi probetur contrarium,vt in c.ſi.ſupra. de præſumpt. & in c.vnico.ſ.de ſcrutinio:non tamen ſic eſt in bonę fidei poſſeſſore.quia oportet ad hoc , vt præſumat̃ bonæfidei,ꝙ habeat iuſtum titulum,vel ꝙ probabilibus rationibus quęſiuerit poſſeſſionem.alleg.ff.de libe.cã. l.igitur.§. ij.& l. liberis.§. fina. vel quod longo tempore fuerit in poſſeſſione.ff.de acquit.poſſeſ.l. poſſideri.§.ſi ſeruus.& quod dicatur longum tempus arbitrio iudicis dicunt relinquendum.argu.l.j.§.fina.ff.de iure deliberan.& ſ.de officio delega.in c.de cauſis.Iaco.de Are.& Cyn.in l.penulti. de præſcrip.longi tempo.dicunt, quod ſi aliquis habet titulum,præſumitur bona fides,aliàs præſumitur mala fides : niſi aliud probetur propter,ꝙ præſumi debeat bona fides,per id,quod legit,& notatur in l.fina.C.vnde vi.Bar.in l. celſus.ff.de vſucapio.dicit,qđ in eo qui habet titulum verum, vel putatiuum etiam errore iniuſto præſumitur bona fides per.l.igitur.§.poteſt.ff.de libe.cauſ.i.p id,quod notatur in l.ſi fur.§.j.ff.de vſucap.& vt patet ex ibi notatis p eum,ꝙ dixit de titulo putatiuo errore iniuſto , vt cauſet bonam fidem videtur intelligendum quo ad acquiſitionem fructuum, non quo ad vſucapionem, ſeu præſcriptionem : plus etiam dicit in d. l. celſus. ꝙ etiã ſi quis nullum habeat titulum pręſumitur bona fides. alleg. gloſſ. in l. ſi quis emptionis , in verſi. detinuerit.C.de p̃ſcr.xxx.ann.nõ ẽin cum niſi appareat alium fuiſſe antiquiorem poſſeſſorem præſumeretur bona fides:etiam ſi aliter non appareat de titulo , & plus etiã dicit , quòd etiam ſi appareat alium fuiſſe antiquiorem poſſeſſorem:tamẽ illam allegationẽ de antiquiore poſſeſſore non poterit facere,niſi antiquior poſſeſſor.arg. l. loci corpus.§. competit. ff. ſi ſerui.vendi. & hoc etiam ſequitur do.Anto.ſupra. eo. ſi diligenti. dixit etiam Bartol.in d.l.fi.C.vnde vi. quod lapſis. xxx . annis. præſumetur retro quem fuiſſe bonæ fidei per illum tex.ſed aduerte, quia Bart.videtur in multis male dixiſſe.& primo inquantum dicit,quòd vbi quis nõ hẽt titulũ præſumatur bona fides.nam hoc contra. d. l.fina.C.vñ vi.eo enim ipſo,quòd apparet rẽ eſſe alienam,& per ipſum poſſeſſorem occupatam : licèt non appareat de antiquiori poſſeſſore : quia fortè poſſeſſio erat vacans.Tamen ſtat ratio illius literæ : quia debuit ſcire,ꝙ ex quò non erat res ſua nõn fuit licitum occupare:& ſic occupando fuit in mala fide.& pro hoc etiã quod no.Inno.in d.c.ij.Nec obſtat gl.in dicta.l. ſi quis emptionis. quia non dicit id,ad quod Bar.alleg.videlicet,quòd bona fides præſumatur in nõ habente titulum:ſed bene dicit,qđ poſsibile,ꝙ licèt nõ hẽat titulũ habeat tamẽ bonã fidem , quod poſſet eſſe ex eo , qa ex aliquibus circunſtantiis crederet ſe de iure habere. facit.qđ no.idem Bartol.in præallegata.l.celſus. ¶ Itẽ etiam non videtur verum,quòd quis nõ poſsit allegare de antiquiori poſſeſsionem,qa imo debet poſſe algare,ex eo,q a ex illa ſeq̃ exclusio iuris agẽtis ex toto ſecũdũ no.i l.ij.de execut.rei iud.& in l.cũ ſeruũ.C. de ſeruis fugiti.nam allegando illã,& ꝓbãdo ſequit̃ , qđ malę fidei poſſeſſor alio non docto per dictam. l.fina. C.vnde vi.& ex hoc ſequit̃ quod non potuit pręſcribere longo tempore. & per conſequens ꝙ hoc non põt agere ille, qui dicitur præſcripſiſſe . ¶ Item etiam non vr̃ verum dictum Bar.in d.l.fin.C.vnde vi. inquãtum dixit ꝙ finitis.xxx. annis retro. pręſumet̃ bona fides : quia hoc non dicit illa lex:licèt dicat ꝙ finitis,xxx.annis non poſſit agi contra poſſeſſorem,ꝙ eſſe poterat ſecundum leges ẽt ſi fuiſſet malefidei poſſeſſor : quia ẽt cum mala fide locum habebat præſcriptio.xxx.annorum.l.ſi quis emptionis.C.de pręſcriptio.triginta.ann. ¶ Item etiam non obſt.quod no.Inno.in d.c.ij.vbi dicit:ꝙ ex longo tempore præſumitur bona fides: quia illud non videtur verum. Ex quo a principio præſumitur malæ fidei per dictam.l.fina.C.vnde vi. Nec cã extrinſeca ſuperuenit mitandi opi.arg.l. cum nemo. C.de acquiren.poſſ.nec obſtat.l.iij.§. ſi ſeruus.de acq. poſſeſſio.allegata per Innocen.quia tex.ibi vult,quòd ſi bona fide per ſpatium longo tempore quis ſtet in poſſeſſione libertatis,& tanquam liber homo præſcribatur libertas,licèt eſſet ſeruus.facit. l.j.& ij.C.de pręſcriptio.longi tempo. quę pro libertatis. non autem debet intelligi,ꝙ a principio,non fuit bonæ fidei.Ex ſolo curſu temporis præſumatur bonę fidei:quia attendi debet origo non ſuperueniente cauſa extrinſeca.l. clam poſſidere.& quod ibi notatur.ff.de acquiren. poſſeſſ. & per prędicta videtur quòd verior ſit opin. Iaco.

15 de Are.& Cyn.¶ †Et hęc vera quando agitur de præſcriptione rerum corporalium, & quæritur in illa , an præſumatur bona fides:ſi autem agitur de pręſcriptione incorp.tunc aduertendũ,quia aut agit̃ de p̃ſcriptione libertatis ſeruitutis realis ruſticæ:ſeu ruſtici prędij, & pręſumitur bona fides : niſi aliud appareat:quia ius commune facit pro præſcribente , cum quælibet res pręſumatur libera.l.altius.C. de ſeruit.& aqua. ſi autem agatur de pręſcriptione libertatis ſeruitutis vrbanæ,tunc recurrendum eſt ad ea, quæ habentur in l. hæc autem iura.ff.de ſerui.vrbano.prædio.& in l.fina. ff.quemadmo.ſerui.amittatur.Si autem agatur de præſcriptione ſeruituris realis , tunc eſt dubium , an pręſumatur bona fides. Dyn. voluit quod ſic , quia idem operatur bona fides in præſcriptione ſeruitutis, quod operatur titulus,& bona fides in pręſcriptione rei corporalis.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſerui. vendi. & per conſequens ſicut in re corporali p̃ſumitur bona fides,quãdo adeſt titulus.ita in dubio in re incorpali præſumitur bona fides:ex quò titulus non requiritur. Sed certe communiter tenetur contrarium , vt patet ex his , quæ plene notatur per Cyn.in l.j.& ij.C.de ſeruitu. & aqua.& per Bartol. in l.j.§.j.ff.de itl. actuque priua. & ratio eſt:quia præſumptio eſt contra præſcribentẽ , cũ commune faciat contra eum:quia vt dixi quælibet res præſumitur libera:ideo in dubio præſumitur mala fides : niſi ex circunſtantijs aliud appareat : puta quia a fidedignis dictum eſt ſibi ſeruitutem deberi:vel ſi reperit anteceſſores ſuos fuiſſe in quaſi poſſeſſione ſeruirutis,facit.ff.de reg.iur.l.qui in alterius.& ĩ.de reg.iu. cũ quis.lib.6.idem ſi probatur fama viciniæ ſic habere,vel forte ſi reperiat ſigna ſeruitutis,vt plene no.Bar. in d.l.j.§.j.¶ Redeo ad gl.in ver.ſed qd ſi aduerſarius , & quęro cum illa nunquid eo caſu quo præſumitur bona fides ſi aduerſarius voluerit probare , quod habuerit malam,an debeat audiri. & glo.argum pro , & contra.nam videtur primo dicendum , quòd ſic quia poſſet probare originem pręſcriptionis vitioſam fuiſſe.l.nec creditores.C.de pigno.actio. cum alijs alle.in gl.demum gl.ad oppoſitum alle.in ver.argu.contra.c. ad aures.ĩ.eo.vbi videt̃ dici ꝙ quadragenalis p̃ſcriptio oẽm actionẽ excludit,& tollit,finaliter gl.ↄcludit, qđ

bene debet audiri qui vult probare malam fidẽ ſuiſ-
ſe in poſſeſſione ab initio:quia ſic non potuit præſcri
bere.ſupra.eo.vigilanti.& c.ſi diligenti.ad c. aures nõ
reſpõdet,ſed potes dicere, quòd illud capitulũ debet
intelligi,quando fuit in bona fide ille qui allegat p̃ſcri
ptionem,vt ibi etiam notatur,aliàs non procederet p̃-
ſcriptio,& ſic poſſet non tollere actionẽ, & ideo dice-
bat do.Anto. q̃ ſtante hoc, quòd præſupponaẽ p̃ſcri-
ptionem procedere: tunc verum eſt,quòd quadrage-
nalis pręſcriptio tollit omnem actionem. facit, quod
habeẽ in l.penul.& vlti.C.de præſcrip.xxx.anoorũ. al
legata.in gloſſ.& in l.ſicur.& in l.oẽs.eo. tit. ſecus vbi
16 p̃ſcriptio nõ procedit,vt ſuperius eſt dictum.¶†Qua-
liter autem probari poterit mala fides: eo caſu quo p̃-
ſumitur bona fides.tangit.Barto.in l.celſus.in vlti.co.
ff.de vſucapio.nam poterit probari ſi fuit ei denuntia
tum,anteq̃ contraheret.l. ſi fundum. C. de rei vendi.
ſecus videtur ſi denuntiatio facta fuit poſt cootractũ
iam factum,per id , quod not.gloſſ. in l.penulti.ff. pro
empt.ſed aduerte,quia videretur poſſe dici illud pro-
cedere de iure ciuili:ſcd̃m,qđ ſufficit booã fidem fuiſ
ſe in principio.l.vna. C. de vſucapio.transfor. ¶ Sed
de iure canonico non ſufficit,quod ſolum a principio
fuerit in bona fide:vt ſuperius tetigi , & probatur hic
in fine literæ,& not.etiam in regula poſſeſſor.de reg.
iuris.in vj.Et ideo videretur,q̃ de iure canonico : etiã
ſi denuntiatio fiat poſt cõtractum ſi taliter fiat,q̃ dedu
catur ad noritiam poſſeſſoris rem eſſe alienam , q̃ etiã
ex hoc probeẽ mala fides,& quod impediatur præſcri
ptio.& ſic videtur limiranda dicta glo. in l. penult.cũ
qua cõmuniter tranſeunt legiſtæ , q̃ procedit de iure
ciuili:ſed de iure canonico non uidetur procedere per
ſuperius dicta,poteſt etiam probari mala fides.Si corã
aliquibus dixerit ſe ſciuiſſe rẽ alienam,quia illud prę-
ſumitur in mente habuiſſe,quod verbo dixit.l. labeo.
§.tubero.ff.de ſuis.& legi.¶ Idem ſi probetur, quòd de
hoc erat fama in vicinia, quòd res erat alterius quã vẽ
dentis,& ipſe erat vicinus,ſeu de vicinia: nam præſu-
mitur ſcire.ſupra.de præſumptio. quanto. & bene fa-
cit,quod notat glo.C.de perieu.tu.vnde ex p̃dictis , &
aliis induciis:prout facti qualitas dictauerit ꝓbari po-
terit mala fides , facit, quod habetur in l. penul. C. de
17 euic.¶†Itẽ aduerte inquãtũ gl. dicit,q̃ p̃ſcriptio tollit
omnem actionem,nã poteſt eſſe dubium , an præſcri-
ptio tollat effectum naturalis obligationis , de quo p
Barto. in l. fina.ff. rem ratam habe.vbi concludit , q̃
ſi eſt præſcriptio conuentionalis bene tolitur ipſa na-
turalis,per id,quod habetur in l.ſtichũ.§.aliũdæ. ff. de
ſolutio.& in l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.mãda.ſi vero eſt p̃ſcri
ptio legalis,& tunc concludit,q̃ aut eſt p̃ſcriptio.xxx.
vel xl.annorum,& tunc tollitur nedum ciuilis : ſed ẽt
effectus naturalis obligationis,per id , quod habetur.
in l.oẽs.& in l.ſicur.C.de p̃ſcrip.xxx.ann.& in l. ſi q̃s
poſtq̃.ff.de fideiuſſo.¶ Si aũt ſit actio tẽporalis ſui oa
tura,vt actio redhibitoria,'& quãto minoris. l. cũ lex.
ff.de ędili.edic.& l.Iulia.in prin.cũ ibi nota. ff. de act.
emp.tũc p talẽ p̃ſcriptionẽ non tolliẽ effectus natura-
lis ſ̃m Bar.moueẽ.per id, qđ habetur in l.atq̃ natura.
cũ ibi not.ff.de nego.geſt.ſed aduerte, q̃a iſtud vltimũ
videtur eſſe cõtra dictã.l. ſi q̃s poſtquam.ff.de fideiuſ-
ſo. quæ vult per præſcriptionẽ tolli effectũ naturalis:
cum non poſſit accedere fideiuſſor, vt ibi dicitur. Et tñ
illa lex nõ poteſt intelligi in pręſcriptione.xxx.vel.xl.
annorũ:quia illa de iure ff orũ. nõ erat cognita. vt no-
tatur p gl.in l.non ſolũ , aliàs incipit Iulia.ff.ex q̃bus
cau.maio.& l.q̃ occidit.ff.ad legẽ aq̃l.& per eũdẽ Bat.
in d.l.fin.ff.rem ratam habe. & etiam tetigi ſuperius :
nec videtur poſſe dici,q̃ illa.l.ſi quis poſtq̃.debeat re-
ſtringi ad præſcriptionem conuentionalem: quia hoc
eſt diuinare ad illam legem:& illam violare,cum ſim-
pliciter,& indiſtinctè loquatur de qualiber p̃ſcriptio-
ne:quę poterat eſſe ſcd̃m illa tempora.nec obſtat. d.l.
atqui natura.quia ibi noo dicit qđ non tollatur effe-
ctus naruralis obligationis , ſed q̃ ille qui eſt debitor
actione tp̃ali.Si gerat negotia illius cui teneretur dẽt
a ſe exigere,adeo quòd ſi durante adminiſtratiooe li-
beretur tenebiẽ actione negotiorũ geſtorum : ex quo
a ſe non exegit.Et ſic non dicit ibi remanere effectũ
naturalis obligationis,& per conſequens non videtur
probare dictum Barto.quod vt dixi videtur eſſe cõtra
dictam.l.ſi quis poſtq̃.non violando cum Bart. tamen
videtur in effectu tranſire Ang. io repeti.l.j.C.de iud.
& tangit etiam in dicta.l.fi.ff.rem ratã habe.Nam cõ-
cooludit,q̃ ſi eſt pręſcriptio.xxx.vel xl.aonorum : li-
cèt ipſo iure non tollatur naturalis : quia tempus non
eſt modus tollendæ,vel inducendæ obligationis.l.ob-
ligatio ferè.§.placet.de actio.& obli. vnde ſaltem tol-
litur quo ad effectum per dictam.l.ſicur . & l. omnes.
C.de pręſcriptio xxx.annorum . ¶ Idem dicit in præ-
ſcriptione ſtatutaria. Si ſtatutum non velit aliàs dicit
remanere naturalem ſceundum nota.per Bar.in d.l.fi.
ff.rem ratam habe.& hoc dicit procedere in obligatio
nibus aliis quã ex delicto : ſi autem eràt obligatio ex
delicto in qua vr̃ ineſſe obligalio naturalis.iuxta no-
tata per gl.in l.j.§. beſtias.ff.de poſtu. tuoc tollitur illa
naturalis ſecũdum cum per pręſcriptionem, allegat.l.
ſit §. quædam.ff. de pac.ſed certe ibi non loquitur de
præſcriptione: ſed de pacto forte tamen voluit induce
re , quod ſicut ibi tollitur obligatio deſcendens , ex
delicto ipſo iure per pactum:licèt aliàs ſolum tollatur
obligatio per pactum ope exceptionis.l. ſi vnus.§. pa-
ctũ.ff.de pact..ita criam per præſcriptionem tollatur
oaturalis deſcẽdens ex delicto: licèr aliàs nõ tolleref:
ſed aduerte quia ſi intellexit de obligatione pœnali ,
ſatis vr̃ procedere,quod dixi per id, quod inferius tan
getur ſuper gloſſ.ſeq.ſi autem noo eſſet pœoalis:tunc
videreẽ,qđ deberet attẽdi:an ageretur de præſcriptio.
xxx.vel xl.annorum,an vero de minori, ſi teneremus
opinio.Bar.niſi dicas ſuſtinendo. Ang.q̃ quia actio ex
delicto ſit in ſe odioſa,q̃ aliud ſit in eis quã in aliis ob-
ligatio.tamen.dictum Angel. non bene videtur pro-
bari ,quia lex quam allegat, vt dixi non loquitur in
pręſcriptione,ſed in pacto.¶ Item aduerte quia ꝓ eo ,
quod dixi ſuperius : q̃ pręſcriptio.xxx.vel xl.annorũ
non eſſet cogoita de iure ff orum bene facit quod hr̃
ioſti.de perpe.& tempo.actio.in prioc. iuncta glo. vbi
ſatis hoc videtur probari:& licèt ibi loquatur nedum
de actionibus perſonalibus , ſed etiam de actionibus
realibus.tamen ut ibi dicit gl.noo parificat illas quò
ad hoc vt eſſent pariter perpetuo: quia clarum erat , q̃
rei vendicatio tollebatur tempore.l.j.ff. de vſucapio.
licèt ſecus eſſet in actionibus perſonalibus:ſed parifi-
cat in hoc quia per conſtitutiouem Codicis circa me
tam temporis eſt dcelarata tam in perſonalibus, q̃ in
realibus,licèt alienata declaretur in perſonalibus , q̃
in realibus:ut patet ex his,quæ hñr in l.j.C.de vſuca-
pio.transfor.& in l.fi.C.de præſcriptio.loogi temp. &
l.ſicut.& l.oẽs.C.de præſcriptio.xxx.anoorum. & l.ij.
C.de conſtitu.pecu.Nec obſtat prædictis, quod habeẽ
in l.ſi pupillus alterum.ad fi.ff.de admini.tuto.vbi vi-
detur probari q̃ etiam de iure fforum.actio perſonalis
tutelæ tollebatur tempore,quia vt ibi dicit Bar.poteſt
intelligi de actione tutelę, quæ dabaẽ contra patrẽ de
peculio,quæ finitur anno poſt mortem filij qui geſſe-
rat tutelã.i.tutores q.e.ti.& l.j.ff.q̃ñ actio eſt annalis.
licèt enim ẽt ibi aliter nitaẽ rñdere . ¶ Vltimate gloſſ.
hic

hic quærit, an sufficiat bona fides ad præscriptionem: an uero requiratur titulus, & remittit ad notata.s̄.eo. si diligenti.in notula, seu gl.q̄ incipit, sed hoc videtur. & est gloss.fina. & ibi post multa finaliter concludit, quòd non requiritur titulus nisi ius cōmune, vel præscriptio sit contra p̄scribentē.& ita hodie est exp̄ssum in c.j.s̄.eo.lib.vj.vbi etiam gloss. plenè recitat opinio. antiquas. Sed aduerte, quia contra dictam conclusionē fortiter facit, quod habetur in c. cū ecclesia. supra. de causa pos.& proprie.vbi patet: quod ius cōe fundat intentionem canonicorum contra aliquos clericos volentes interesse electioni. facit.supra.de electio.in c.j. &, q̄ ibi nota.& tamen videtur ibi procedere præscriptio ex sola bona fide sine titulo p̄pter quod do. Ant. in dicto.c.si diligenti. dicit aduertendum, q̄ quandoq; ius cōmune facit contra præscribentem, & iustificat possessionem, & tunc nō procedit sine titulo.& sic loquatur.d.c.primum.interdum autem nō iustificat possessionē, q̄a possessio, seu quasi possessio potest haberi ex patientia eius contra quē præscribitur, & qui ēt posset tale ius concedere, & tunc non requiratur titulus, & ita loquatur.c.cum ecclesia, nam ex patientia canonicorum potest alius interesse in actu eligendi vna cū eis, ideo tunc procedit præscriptio sine titulo. Nam ēt ipsi canonici cōmunicare possunt illi ius eligendi, nō enim videtur ex hoc p̄iudicari ecclesiæ, sed potius vtilitas procurari cum magis ratum, seu firmum sit iudicium, quòd plurimorum sententiis comprobatur. supra.de offic.delega.c.prudētiam.& sic melior p̄sumetur electio quæ fiet a pluribus: secus esset si aliquis vellet præscribere ius eligendi exclusis canonicis. quia tunc bene requireretur titulus ex eo, q̄ ius commune faceret contra talem, & quia canonici nō possent i hoc p̄iudicare ecclesiæ sine solennitate debita, de qua. xii. q̄.2.sine exceptione.& in c.1.de rebus eccle.nō alie. in 6.facit, q̄ notauit Io. And.in d.c.cum ecclesia. circa fi.super gl. & s̄m prædicta oportebit limitari dictū. c.j.j.eo.in 6.Sed aduerte, quia secundum hoc uideret, quod q̄n ageret de præscribenda seruitute in fundo, vel domo ecclesiæ, quòd quia prælatus non potest id concedere sine solennitate debita, vt præallega.c.sine exceptione, quod tunc requireret titulus: nec sufficeret bona fides, q̄ videtur esse 3l.si quis diuturno.ff. si serui.vendi.vbi simpliciter videntur dici, q̄ in præscribenda seruitute sufficit bona fides absque titulo, & tamen ibi videtur esse ius commune contra præscribentem, cum qualibet res p̄sumatur libera, & p̄sumi debeat.l.altius.C.de seruitu.& aqua. gl.in d.c.1.j. eo.in vj.volens tollere hoc contrarium dicit, q̄ talis præscriptio seruitutis non est contra ius cōmune, sed contra ius priuatum, seu priuatæ personæ, sed certè hæc solutio non videtur bona: quia imo videtur esse cōtra ius commune ex eo, quia ius cōmune fundat intentum agentis asserentis rem esse liberam.d.l.altius.do.Ant. hoc non declarat in dicto.c.si diligenti, nec etiam, hic, vel in alia parte. Potes dicere primo, q̄ aliud sit de iure ciuili, & aliud de iure canonico, per ea quæ habent in d.l.si quis diuturno. & d.l.altius, & in d.c.i.vel.ii. potest dici, quòd dictum.c.i.debet limitari in his, quæ sunt grauis præiudicii, vt quando ageretur de præscriptione iuris decimarum, vel similis: secus quando ageretur de modico præiudicio, vt quando agetur de præscriptione seruitutis rusticæ, vel urbanæ, nā censetur tunc agi de modico præiudicio, vt patet ex his, q̄ notant p gl.& Bar.in l.penulti.C.cōi diui.& facit etiā, q̄ notat per gl.in d.c.cū ecclesia.vn̄ in præscriptione seruitutis vsufru.q̄a censetur agi de graui præiudicio, cū censeatur esse pars dominii.l.4.ff.de vsufruc. requiritur titulus, sicut quando agitur de ipsa præscribenda l.fi.C.de præscriptio.longi tempo.&l.iusto.§.nō mutat.ff.de vsucapio. Et ex prædictis patet sequendo secundam solutionem: & etiam attento eo, quod dictū est circa contrarium.c.cum ecclesia.quòd etiam de iure canonico non semper vbi ius cōmune fundat intētū agentis contra præscribentem requiritur titulus, dummodo adsit bona fides, & per prædicta etiam potest patere solutio ad.c.cum ecclesia sutrina, quia pōt dici, q̄ ibi agitur de modico præiudicio: ex eo, quia cōmunicare ius eligendi alteri videtur potius esse fauor ecclesiæ quā præiudiciū.per ea quę dixi superius, & iō nimirū si ibi procedit præscriptio sine titulo, dūmodo appareat de bona fide ex aliquibus circūstantiis: licèt ius cōmune sit cōtra præscribentē: vbi autem ex circunstantiis non appareret de bona fide præsumeretur mala fides, ex quò ius commune erat contra præscribentem.& ideo non procederet tunc præscriptio nisi fortasse esset tanti temporis cuius initii memoria non
19 extaret, vt probatur in dicto.c.j.j.eo.in vj.¶ †Qualis titulus requiratur ad præscriptionem.tangitur in d. c. si diligenti.in gloss. fina.eo casu quo titulus requirit in præscriptionem. Nam requiritur, & sufficit, quòd sit talis, vt habeat præbere iustam causam præscribendi non aūt reqrit, quod habeatur titulus ab illo qui potest transferre dominiū rei, vel iuris, quia tunc talis titulus cum tradente induceret translationem dominii rei, vel iuris: de quo præscribēdo tractaretur: ideo tunc non daret causam præscribēdi, quia quod suum est nō potest amplius fieri suum. l. res p̄prias.C. de lega.& s.de fide instru.inter dilectos circa fi.& ideo sufficit, q̄ habeat titulus a non domino qui putatur dominus. Nam tunc talis bene probet iustam causam præscribendi illi qui vult acquirere ius, vel rem ex dicto titulo.l.j.ff.de publi.& idem possessor non habeat titulū: tamē iusto errore ductus putat se habere fortè, q̄a procurator suus dicit se emisse noīe suo rem quā possidet uolens præscribere, cum reuera non emerat.l. quòd vulgo. ff.pro empto. idem si fortè legatū factum fuit Titio, & duo erant Titii, & de vno sensit testator, sed alius putauit de se fuisse sensum.l.iiij.ff.p legato. Idē si inuenit rem in hæreditate eius cui successit, & credit defunctum emisse, quia si fortè dixerat in vita, vel sic habebat etiam fama uiciniæ.facit, quod habet in l. cum quidam.§.quod dicit.ff.de acqui.hæredi.& quod notatur per Bart.in l. celsus.ff.de vsucapio.& per glo. & per Ioan. An.infra.de iure patrona.cura. Idem si ex suasione aduersarii quis putat habere titul.puta, quia aliquis tradidit rem aliquam Titio quam dicit se aliàs ipsi Titio promisisse.l.si existimans.ff.pro soluto. Nam in dictis casibus procedit præscriptio propter titulum verum, vel putatiuum errore iusto, vbi autem quis nō haberet titulum verum, nec etiam putatiuum errore iusto, tunc non procederet præscriptio in casibus in quibus requiritur titulus, vt contingit de iure ciuili in vsucapione triennii rei mobilis: & etiam in præscriptione longi tēporis rei: imo, & de iure canonico, quādo ius commune, vel præsumptio est contra præscribentem saluo eo, quod dixi. supra. circa solutionem contrarii. c. cum ecclesia. &l. si quis diuturno ¶ Aduerte tamen, quia dixit gl. in d. c.j. infra. eod.in 6. quòd etiam non requiritur titulus, licèt ius cōmune sit contra allegantem præscriptionē, q̄n non fundaret intentum agentis: nam tūc sufficit bona fides, de qua ex circunstantiis appareat.& sic dicit posse intelligi.c. ad aures.supra.eo.ti.quod est notādū, secus q̄n ius cōmune fundaret intentum agentis contra præscribentem, quia tunc requireretur titulus, vel saltem tantū

tempus,quod eius initii memoria non extet.vt habet in d.c.j.quod in dicto casu debet intelligi s'm glo.prædictam,quod tene menti. ¶ Item aduerte,q dixit gl. vlti.in d.c.si diligenti. q minus iustus titulus dat causam præscribendi de iure canonico.Nam potest intelligi,q appellet minus iustum qui nō habetur a domino,vel ab habente potestatem transferrendi dominiū rei,vel iuris potest etiam intelligi,quòd sit minus iustus titulus in rei veritate,sed purat esse ius: nam tūc etiam uidetur præbere causam.per ea quæ notant in c.cura.j.de iure patro.& quæ notat glos.in c.apostolicæ.j.de donat.& Archidia.x.q.iij.in c.quia cognouimus. Pau.& Ioā.de Lign.in cle.j.de rebus eccle. non alienan.puta,quando concessio fuit facta per Episcopum quæ fieri non poterat sine consensu capituli: sed præscribens putauit cōsensum capituli interuenisse: quia forte a fidedignis fuit hoc sibi relatum. facit, qd not.Ioan.And.in dicto.c.cura.vel forte putauit priuilegium non esse impetratum per falsi suggestionem, q fuit per alium impetratum cum tamen fuisset. facit, quod notat Io.An.j.de priuile.c.si persona. in ver.causam præscribendi.lib.6. secus esset s'm Archi.in loco prælleg.& similiter Pau. & Ioan. de Ligna. in dicta clemen.& uidetur etiam sentire glo.in dicto c. apostolicæ. si aliquis putasset concessionem solam Episcopi sufficere sine consensu,eo casu quo requireret,q tūc erraret in iure:ideo nō pscriberet s'm pdicta.facit,qd notat.Io.And.in d.c.cum persona.an tamen in hoc vltimo possit aliter dici, tetigi.supra.in priuci.gloss.2. circa contrarium.c. cura. ¶ An autem vbi agitur de præscribendo intellectu priuilegii habentis ambiguitatem. & q potest plures intellectus habere, requiratur tempus.xl.annorum,videtur dicendum,quòd sic, per ea quæ leguntur,& notant supra.de consuetu.cum dilectus.& supra.co.auditus. & per iura etiam pdicta, q tale priuilegium dicatur præbere iustā causam pscribēdi scd'm alterū ex itellectibus q pñt colligi.facit,qd
20 notauit d. Ant.i plle.c.cū dilectus.¶ † Quis ait dicat bonęfidei possessor, dic, q ille q cogitatione dñi possidet,& sic purat se dñm.l.bonæfidei.ff.de ver.sig. & facit,qd notatur.s.eo.si diligēti.in gl.pe.¶ An aut bona fides psumatur dictū est.s.sed aduerte,q a pro opinione q hēr,q in dubio psumat, facit q a bona fides cō sistit in animo,& sic in conscientia,& ideo uideretur, q stādū sit dicto, & affectioni eius de cuius animo, & conscientia quæritur. per id, quod habetur. j. & notat per glo.in §.alie.institu.de actio.& in c.dilecto. xvj.q. iij.& in c.significasti.j.de homi. & sen. excōi. c. si uero,sed potes dicere,quòd illud procederet nisi psumptio esset in oppositum.per ea quæ habentur in l. siue possidetis.C.de probatio.& j.eo.c.1. in vj. sed, vt dixi superius præsumptio uidetur esse contra illum qui occupauit rem alterius sine titulo.l.fina.C.vnde vi.& ad
22 de ēt inquantum dixi.s.q † denuntiatio facta post cōtractum videtur inducere malam fidem, & impedire præscriptionē de iure canonico,sicut quando fit ante. bene facit,quod notat.glo.in l.vna. §. hoc tantummodo.C.de vsucapio.transfor. ¶ Et vt dixi uidetur procedere,quando per denuntiationē quis deducit in notitiā rei alienę:sed vbi nō deduceret certitudinaliter in notitiam rei alienę:tunc uideret posse sustineri distinctio gl.quā cōire sequuntur legistæ in l.penult.ff. pro empt.Nam si aliquis denuntiat alteri añ cōtractū ne talem rem emat a Titio:quia sua est ipsius denūtiātis: ex quo fit añ cōtractū,& ab illo qui habet ius denuntiandi:si causa est uera vr imputādū illi qui spernit denuntiationē,& nō inquirit de ueritate,& ideo, tūc in dubio inducit malā fidē in illū cui fit:si illa spreta pce dat ad contractum. & iste uidetur verus intellectus. l. si fundum.C.de rei vendi.quem videtur ibi sequi Cy. & etiam Dyn.in l.ij.ff.quod cum falso tu.au. & Bar.in l.nō solū.§.morte.ff.de ope.no.nū.in mā ptestationis in secunda specie probationis, quando fit protestatio ne aliquid fiat, & sub membro,quādo fit protestatione fiat,quod aliàs erat licitum.Sed vbi fit post contractū iā factū,tunc vr,q nō teneat sibi credere, ex quo iam processerat ad contractum, & ideo nisi aliter deducat in veram notitiam conscientiæ rei alienæ ex so la denuntiatione tali,quia dicat ipsum emptorē emisse rē q est ipsius denuntiantis non induceret mala fides,& sic possit intelligi,& saluari glo.in d.l. penul.ff.
23 pro empto.& p hæc sit expedita hæc secunda gl.¶ † Et adde inquantū tetigi.s.de præscrip.liberta. vrba.seruitu.q a potes dicere,q etiam in illa præsumitur bona fides ex eo,q a est præsumptio iuris pro pscribēte, cū qlibet præsumatur libera, vt superius est tactū.& pbatur in præallegata.l.altius.C.de serui. & sic eadem est ratio in præscriptione libertatis seruitutis vrbanæ, quæ est in præscriptione libertatis seruitutis rusticæ.& ideo quo ad hoc uidelicet respectu bonæ fidei præsumitur vtrobique idem esse dicendum, cum sit eadem ratio, argu.l.illud.ff.ad leg.aq.l.& supra.de trāsla.prael.c.ij. & de constitu.trāslato.¶ Licēt quo ad alia sit differentia inter pscriptionē libertatis seruitutis rusticę.q a primo nō pscribitur: nisi interueniente aliquo facto pscribētis.l.hæc autē iura.de serui.vrba.præ.secunda.l.seq.§. si uia. ff. de vsuca.¶ Item prima non procedit sine bona fide:secus in secunda quæ procedit etiam sine bona fide secundū leges.d.§.si viam.& nota.in l.si.ff.quē admo.serui.amit.& facit, quod no. in d.l. hæc autē.& in dicto.§.si viam.¶ Venio modo ad glos.penul.& pro
24 eius recitatione oppono.& vr,q imo † pscriptio. xxx. vel xl.annorum procedat cū mala fide.p ea q habētur in l.si quis emptionis.C.de præscript.xxx.an.nec videtur Papa potuisse derogare illi iuri laicorū. saltem in terris imperij.per id,quod habetur.j.qui fi.sint legi. in c.causam quæ.de iud.in c.nouit.gl. hic videtur rndere,q illa lex hodie sit correcta per hoc.c.& ptingat. ratione peccati cuius occasione Papa potuerit statuere super dicta præscriptione, & illam tollere, quia ōis causa ratione peccati saltem indirectē pertinet ad ecclesiam.& secundum hoc oīa iura ciuilia inquantū approbant præscriptionē cū mala fide hodie erūt correcta per hoc capitulum.& secundū istū intellectū illa verba posita in tex.ibi:tā canonica q ciuilia debent exponi.i.siue sit inducta de iure canonico: siue de iure ciuili. ¶ Sed aduerte,q a tangit gl. non vr q intentio Papæ fuerit,q voluerit præiudicare legibus in suo foro contentioso,sed potius voluisse quod id, quòd hic dr procedat de iure diuino in foro pœnitentiæ: quia laicus talem tem sine peccato detinere nō pōt.xiiij.q. vj.in c.j.& ad istum tex.secundū istū intellectū potest rndēri secūdū gl.vt exponatur dū dicit tam canonica, q ciuilis.i.siue sit de re spirituali, siue de re temporali inducta tamen a iure canonico. non autem debet intelligi secundū istum intellectum,qd velit ex toto corrigere leges loquētes de pscriptione cum mala fide in suo foro finaliter gl.tenet primū intellectū q fuit Ioā. videlicet q hic corrigat.d.l.licēt leges prædictæ certo respectu habuerint bonum respectum, nam aliud considerauit lex ciuilis, aliud lex canonica,lex enim ciuilis considerauit negligentiam non petentis, sed canō considerauit peccatum præscribentis, q non excusat negligentia non petentis, ideo merito fuit hic constitutū,q nulla valeat præscriptio canonica,vel ciuilis, q sine peccato mortali seruari nō pōt.& ideo in hoc potius

tius est standum canoni, vel legi. & per consequens p̄scribens non excusatur ratione legis ciuilis, quam voluit Cōcilium, seu Papa vna cum Cōcilio per hoc capitulum corrigere propter periculum animarum. dicit tamen gl. quod hoc non seruatur in foro seculari. & allegat ad prædicta simile de vsuris, quæ licèt olim permissæ essent per leges: tamen hodie omnino non tenent: & sunt illicitæ. j. de vsuris. c. quia in omnibus. cum ibi notatis, & hoc voluit gl. in effectu vsq; ad ver. & hoc constitutio. circa fi. gl. & per prædicta posset responderi quomodo lex ciuilis, quæ debet etiam esse rationabilis. j. dist. c. lex est. & iiij. dist. in c. erit autem. approbauit præscriptionem cum mala fide. nam pōt r̄nderi, q lex ciuilis solum habuit respectum ad finem publicum conseruandum. & ideo quia publice videbatur esse vtile negligentiam puniri, & admittere præscriptionem in odium negligentis, facit quod habetur s̄. eo. vigilanti. ne rerum dominia essent in incerto, & vt tolleretur materia litibus, facit quod habetur in l. j. ff. de vsucapionibus. & quod notat Ioan. And. in regula. possessor. in mercuria. de reg. iur. in vj. Sed lex canonica non tantū curauit de fine publico quantū de anima. & ideo cum peccato noluit permittere p̄scriptionem, nec peccatum excusat negligentia, non petētis, vt superius est dictum, & ideo reprobauit præscriptionem cum mala fide ratione peccati: & debet seruari etiam in foro seculari, & etiam in terris imperij: quia in materiam peccati lex succumbit canoni. vt hic innuit text. & etiam gloss. in ca. secundo. de regu. io vj. Vnde iudices seculares possunt compelli per censuram ecclesiasticam ad seruandum in hoc ius canonicum in quantum esset expediens, per ea, quæ habentur. in c. ij. j. c. in vj. & de iureiur. in ca. licet mulieres. eodem lib. licet ut dixit gloss. quandoque in aliquibus locis de facto admittatur p̄scriptio mala fide in foro seculari. præcipue, quando procedit a statuto loci: tamen de iure seruare non deberet, & super hoc etiam adiri posset iudex ecclesiasticus, vt faceret seruari ius canonicum: & dispositionem huius. c. etiam in foro seculari non obstante statuto. ¶ Et aduerte quia prædicta procedunt in p̄scriptionibus, in quibus interuenit possessio, vel quasi. licet Innocen. in c. cura. circa fi. j. de iure patro. videatur velle quod attendi debeat an allegans præscriptionem fundet se ex possessione: vt tunc procedat, qđ hic dicit: an vero ex negligētia nō petentis: vt tunc non habeat locum, quod hic dicitur, cuius opin. non videtur bona per hunc tex. qui simpliciter reprobat talem p̄scriptionem, quæ est cum mala fide. & ideo videtur quod qualitercunque præscribens velit se fundare: non debet audiri, cum talis præscriptio non fit absque peccato per hunc tex. & facit. quod dixi super glo. ii. circa contrarium. c. cura. vbi autem in præscriptione non requirat̄ possessio, vel quasi, sed procedat ex mera negligentia non petentis: vt cōtingit in præscriptione libertatis seruitutis rusticæ: & in præscriptione actionis personalis: tunc an procedat etiam hodie non obstante dispositione huius capi. est magis dubium, quia hoc casu non procedit præscriptio non ex terminis residentibus principaliter in persona quærentis ex præscriptione, prout contingit in casu præcedenti, quando interuenit possessio, vel quasi, quo casu: quia tunc acquirit, cum aooexione peccati, non præscribit: nec procedit præscriptiō per hoc capitulū, sed procedit præscriptio principaliter, ex terminis residentibus in p̄sona, eius contra quē præscribit, q̄ñ ex mera negligentia procedit præscriptio. Ideo vr̄, quod tunc talis p̄scriptio procedat etiā cum mala fide: quia videtur principaliter procedere ex eo, quia ex negligētia sua perdit præscribēs ius q habebat, nō autem ex eo, qa principaliter causetur ex acquisitione ipsius præscribentis, & ideo vt dixi, videtur quod in hoc casu non habeat locum istud capitulum, & hōc videtur fuisse de mente Innocen. in præallega. c. cura. circa finem. de iure patronatus, & istam partem etiam tenuit Barto. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. & in l. fina. ff. quemadmodum serui. amit. nam concludit in præallegato. §. si viam. quod capi. possessor. de regu. iur. in sexto. & similiter hoc capitulum non habet locum in debitore præscribente contra creditorem, & actionem personalem: mouetur, quia illa præscriptio non causatur a possessione: sed a mera negligentia oō petentis. l. omnis. & l. sicut. C. de præscriptione. xxx. annorum. & ideo non habet locum. c. possessor, quia vt patet ex uerbis dicti capi. quod loquit̄ in p̄scriptione quæ procedit a possessione patet: quia dicit possessor, & similiter non habet locum istud capitulum secundum eum ex eo, quia loquitur de præscriptione rerum: patet dum dicit in fine rei habeat, &c. & sic videtur loqui de præscriptione quæ procedit a possessione, non autem de præscriptione actionis personalis. Et p̄ hoc infert, quod si statuto cauetur, quòd si creditor nō petat debitum intra decem annos, cadat ab omni iure suo, quod tale statutum valet, & quia tunc tollitur ciuilis obligatio, & etiam in effectu naturalis per ea quę habentur in l. si quis postquam ff. de fideiussn. & per eundem in l. finali. ff. rem ratam haberi. dicit, quòd tutus erit debitor nedum in foro ciuili. sed etiam in foro ecclesiastico. secus autem dicit si statutum dicat, quòd si creditor non petierit debitum intra decennium non audiatur: quia tūc solum causat̄ quædā exceptio: & eliditur ciuilis non autem tollitur naturalis, facit, quod habetur in l. j. ff. ad velleia. & iō tūc illa naturalis per viam denunciationis euāgelicæ poterit deduci ad forum ecclesiasticum per id, quod notat Innocen. & Ioannes Andr. in capi. nouit. s̄. de iudi. & etiā ipse idem Bart. in extrauaganti ad reprimendum. in verbo denuntiationē. & hęc dixit sub dubio fortè in p̄allega. §. si viam. submittēdo se determinationi Sanctę Matris ecclesiæ, & theologorum. ipse tamen Bart. simpliciter videtur tenuisse dictam opinionem io dicta. l. fina. ff. quemadmod. serui. amitta. sed contrarium ipse videtur firmasse in l. omnes populi. in iij. q. principali. ff. de iusti. & iure. vbi expresse decidit, q statutum de quo. s̄. non valet quando dicit, quod si debitor non petierit intra decennium cadat a iure suo, quia tale statutum nutriret peccatū. & ideo nō valet per istū textum. & sic Bart. in hoc articulo videtur sibi fuisse contrarius. Ange. in dicto. §. si viam. dicit, q Bar. benè fecit se submittere sententiæ seu determinationi ecclesiæ, & theologorum: ex eo, quia canonistę t̄m eū: & similiter theologi determinant cōtrarium. & dicit, quod fuit quæstio disputata quā posuit Ioan. And. in mercu. sup dicto. c. possessor. sed certè Ioan. And. ibi non dicit aliquid expresse de p̄scriptione actionis personalis: sed simpliciter dicit, qđ iura ciuilia quæ dicunt possessorē male fidei posse p̄scribere sunt correcta per ius canonicū, sed benè est verum, qđ ipse idē Io. An. in c. ij. de exceptio. lib. vj. expresse hoc tangit. Et ibi concludit disputatum fuisse, quod tale statutum nō iuuet debitorē nec consequenter valeat. & idem etiā ibi tenebat dñs meus dominus Petrus de Ancha. & idē tenet ipse idē in regula. possessor. in vij. qō. sequens Bartol. io dicta. l. omnes populi. & Baldum in sua quæstione quæ incipit statuto ciui. ca. quod, & ita. j. allegat iste doctor. & vide per dominum Petrū de Anch. in sua repetitione. c. si propter. de rescrip. in vj. & plus dicit Angelus in dicto.

in d.§.si viam. quod non credit Barto. verum dixisse etiam de iure ciuili: ex eo qa illa decretalis.possessor male fidei.emanauit solum ratione eneruationis peccati:& similiter hoc capitulum, constat autem secūdū eum:& etiā scd̄m leges peccare,& in peccato nutriri illum qui se tuetur iniquo pręsidio præscriptionis, eo qđ habet malam fidem, tex.est singularis scd̄m eum in auth.vt ecclesia Romana.§.habeat itaque.collatio.ij.& per illum tex.dicit se defensasse multa arbitramēta.Nam multoties arbitratores, qui habent potestatē pronuntiandi scd̄m ueritatem,& æquitatem condemnauerūt reiecta exceptione præscriptionis teū cōuenuentum ad restitutionem possessionis, vel debiti. Et deinde petitur per condemnatum reduci laudum ad arbitrium boni viri. Nam dicit tale laudum non esse iniquum si de mala fide præscribentis possit doceri p istum tex.& præallegatū.c.possessor. aliàs esset secus, cum præscriptio tam de iure ciuili, q̄ canonico sit inducta,& approbata, qū est cū bona fide.vt patet in titulo de pręscriptionibus posito in iure ciuili,& etiā in iure canonico. Sed aduerte quia tex. in dicta authē.vt ecclesia Romana.videur potius facere contra Ange. nā ibi dr̄, ꝙ ecclesia Romana habeat priuilegium, qđ non possit quis se tueri contra eam iniquo pręsidio pręscriptionis: nisi sit præscriptio centum annorum: & sic inquantum concedit etiam cum mala fide præscriptio centum annorū contra ecclesiam facit contra eum. ¶ Item facit contra ipsum Angelum inquantū ille tex.vult in aliis esse secus, quàm ipsa ecclesia Romana: cum ius singulare, & priuilegium, non trahatur ad alios.j.de priuileg.sanè.& ff.de legi.l.ius singulare.& sic videtur approbare in alijs pręscriptionem, cū mala fide: ideo pro constanti potest tenere, quòd de iure ciuili ille tex.non reprobat opinio.Bar.& potissime, qa etiam tex. ille loquitur etiam in ignorante: patet maxime ex implicatiua etiā ibi posita dū litera dicit, ne tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur: & tamen ibi appellat iniquum pręsidium præscriptionis indifferenter etiam respectu ignorantis, sed forte Ang.voluit dicere ꝙ per illum textum probatur etiā de iure ciuili, ꝙ ille qui vtitur præsidio pręscriptionis, & habuit malā fidem, seu scientiam dicitur peccare, q̄q̄ lex ciuilis non appellat tale peccatum in alijs personis, quàm in ecclesia Romana, nec etiam in ecclesia Romana respectu præscriptionis centum annorū: qa lex ciuilis, quæ tendit in finem conseruationis societatis humanæ p̄pōderauit finem, seu bonum publicū, qđ orit̄ ex p̄scriptione: vt scilicet sit finis litiū, & dominia rerum non sint in incerto.l.j.ff.de vsucapio.propter, quę conseruatur ciuilis societas humanæ cōditionis,& proposuit prædicta peccato præscribētis, qa tollere peccatum in præscribente est solum rectificare interiorem actum hominis, seu conscientiam, non autem est rectificare actum exteriorem tendentem solum in finem conseruandæ societatis ciuilis, prout plene prosequitur Ioan. Andre.in dicta regula possessor.in iij.articulo.& ideo forte voluit Angel. dicere quòd ex quò lex ciuilis dicit talem peccare: licèt non simpliciter illo respectu prohibeat pręscriptionem: tamen ex quò in materia peccati prævalere debet ius canonicum iuri ciuili. iuxta notata per gloss.in dicta regula possessor. merito per illum text. in præalleg.authen.vt ecclesia Romana.videtur posse dici iunctis notatis per gl.in dicta regula.possessor. qđ opinio.Bar.non procedat.ipse autem Ange. in repetitione.l.j.ad fi.C.de iudi.idem tenuit scilicet, ꝙ opinio Bar.non procedat: mouetur ibi, quia licèt.c. possessor, videatur loqui in præscriptione quę procedit ex possessione: tamen capitulum istud videtur indistinctè hic loqui in quolibet male fidei præscribente. nam aliàs secundum eum istud capitulum fuisset superfluū: quia per alia iura istius tituli, & maximè per.c.vigilanti.§. eo.erat prouisum de præscriptione: quæ procedit ex possessione cū mala fide: sed certè huic rationi posset responderi, quòd istud capitulum nō fuit superfluum: quia licèt in dicto concordaret cum alijs capitulis: tñ satis est: quòd hic addit rationem quæ nō erat posita in alijs capitulis.per ea quæ habentur in l.ij.§. si quid tamen.C.de vete.iur.enu.& l.si quid prioris.C. de secū. nup. & per not.per Ioan. Andr.supra. in proœmio Grego.ex quibus patet: quod nō est absonū repetere aliàs dictum: dūmodo aliquid addatur.præterea nō videtur tolli ratio Bar.quam.s.tetigit Bal.in l.j.C. de serui. tenet similiter contra opinio.Bar.ex eo, quia negligentia non petentis non purgat malam conscientiam pręscribentis,& sic dicit etiam contra Barto.tenere communiter canonistas: & plus dicit in effectu non dicit quo ad hunc articulum.ipse tamen Bald.in quæstione sua quæ incipit.statuto cauetur, quod fenerator. videtur in effectu istud limitare: videlicet, ꝙ statutum permittens præscriptionem cum mala fide nō valeat nisi fiat ex causa: vt quia fiat contra personam odiosam: & contra quam ius præsumit, vt contra feneratorem, & ideo ibi decidit, ꝙ statutum disponēs, ꝙ fenerator post quinquenium non audiatur etiam super sorte valet, & tenet.& istud etiam sequebatur dñs meus dñs Pet. de Ancha.in repetitione regulæ possessor.circa finem de regulis iuris.in vj.contra istud tamen facit, quia licèt fenerator peccet fenerando seu mutuando sub vsuris, tamen debitor qui sortem vult retinere: & non soluit vsura ascendentes ad quantitatem sortis videt̄ peccare etiam non debet etiam quis in seipso peccatum committere, vt peccatum alterius puniatur, per id, quod plenè legitur, & notatur in text.& in gloss.in c. nerui.xiij.distin.& sic non videtur tuta prædicta decisio etiam in feneratione.dominus meus dominus Anto.in hoc capitulo concludit, quod si agitur de præscriptione actionis pœnalis tolerari potest, quòd præscriptio iuuet etiam scientem, quia in foro conscientiæ non teneretur quis ad pœnam, vt est textus singularis,& nota.coniuncta gloss.in c.fraternitatis.xij. quæstio.j.si autem loquimur de pręscriptione alterius actionis: tunc si debitor est ignorans, quia fortè fuit obligatus ex facto procuratoris non habentis speciale, mandatum: sed generale cum libera. facit, quod habetur in l.procurator totorum. & in l.procurator cui libera. ff.de procuratoribus. & infra.de procura. qui ad agendum.libr.vj.& quod habetur etiam in c.cura.infra. de iure patronatus.tunc procedat præscriptio, quia tunc est cum bona fide, & non cum mala. si autem sciebat se debitorem: tunc dicit, quòd non procedit præscriptio per hoc capitulum: quia ex quo scit se debitorē non est ex bona fide: sed potius ex mala.si vult acquirere commodum liberationis propter solam negligentiam non petentis alleg.text.in præallegata authen.vt ecclesia romana. & ideo reprobat opinionem Bart.positam in dicto.§.si viam. inquantum vult, quod valeat statutum disponens, quòd si creditor non petierit debitum infra decennium cadat a iure suo, & quòd virtute talis statuti procedat præscriptio: etiam cum mala fide.plus dicit hic do.Anto. quòd etiam quando statutum dicit, quod si debitum non petatur intra decē annos, quòd non debeat audiri creditor: quod tale statutum etiam non valet nec debet seruari etiam in foro ciuili:& ideo si conuentus excipiat de præscriptione virtute statuti poterit replicari, quòd non debet iu-

uari

uari ex tali ſtatuto: quia non valet ſtante diſpoſitione canonica illi contraria: ex quo nutrit peccatum: & ſic non debet tale ſtatutum ſeruari etiam in foro ciuili. per id, quod habetur in c. ſecundo. de exceptio. in vj. vnde ſcd̃m eum non erit neceſſe currere ad viam denuntiationis euangelicæ. de qua dixit Bar. in dicto. §. ſi viam, & ſuperius recitaui. & quod tale ſtatutum nõ valeat etiam. & idem ipſe Barto. tenuit in l. omnes populi. in ij. quæſtio. principali. ff. de iuſtitia, & iure. vt tangit hic do. Anto. & etiam ſuperius. & ſic patet, quòd in hoc articulo Barto. fuit ſibiipſi contrarius, & quòd communis opinio Modernorum eſt contra ſuam opinionem: vt patet ex prędictis. nam Ioan. Andr. in præallega. c. ſecundo. de exceptionibus. in vi. in nouel. tenet contra Barto. & ſimiliter ibi dominus meus dominus Petrus. ſimiliter Angelus in dicto. §. ſi viam. & in l. prima. C. de iudiciis. in repetitione. & ſimiliter Bald. in dicta. l. i. de ſerui. & etiã dominus Antonius in hoc capitulo. & ita etiam aliàs de facto conſului. ſed attende, quia dominus Anto. hic videtur facere differentiã. an a principio actio naſcatur duratura cum limitatione certi temporis: an verò a principio originaliter fuerit perpetua, ſed poſtea lex decurtet eius vitam, & hoc ſecundo caſu ſubdiſtinguit: quia aut decurtat vitam actionis ipſo iure, aut ope exceptionis, & videtur velle quod vbi a principio actio introducitur certę vitę, & ſic pœnalis, quod tunc procedat præſcriptio etiam cũ mala fide. ſecus videtur velle, quando a principio erat perpetua. & poſtea fuit eius vita limitata: quia ſecundum eum aliud eſt tollere iam data: aliud ab initio dare certo tempore limitatam: quia vltra tempus hoc ſecundo caſu non tollit lex actionem: ſed potius nõ dat. & ſecundum prædicta videretur, quòd cum actio furti pœnalis originaliter fuerit perpetua, vt patet ex his quæ habentur inſtitu. de perpe. & tempo. actio. in princi. & poſtea fuit tempore limitata per conſtitutionem capituli, vt patet ex his quæ habentur in dicto titu. inſtitu. de perpe. & temp. act. & l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcrip. xxx. anno. & l. j. C. de anna. except. quòd tunc non procederet præſcriptio in ſciente, quod non videtur verum, quia etiam tunc ſtat ratio quam. ſ. tetigi: videlicet, quòd in foro conſcientiæ non arctatur quis ad pœnam ſoluendam: vt patet ex his quæ habẽtur in d. c. fraternitatis. & ideo non puto dictam diſtinctionem procedere inquantum diſtinguit: an a principio, naſcatur actio tempore limitata: an vero a principio, & originaliter fuerit perpetua: ſed poſtea fuerit tempore limitata: ſed benè videtur poſſe tolerari diſtinctio inter actionem pœnalem, & non pœnalem: & in non pęnali inter ſcientem, & ignorantem. ¶ Item aduerte pro clariori intelligentia huius articuli. quòd per opi. Bart. poſitam in §. ſi viam. poſſunt plura allegari. primo, quia ſumus in materia correctoria. & per conſequens non videtur fienda extenſio per. l. præcipimus. C. de appella. & de ele. cum expediat. li. vj. & C. de reſta. l. ſancimꝰ. & ideo cum c. malæfidei poſſeſſor. de regu. iur. in vi. & iſtud capitulum veniant ad correctionem iuris ciuilis: & non videantur loqui in præſcriptione actionis perſonalis. prout deducit Bar. in d. §. ſi viam. & ſuperius tetigi. videtur, quòd in illa remaneat ius ciuile. Secundo pro hoc facit, & fortius, quia ille qui vult ſe tueri tali præſcriptione. hoc facit autoritate ſuperioris q̃ habet plenam poteſtatem diſponendi de temporalibus. l. bene a zenone. & l. omnes. C. de qua. præſcrip. & viij. diſtinc. in c. quo iure. & ideo cum ex cauſa introducat talem præſcriptionem in odium negligentis ꝓpter bonũ publicũ, ne dominia rerum in incerto ſint: & vt litium ſit finis. l. j. ff. de vſucap. videtur, quòd talis præſcribens quãtũcunq; fuerit ſciens, ſeu in mala fide poſſit ſalua conſcientia ſe defendere præſcriptione finita. & hoc expreſſe Inno. tenuit in c. cura. in glo. penul. j. de iure patro. vbi aperte in effectu hanc opi. Bar. videtur approbare. facit, quod not. per gloſſ. & docto. in l. fina. C. ſi contra ius, vel vtili. pu. & per Innoc. ſ. de conſtitu. quę in eccleſiarum. vbi patet, quod ex cauſa poteſt Papa, vel Imperator per ſuam legem tollere ius alterius, ipſe tamen Inn. contrarium videtur voluiſſe in c. quia plerique. de immu. eccleſia. in glo. magna. verſic. item qui tutus eſt. Aduerte tamen, quia poteſt dici, ꝙ ibi loquitur Inno. de pręſcriptione cum mala fide quæ procedit ex poſſeſſione, patet quia dicit, ꝙ per illam ſolum quæritur exceptio nõ autem dominium. vnde in præſcriptione actionis perſonalis videtur verius dictũ Inno. in c. cura. & maximè per id, quod ſubdit in d. c. quia plerique. in gloſſ. præallega. de tuto. exceptione mace. nam dicit, quod cum filiusfa. habeat dominium pecuniæ mutuatæ penes ſe: nihil poſſidet de alieno. & ideo cũ actiones ſint de iure ciuili. l. ij. §. deinde ex his. & §. omnium. ff. de origi. iur. debet eſſe tutus etiam in foro cõſcientiæ: ex quo datur ſibi exceptio cõtra actionem ab illo qui ipſam actionem introduxit, ſic igitur videtur dicendum in propoſito, nam debitor nihil poſſidet alienum: ergo debet poſſe ſe in foro conſcientiæ tueri: ſi a iure ciuili in odium negligentis ſibi tribuatᷣ exceptio. nam non videtur etiam interim peccare debitor: ex quò nil poſſidet alienum: ſi ab eo non petitur debitum. & ſic videtur ſuperuenire exceptio ipſo non exiſtente in peccato: licet ſciat ſe debitorem. & ſic videtur, quod procedat præſcriptio. Item pro opi. Barto. facit ſecundum dom. Anto. quia hoc caſu pręſcribens immediate non quęrit ex ſeq. ſed acquirit, quia ille cõtra quem præſcribitur perdit, ideo videtur, quòd poſſit præſcribere: aliàs videtur, quod ſequatur inconueniens videlicet, quòd non licite quis teneret rem alienam: ſeu quæ fuit aliena, quam dominus habuiſſet ꝓ derelicto. contra id, quod habetur. ff. de uſucapio. pro derelic. per totum. ¶ Item pro hoc facit: quia omnes actiones hodie ſunt temporales. l. ſicut, & l. omnes. C. de præſcript. xxx. anno. C. de anna. excep. & l. ij. C. de conſtit. pecu. ſed ſi tenemus contra opinio. Bar. tũc de iure canonico erunt omnes actiones perpetuę, quod uidetur in contrarium. contra opi. Barto. faciunt etiam plura. primo, quia licèt ſimus in materia correctoria: tamen ex quo ſumus in materia euitandi peccatum. & ſic ubi agitur de fauore animarum, uidetur quòd debeant uerba latè intelligi. per id, quod not. per gloſſ. & Bartol. in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. uendi. ubi Bart. expræſsè dicit: quod quia illa authẽtica eſt fauorabilis animæ. ut euitetur peccatũ periurij debent uerba eius latè intelligi, licèt corrigant. l. j. eo. ti. ¶ Vnde quod ibi dicitur de contractibus trahitur etiam ad contractus qui non ſunt ultro citroq; obligatorij qui tamen proprie non dicuntur contractus: ut eſt tex. cum gloſ. in l. labeo. §. contractum. ff. de uerbo. ſigni. & ibi etiam per Barto. unde trahitur etiam illa authentica ad contractum donationis: licèt non ſit ultrocitroq; obligatorius, ut ibi tangit glo. & Barto. & ideo licèt regula. poſſeſſor malefidei, loquatur in poſſeſſore. tamen uidetur trahenda ad poſſeſſorem iuris, nam & debitor latè dicetur poſſidere debitum, ut eſt text. in l. etiam. §. fi. ff. de peti. hęredi. & facit. l. quod ſi in diem. §. Iulia. eodem titu. & quod not. glo. in l. regulariter. ¶ Item iſtud loquitur in eo qui habet conſcientiam rei alienæ: ſed latè ſumpto vocabulo dicitur etiam res aliena q̃ eſt alteri debita, & mea, quæ eſt mihi debita, vt eſt tex. cum glo. in l. ſi me & Titium. ff. ſi cer. pet. in c. quid dicam.

dicam.xiiij.q.iiij. vbi creditor habens vsuram dicitur possidere alienum.& tamen constat, quod est dominus pecuniæ tradite pro vsura:licèt sit alteri debita, & veniat alteri restituenda.facit.c.si quid inuenisti. eadē causa.q.v.& per consequens satis videtur posse dici, ꝙ hoc capitulum etiam compræhendat casum nostrū, prætetea verbum rei hic positū est generale.l.j.ff. si certum.pet.& videtur compræhendere etiam rationem, facit, quod habetur instit.de rebus corpo. & incorpo. per totum.vnde debitor qui scit actionem contra se cōpetere,& actionem esse alterius,potest dici habere cōscientiam rei alienę lato sumpto vocabulo. & pro ista parte etiam facit:quia vbi exprimitur ratio in l.corrigete.trahitur etiam ad casum qui, potest cōpræhēdi sub lata significatione,si ratio sibi vendicat locum, vt est glo.singularis iuncta cum tex.in clemen.j.de elect. in ver. eligatur.& dixi plenè in l.si verò.§.de viro.ff. solu. matrimo.vbi plene examinaui materiā extensionis,& ideo videtur quòd.d.c.possessor male fidei. corrigitur per hoc capitulum : ex quò ratio concludit etiam in præscriptione actionis personalis corrigatur ius ciuile.¶ Aduerte tamen,quod potes considerare duos casus.nam aut debitor fuit interpellatus ab homine,aut a iure:aut nō fuit interpellatus. primo casu quado fuit interpellatus,& non soluit cū posset,quia erat in malafide.& in peccato non satisfaciendo. & tunc secure videtur tenenda hæc secunda pars contra opinionem Bar.& sic,quod non posset præscribere contra opinio. Barto.aut non soluit:quia non potest soluturus si posset,& tunc dicendum, vt statim dicetur in secundo casu quando non fuit interpellatus.in quo secundo casu uidetur posse dici, quòd aut non soluit,quia intendebat dilatare,& differre non soluturus etiam si peteret. & iste uidetur habere intentionem corruptam, & esse in peccato.ideo non uidetur posse præscribere,aut nō soluit:quia non potest,uel quia non interpellatur soluturus,tamen si interpellaretur,tunc iste non videt̄ prima facie esse in peccato.ideo uideretur posse dici, qđ hoc casu procedat præscriptio : tamen forte contrariū est uerius:ex quò scit se esse debitorem,& sic etiā sentiunt Moderni communiter. Nam ex quò scit se debitorem:& uult acceptare commodū liberationis ex tēpore,uidetur hoc non posse facere sine peccato,q̄a nō uidetur iustum, ꝙ propter negligentiam non petentis ipse talem exceptionem acquirat considerato,quod sibi pro fuit talis negligentia:quia interim habuit commoditatem pecuniæ debitæ:ut uidetur esse iniustū, ꝙ ex illa negligentia ex qua cōmodū percepit uelit exceptionem acquirere considerando bonā fidē, & cōsciētiam.argu.l.cum in fundo.§.qđ si mulier.ff. de iure dotiū,licèt ius ciuile considerauit conscientiā,si pro hac parte benè facit tex.in dicta authen.ut ecclesia Romana. ubi expresse innuit talem scientem se debitorem uolentem se defendere exceptione pręscriptionis peccare.loquitur enim ibi etiam de præscriptione contra actionem personalem: vt patet ibi in verbo maximè,in his in quibus læsionem sustinuerit dum subdit: vel aliquid debeatur iunctis glosselis ibi positis, & hanc partem credo veriorē per rationes superius allegatas, & per supradicta etiam satis patere potest responsio ad rationes in oppositum factas:quia licèt simus in materia correctoria:tamen quia sumus in materia peccati. & vbi agitur de fauore animæ verba debent latè sumi,& potissimè cum ratio sit expræssa in constitutione.¶ Itē non videtur esse iusta causa secundum bonam fidem, & bonam conscientiā tribuendi exceptionem scienti se esse debitorem propter meram negligentiā non petentis;imo potius esset nutrire peccatum,vt innuit tex. in dicta auth.vt ecclesia Romana.idéo non pōt per cōstitutionem hoc induci:vt patet in hoc tex. & per hoc potest dici,quòd cessat ratio Inno.in c.cura. de iure patrona.& quod not.in c. quæ in ecclesiarum. vnde errā dicebat do.Ant.hic:ꝙ quemadmodum lex arctat creditorem ad petendum si vult consequi sibi debitum. ita Deus arctat debitorem ad satisfaciendū. & ideo nō videtur absq; peccato posse pręscribere.allegat,quod habetur in dicta auth. vt ecclesia Romana. vnde in hoc articulo in effectu videtur tenenda conclusio.quam.s. dixi:quia aut loquimur in actione pœnali,aut in alia, & si in alia aut debitor sciuit aut ignorauit. & pro his quę.s.dixi bene facit,quia si incboata præscriptione superueniat emptori scientia rei alienæ,& sic mala fides per id,quod habetur in l. bonę fidei.ff.de verbo. signifi.& C.de fur.in l.apud antiquos. & facit, quod not.s. eo.in c.si diligenti.in glo.penul.vt patet in dicta regula.possessor.secūdum vnā lecturam.& tñ non peccat non restituendo rem:nisi sibi euincatur iudicialiter, ut sic conseruet ius sibi de euictione. iuxta ea quæ habent in l.antiqui natura. §.cum me absente.ff. de nego. gestis.ita eodem mòdo dicendum uidetur, quòd licèt debitor qui sciuit se debitorem:licèt non peccet si nō soluit qñ non est interpellatus paratus soluere si interpellaretur:tamē ex quò scit se debitorem.& sic quodammodo habet scientiam rei alienæ saltem tamen largo sumpto uocabulo:ut supra dixi:nī,qđ non pręscribat nec obst.his quæ.supra.dixi. id,ꝙ superius allegaui: uidelicet,ꝙ legistator possit tollere actionem quam ipse legislator introduxit,cū actio sit de iure ciuili.l.ij.ff. de origi.iuris,& eius est tollere cuius est inducere.ī.de regu.iur.c.j.& facit,ꝙ no.Inn.& Io.An.supra.de cōstitu. quæ in ecclesiarum.& sic uidetur,ꝙ debitor debet esse tutus qui uere non habet dominium rei alienæ cū fuerit in eum translatum.Nam potest respōderi,ꝙ legislator possit tollere actionem cum fuerit ab eo introducta:ut superius tetigi.tamen nō potest tollere quominus iustitia ministretur:cum illud sit secūdum ęquitatem, & rationem naturalem,& seruabat̄ etiam saltem manu regia ante aliquam introductionem actionis:ut patet in l.ij.§.post originē.ff.de orig.iur.& hoc ēt uoluit Inn.& Cōpost.& Io.An.post eos.in d.c.quæ in ecclesiarum.& fuit etiā dictum Guid. de suza.ut refert Cy. in l.fi.ad fi.C.si contra ius,uel utili.pu.& ideo si petatur per creditorem sibi iustitiam ministrari debebit sibi ministrare non obstante statuto,quādo debitor fuit sciens,nec obstat,quod notat Inn.in c. quia pleriq;.de filiosa.tuto.excep.macc.quem dicit nō posse effectualiter conuenire:q̄a nihil possidet alienum cum trāslatū fuerit in eum dñium pecuniæ mutuatæ, & autoritate superioris se tuetur per exceptionem: q̄a potest respōderi,ꝙ illud ibi contingit,quia non interuenit ibi simplex negligentia creditoris:sed potius delictū eius pręsumptum:q̄a præsumebatur,ꝙ induceret filiū ad occidēdum patrem:ut posset restituere pecuniā mutuatā. l.j.& ꝙ ibi not.ff.ad mace.facit,ꝙ no. Bart. in extraua. ad reprimendum.in uerbo.denun. & Bald. in auth.ad hæc.C.de usur.ideo nō fuit ęquum filiumfa.teneri ad restitutionē,forte tamē posset dici,ꝙ teneretur ad erogandū pauperibus,per ea quæ notatur Inn.in simili in d.c.quia pleriq;.de recipiēte salariū ultra debitū.¶ Itē etiam nō obst.supradictis id,quod habetur in d. auth. ut ecclesia Romana.ubi uidet̄ litera innuere,ꝙ etiā in ignorante dicatur esse improbitas,uel iniquitas si uelit uti præscriptione: quia illud debet intelligi quo ad ignorantantem.s.prima facie,ut ibi ēt innuit gl.ex eo uidelicet,q̄a talis præscriptio uidetur cōtra regulam, & ęquitatē naturalē,quę habet,ꝙ quis nō locupletē cū aliena

aliena iactura faciat.l.nam & natura.ff.de condi. inde bi.tamen in rei ueritate non est censenda improba, nec cum peccato in ignorante propter bonam fidem & propter bonum publicum.de quo in l.j.ff.de vsucapio.& per id,etiam quod ibi dixi post Iaco.de Rau. & Bar.& per id,quod etiam notat Ioan. Andr.in regula.
25 possessor.in mercuria.in ii.& in vi.articulo.¶†Et p p̄dicta etiam patere potest decisio quæstionis:si testator mandat executoribus datis in testamento per eum q̄ satisfaciat creditorib⁹ suis:an possit satisfacere illis cōtra quos erat præscriptum.nam videtur q̄ poterunt,& debebunt satisfacere illis contra quos præscripserit testator cum mala fide:secus si cum bona fide.per ea, q̄ superius sunt dicta.& hoc etiam tenuit Bal. in dicta disputatio.quę incipit.statuto cauetur.& secundum prædicta etiam debent intelligi,& limitari, q̄ tetigit Bar. in l.quibus diebus.§.dominus.ff.de condi.inde. & ibi dixi ,& in l.si is cui.§. flauius.ff.de solu.& in l. legaui.ff.de liber.le. nec obstat etiam prædictis ratio.q̄ tetigit do.Anto.quòd in actione etiam personali pręscribens non immediate q̄rit ex se si ex eo,q̄ ille cōtra quem præscribitur perdit propter eius negligentiā, & sic debet prescribere:quia aliàs sequeretur,q̄ non licite,quis teneret rem,q̄ fuit aliena habita p̄ derelicto nam pōt rńderi q̄ non valet ɔ̄ña, nec est eadem ratio: quia vbi res est habita pro derelicto in nullius bo.est: vnde tunc occupanti conceditur. facit, quod habetur in l.j.& ij.ff.pro derelic.& insti. de re.diui.§.1.& 2.& sic non dr̄ quis occupare rem alienam: secus autē est in casu proposito:vt patet ex superius dictis.Item etiā non obstat, quòd actio personalis erit perpetua boc casu:quia istud non videtur absurdū donec durat ma-
26 la fides ratione peccati euitandi per istū tex. ¶†Quid autem si statutum dicat, q̄ si debitum non petatur intra decem annos præsumatur contractus fictionis, & simulatus,& ex eo agi non possit.Bar.in d.l.omnes populi.in iii.q.principali.videtur velle,q̄ ualeat tale statutū , quia nō videtur excludere causam peccati.sed Ray. in repetitione illius legis vr̄ velle oppositum ex eo,quia illud statutum videtur esse factum in fraudem l.canonicę.& vt per viam indirectā nutriat peccatū. & ideo non debet valere per l. contra. & l. fraus.ff.de legi.& de regu.iur.certum lib.vi.& in regula.eum q̄ i vna via.eo.tit. & lib. & bene facit, quod habetur in l. Seius.& Augerius.ff.ad leg. falc. & istud videtur esse verius,nisi aliter vere doceatur de simulatione. nam aliàs de facili posset eludi dispositio huius ca.& regulæ,possessor malæfidei.¶Item aduerte, q̄a dixit Ang. in dicta repetitione.l.j.C.de iud. q̄ licet in foro ɔsciæ non possit quis se tueri p̄scriptione statuti: tñ sc̄dm eū in foro contentioso ciuili,& ecclesiastico tenebit statutū disponens,q̄ creditor cadat iure suo, si non petat intra decē annos:ex eo,quia ius ciuile potest impedire naturalē obligationē.l.si non sortem.in prin.cū ibi no.ff.de condi.inde.& l. cum lex.ff. de fideiusso. ¶ Itē pōt transferre obligationem naturalem in alium.l.ii. C.ad legem Iul.de vi in toto titu.de bo. damna.C.& ff.Item potest extinguere illud, quod est de iure gentium,vt libertatem.l.& in seruotum.ff.de statu.ho.& l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure. & ideo vr̄ q̄ statutum possit extinguere ciuilem , & naturalem obligationē in hoc casu.& debebit hoc in vtroq; foro tam ciuili, q̄ ecclesiastico seruari secundū eū,sed certe non credo eum bene dixisse in debitore sciente:q̄a tale statutū nō hēt in se iustam cām:imo nutriret peccatū:vt patet ex superius dictis,ideo non vr̄ valere respectu sciētis.nā non valet cōstitutio,aut lex si p̄ illa auferat̄ ius alterius absq; iusta causa,vt not.Innoc.in d.c. q̄a plerisq;.ad fi.& no. etiā per Bar.in prima cōstitutione ff. orū.& benè facit,quod habetur.iiij.dist.erit autem lex, & hoc etiam aperte tenuit Bald.in dicta auth.ad hęc. C.de vsur.vbi etiam plus dixit:quòd etiam si expresse statutum tollat naturalem,quòd tale statutū non valebit:q̄a nō pōt tollere naturalē iustitiā,& veritatē. arg. eorum q̄ habent̄ in l.j.& ij.ff.de vsufru.ea.rerū quę vsu cōsu.& l.eas.ff. de capi. dimi. vbi aūt expresse statutū non tollit naturalem tunc sc̄dm Bal. non tolletur per præscriptionē ipsa naturalis.facit, q̄ j. dicam tangit etiā Ang.in d.l.j.de iudi. an sciens semper dicatur habere malam fidem:& dicit,quod non:nā interdū sciens nō dicetur habere malam fidem:vt quando legis autoritate rem appræhendit.Exemplum patet in c.j.§. eod. & in l.generaliter.ff.de noxali.ideo dicit : q̄ tūc etiam de iure canonico procederet præscriptio. & hoc satis credo respectu dicti.c.j.§.eo.quia loquitur in rebus ecclesiasticis transferendis de vna persona ad aliam, in quibus Papa habet plenariā potestatē,vt in c.j.& ij.de pręben.in vj.& in cle.j ad fi.vt lit. penden. & iō autoritas Papæ.facit,quod notanit Io.An.In additio. Spe. in tit. de teste.§.nunc videndum.in versi.item oppono.& in c.significauit.sup̄ prima glo.j. de censi. sed respectu l.generaliter.ff.de noxali.est magis dubium : q̄a loquitur in rebus laicorum.tamen glo.etiam sentit idē , qd̄ Ang.in c.contingit.s̄.de dolo,& contuma.& facit etiā quod notatur in c.quoniam.§.penul.in verbo reserua ta.supra.vt lite non contesta.& sequitur etiam do.An. supra.eo.si diligeń.vbi etiam gl.videt̄ idē tenere in gl. penul.& assignat rationem do.Anto.quia in d.l.generaliter , cēsetur ille cui seruus est adiudicatus in actione noxali contra illum qui bona fide tenebat seruum habere etiam quodammodo causam a domino serui, eum & ipse dominus teneat̄,vel emēdare damnū, vel dare seruum pro noxali.instit.de noxa.§.i.& etiam patet ex his quæ habentur in d.l.generaliter.& ideo etiā sciens vsucapit.sed forte posset dici , quòd de iure canonico non procedit,q̄ habet̄ in d.l.& generaliter per hoc capitulū,& c.possessor male fidei.nam ex quo haber conscientiam rei alienę,& per cōsequēs est in mala fide:ut hic probatur videtur,q̄ nō possit pręscribere seu vsucapere p̄ istum tex.& pręalleg.c.possessor male fidei.cū loquat̄ indistinctè,& satis erit,q̄ in dicto casu: licèt nō p̄scriberet nō teneret̄ restituere nisi sibi dānū emēdare nec videtur procedere ratio dn̄i Anto. quia non potest dici,quod aliquam causam habeat a domino quo ad quærendum dominium ipsius serui:quia nihil actum est cum illo:nec etiam fuit in iudicio: & regula etiam,q̄ res inter alios acta alteri non nocet:licèt vt dixi verum sit dicere,q̄ non poterit recuperare nisi emendet damnū cōmuniter tñ docto.& glo. videntur transire,quòd in casu.d.l.& generaliter etiā sciēs de iure canonico vsucapiat seu præscribat:sed fortè de iure
27 canonico non procedit,per id,q̄ prędixi.¶†Item et attēde quia supra.tetigi de statuto disponente,quòd quis non audiatur si non petit debitum intra decem annos.nā pōt esse dubium an stante seu præsupposita validitate statuti,de quo tamen quid tenendū superius dixi si fuerit nihilominus auditus creditor teneat processus , & tenuit Bal.quod sic in præalleg. quæstione : qnia sc̄dm eū statutū in effectu videtur inducere exceptionē præscriptionis quę nō cōsueuit inualidare p̄cessum stāte aliàs habilitate personę : secus sc̄dm eum vbi statutū inhabilitat personā,vt quia dicit,q̄ bānitus nō audiatur.nam tūc saltem in aliquibus casibus quos ibi tangit erit processus nullus sequendo.vt ipse dicit Iac.de Are.in sua disputatione , de qua per Ioan. Andr. licèt ipse non alleget in additio.Spec. in tit.de sen.§. iuxta.

super

super versi.item , & nulla. & dixi etiam de materia in
l.j.§.j.ff.ad trebellia.& plenius etiam in l.quidam con-
sulebant.ff.de re iudicata.in §.vlti.quia tangit hic Bar.
iuxta finem per duas chartas,sed certè vbi statutum di
ceret cadat a debito,posset procedere,quod dicit Bald.
quod inducitur exceptio:sed quando dicit,qđ nō au-
diatur, uidet̃ quod dicatur inhabilitare personā sicut
etiam quando dicit bannitus non audiatur: vnde pos-
sent tres casus considerari,quia aut dicit cadat a debi-
to:aut dicit non audiatur,aut dicit non detur actio. ad
quod vltimum facit,quod habetur,in l.j.ff. ad velleia.
& in l.j.ff.ad macedo. & quid iuris dicendum in casi-
bus prædictis patere potest ex his quæ dixi in dicta.l.
j.§.j.ad trebellia.& in dicta.l.quidam consulebant. iō
hic non insisto. & adde an per illa verba cadat a iure
suo: an ipso iure perdat ius suum : an verò requiratur
sententia.recurrendum est ad notata in l.in criminali.
C.de iurisdi.om.iudi.per gloss.& docto. & in l. si quis
in tantam.C.vnde vi.& per gloss.in c. quam sit. de ele
ctio.in vj.& per glo.& Io.And.s̃.de foro compe. si dili
genti.& per Dynum,& Bart.in l.Imperatores.ff. de iu
re fi.quia si dicitur protinus,vel saltem , vel hoc ipso ,
vel similia verba.intelligitur,quòd ipso iure cadat ab-
sq; sententia,aliàs requireretur sententia ex quò non
est verbum præteriti temporis nisi de mente legis ap-
pareret aliter esse.& sic potest intelligi,quod no. glos.
in l.fi.C.de iure emphyteu. iunctis his quæ habentur
in c.potuit.de loca.ex quibus satis videtur esse de mē
te legis, quòd cadat ipso iure in casu d.l.finalis per ea
quæ habentur ibi.& per præallegatum.c. potuit. & in
l.secunda.C.de iure emphy.nam præallegatum.c.po-
tuit.ęquiparat ista duo videlicet vendere rē emphyteu
ticam domino irrequisito,& non soluere debitum ca-
28 nonem intra tempus debitum . vnde sicut † quando
non soluitur canon intra tempus debitum cadat ipso
iure emphyteuta a iure suo si dominus uoluerit.l.secū
da.C.de iure emphy.vnde potest dominus propria au
toritate ipsam rem emphyteuticā appræhēdere: ut no
tauit gl.in dicta.l.finali.& in c.potuit.præallega. ergo
eodem modo idem videtur dicendum,quādo emphy
teuta alienauit domino irrequisito : ut tunc etiam di-
catur cadere ipso iure a iure emphyteutico si domin⁹
uoluerit,vt voluit glossa in dicta.l.fin. C. de iure em-
phyteu.circa finem.cum ista duo ęquiparentur nō sol
uere canonem debitum intra tempus a iure statutum,
& alienare rem domino irrequisito, ut patet in præal-
lega. c. potuit . ¶ Pręterea maius uidetur esse delictū
alienare rem domino irrequisito in alium quàm sim-
pliciter non soluere canonem infra biennium in ec-
clesia,& infra triennium in priuato cadit emphyteuta
ipso iure a iure suo:ut patet in dicta.l.secunda.& dicto
c.potuit.ergo multofortius fuit de mente legis , quòd
caderet ipso iure a iure suo emphyteuta alienando si-
ne licentia domini.argu.auth.multomagis.C.de sacro
san.eccle.& quod habetur in c.eum in cunctis,in prin
ci.s̃.de electio.& ideo non mirandum,licèt litera sim-
pliciter in dicta.l.finali. C. de iure emphyteu. dixerit
cadat a iure suo:& non dixerit ipso iure.s.gl. nihilomi
nus.ibi:suppleuit scilicet ipso iure : quia sic videt̃ fuis-
se de mente legis,per ea quæ superius sunt dicta. & sic
saluetur illa gloss.vbi autem ex coniecturis non posset
percipi,ꝙ lex, vel statutum dum dicit cadat a iure suo
velit intelligere scilicet ipso iure. ¶ In dubio illud nō
intelligetur : tum quia non est verbum præteriti tem-
poris,sed futuri:tum quia in pœnis mitior interpræta
tio est sumenda.de regu.iur.in pœnis in vj.& l.si præ-
ses & l.interpretatione.ff.de pœnis,ideo tunc require
retur sententia per notata in l.in criminali.superius al

legata.& s̃.de foro competen.si diligenti.¶ Item adde
prædictis inquantum dixi opinionem Bartol. in §. si
viam.non procedere in sciente.nam hoc etiam tenuit
Baldus in dicta auth.ad hæc. C.de vsuris. in iiij.colū.
allegat rationem.quia fides promissionis fortius obli-
gat quàm sola possessio : vt patet ex his quæ habentur
instit.de actioni.§.i.vbi patet,ꝙ ille qui tenetur actio-
ne reali pro re quam possidet,nō dicitur propriè,& stri
ctè esse obligatus:sed lato sumpto vocabulo : secus in
obligato actione personali ; si ergo ipsa possessio cum
mala fide impedit præscriptionem : vt hic patet, ergo
multofortius impediet mala fides vbi quis ex bona fi-
de est obligatus secundum.l.contractus,& promissio-
nis,& ista ratio potuit sumi ex dictis Hostien. in sum-
ma de præscript.rei imo.§.qui res p̄scribi possunt . vbi
etiam videtur fortificare istam rationem.nam rei ven-
dicatio est actio stricti iuris , quia non numerata in §.
actionum.institu.de actio.nec in glos.in c.cum vene-
rabilis.supra. de exceptio. tamen secus est regulariter
in actionibus personalibus quā in realibus,& per con
sequens magis deberet nocere mala fides. Facit,quod
notatur in simili per legistas in l.eleganter.ff.de dona.
& infra.de emptio.& venditio.in c.cum dilecti.an ta-
29 men ista ratio ꝓcedat patebit ex infra.dicendis.¶ † Vn
de sciendum est,quòd Hosti.in loco præalleg.dixit no
tabiliter,quod in actionibus realibus non procedit p̄-
scriptio cum mala fide.& in hoc corriguntur iura ciui
lia secus in actionibus personalibus,quia in illis pro-
cedit præscriptio,& non corriguntur iura ciuilia,mo-
uetur ipse,quia in actionibus realibus præscriptio nō
procedit absq; possessione,& ideo si possessio sit cū ma
la fide,ex consequenter cum peccato: quia omne, qđ
non est ex fide peccatum est , vt hic dicitur in princi-
pio. Et ideo licèt ibi interueniat negligentia non petē
tis : tñ quia etiam interuenit peccatum præscribentis
canon præponderauit peccatum præscribentis cū ma-
la fide negligentia non petentis propter salutē animę,
& ideo canon præscriptionē prohibuit:sed in actioni-
bus personalibus p̄scriptio procedit ex mera negligē-
tia non petētis:ex eo,qa præscribens in actione perso
nali nil possidet alienum: quia in eū voluntate dñi est
translatum,vel est pœnes ipsum præscribentem:vt pa
tet in eo qui obligatus est actione personali ex mutuo
sibi facto,vel ex causa uenditionis sibi factæ pro certo
prætio.& ideo ex quò in actione personali non reperi
tur præscribens possidere alienum,non potest tunc di-
ci,ꝙ præscriptio procedat nisi ex negligentia nō petē-
tis non eñ videt peccare debitor nō soluēdo dūmodo
inuito creditore id non faciat:sed fortè paratus solue-
re si petatur,& multofortius si quis ignoraret se debi-
torem,& ideo dicit,quòd in actione personali proce-
dit præscriptio dummodo inuito creditore non recu-
set solutionem:qa tunc censeretur esse in mala fide:&
nullatenus p̄scriberet ꝑ hoc capitulū. & plus ēt ibi di-
cit,ꝙ licèt dies interpellet pro homine quo ad moram
cōmittēdā in c.potuit.de loca.& l.magnam.C. de cō-
trahē.stipulatio.tamen non interpellat ad faciendum
incurrere debitorem in peccato,saluo nisi iurasset per
c.debitores.supra.de iureiuran.quod est valde notabi
le dictum si est verum,tamen fortè de iure nō ꝓcedit,
qa sicut virtute iuramēti obligatur ad soluēdū ad diē
præfixam ex cōuentione partiū.ita etiā ex simplici cō
uentione per ea quæ habent̃ in c.j.supra.de pact.& sic
videt̃,ꝙ vtrobiq; peccet non seruando conuentionē ,
per ea quæ habentur in dicto. c.j.& xxij.q.v. iuramēti.
vbi non facit Deus differentiam inter simplicem lo-
quelam,& iuramentum,& ideo non videtur dictū Ho
stiē. procedere in eo,quod vltimo dixit.¶ Item atten-
de, quia

de quia contra dictam differentiam, quã ipſe facit In-
ter præſcriptionem actionis realis & perſonalis, ipſe al
legat, quod videtur non procedere, ex eo, quia fortius
obligatur, quis in actione perſonali, quàm in reali. in-
ſtitu. de actio. §. j. & ſ. dixi poſt Baldum. & ſic videtur ꝙ
mala fides fortius impediat præſcriptionem in actio-
ne perſonali, quàm in reali. Et præcipuè, quia actio rea
lis eſt ſtricti iuris: ſed perſonalia communiter ſunt bo
næ fidei: vt ſ. tetigi. & ſic exuberantior fides bona de-
beret interuenire in perſonalibus actionibus: & con-
ſequenter magis nocere mala fides. ſed ipſe reſpondet
ꝙ prædicta non habent obſtare: ex eo quia in realibus
actionibus quo ad præſcriptionem ipſarum requiritur
poſſeſſio. de regulus iuris. & ſine poſſeſſione. libr. vj.
ideo ſi illa habetur cum mala fide. & ſic cum peccato,
non procedit præſcriptio, & præcipuè quia, vt pluri-
mum conſueuit res aliena vſurpari contra domini vo
luntatem. facit. l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. ſed in actio
ne perſonali res deuenit ad debitorem, cum volunta-
te domini, & nihil poſſidet alienum: ſed quod ſuum
eſt. & ſic non eſt in peccato detinendo. & præcipuè:
quia ex quò creditor non petit ſecundum eum pôt ꝑ-
ſumere debitor, ꝙ non curat hr̃e, & qñ longiſſimo tẽ-
pore non petit pôt ſecundum eũ præſumere ꝙ velit
donare, vel facere ſibi in hoc gratiam. facit quod habe
tur in c. vnico. ĩ. de cõmoda. & ideo ſecundũ eũ æquũ
eſt præſcriptionem currere, quæ currit ex mera negli-
gentia non petentis abſque peccato præſcribentis: qa
etiam ſecundũ eum forte fuit obligatus propter tam
longum tempus. facit. l. peregre. ff. de acquiren. poſſeſ.
& videtur etiam eſſe æquum talem præſcriptionem
procedere: quia forte poteſt eſſe, quòd debitor reuera
ſoluerit: & ſatis poteſt eſſe veriſimile: ex quò tanto tẽ-
pore diſtulit creditor licèt forte non habeat paratas ꝓ
bationes de ſolutione, quia forte mortui ſunt teſtes ꝑ
quos poterat probare, vel forte perdidit inſtrumentũ
ſolutionis, vel forte ſoluit creditori nemine præſente
confiſus de eo: ideo ad tollendas huiuſmodi ambigui
tates: ſatis videtur fuiſſe iuſtum ſecundũ eũ, ꝙ dicta
præſcriptio in actionibus perſonalibus procedat, ꝙ di
cit procedere in actionibus mere perſonalibus, ſed in
ꝑſonalibus in rem ſcriptis, vel mixtis dixit idem, qđ
in realibus. & hæc eſt in effectu opi. ſua In loco præal
lega. quæ multũ eſt põderanda ex eo quia Hoſtiẽ. fuit
maximus canoniſta. ¶ Et conſueuit, vt plurimum ſe-
qui æquitatem canonicam, & reprehendere Inno. inni
tentem qũq; rigoroſitati iuris ciuilis. & ſic vides, ꝙ ori
ginaliter diſtinctio inter præſcriptionem actionis per-
ſonalis, & præſcriptionẽ actionis realis fuit Hoſ. in lo
co præalle. & videtur etiam fuiſſe originaliter Inn. in
c. cura. circa fin. de iure patrona. & facit etiam qđ ipſe
notat in c. quia plerique. in gl. magna. de immunita. ec
cleſia. in ver. qui tutus eſt, & verſi. ſecus. & verſi. item
qui tutus exceptione maced. & forte Bar. nõ vidit ſum
mam Hoſt. tamen in effectu vt videtis cõcordat in ea-
dem opinione. & quia non modice autoritatis eſt ipſe
Hoſt. non eſt hic articulus ſine dubitatione. & videreẽ
probabiliter poſſe hæc opinio defenſari. ¶ Tamẽ cre-
do ꝙ verior, & tutior ſit opinio contraria per ea quæ ſu
perius dixi. & potiſſime, quia licèt debitor ſtricte lo-
quendo non dicatur poſſidere alienum: ſed alteri de-
bitum, tamen latè ſumpto vocabulo ſatis dicitur poſ-
ſidere alienũ per ea quæ habẽtur. in l. ſi & me & Titiũ.
ff. ſi certum petatur. & per alia iura quæ ſuperius alle-
gaui. & ideo cum ſimus in materia peccati, & ẽt pecca
re dicaĩ vtens præſcriptione in actionibus perſonali-
bus. vt patet ex his, quæ hñr in auth. vt eccleſia Roma
na. & ſuperius dixi, & latè videantur ſumenda verba
ad tollendum materiam peccati, per ea quæ habentur
in authẽ. ſacramenta. C. ſi aduerſus venditio. & ſupe-
rius tetigi, & quia in dubio tutior via eſt eligenda, vbi
agitur de periculo animarum. ĩ. de ſponſalibus. iuue-
nis. ideo videtur amplectenda opinio communis mo
dernorum contra Barto. & Hoſt. & vt dixi ſic etiã aliàs
de facto conſului. licèt tunc non vidiſſem opinio. Ho
ſtien. & per hoc ſit expeditus iſte articulus. ¶ Redeo
ad gl. in fi. in ver. & hæc conſtitutio. & quæro cum gl.
An iſta conſtitutio trahatur ad præſcriptiones præteri
tas, reſpondet glo. ꝙ non, quia de eis nil dicit. ideo ſo-
lum trahetur ad futuras præſcriptiones per ea, quæ ha
bentur in c. vlti. vbi de materia. ſ. de conſtitutio. & cũ
glo. concordat Vincen. Goffred. & Philip. & dicebat
Vincen. quòd is qui iam præſcripſerat ante iſtam con
ſtitutionem conſuletur, ſi habet propoſitum non fa-
ciendi ſic deinceps, nec taliter præſcribendi: & de præ-
terita mala fide conterantur. Fatetur tamen quòd præ
ſcriptiones inchoatę, ſed nondum perfectę tempore
huius conſtitutionis fuerunt interruptę. Ioan. repro-
bat hanc opinionem inquantum gl. dicit quòd nõ tra
hitur ad præſcriptiones præteritas per ea quæ notanẽ
in præallega. c. vlti. de præſcriptionibus. & in c. cũ tu.
ĩ. de vſuris. nam hæc conſtitutio cum ſit fundata ſuꝑ
iure diuino: & ſic naturali, ne prima diſtinctio huma-
num genus debet comprehendere etiam præterita ꝑ
ea, quæ habentur in dictis iuribus. & præcipuè in di-
cto. c. cum tu. idem etiam tenet dom. Ant. ex eo, quia
iſta cõſtitutio eſt declaratoria, & declarat irrationabili
tatẽ legis ciuilis. ideo in dubio debet trahi ad præteri-
ta, ex quò aliud non dicitur per ea, quæ notantur in
c. j. de poſtulatione prælatorum. in vj. per glo. & ꝓ hoc
quia non potuit lex ciuilis præbere iuſtã cauſam præ-
ſcribendi legem Dei: licèt habuerit reſpectum ad finẽ
publicum conſeruationis ſocietatis humanæ, qui ce-
dere debet legi Dei tanquam ſuperiori. xj. q̃one. iij. Iu
lianus. & facit etiam quod ſuperius dixi cum gloſſ. &
ſic qđ lex, declaratoria in materia peccati trahatur ẽt
ad præterita. licèt aliud non dicat, quàm quod gl. hic
& aliqui tenuerunt contrarium, & nota bene per ea,
quæ ſuperius dixi, & per hæc ſit expedita hæc gloſſ.
¶ Venio ad glo. vltimam. & pro ipſius recitatione op-
pono: & videtur quod licèt in aliqua parte temporis
ille, qui præſcribit habeat conſcientiam rei alienæ.
non tamen noceat per ea, quæ habẽtur in cap. de quar
ta. ſupra. eodem. & c. ad aures. & infra eodem. c. j. in vj.
& quod notatur in c. vigilanti. per glo. hic autem in-
nuitur contrarium dum vniuerſaliter dicitur, quòd in
nulla parte temporis, quia oratio vniuerſalis falſifica-
tur etiam ex vno. ſupra. de maio. & obediẽ. ſolite. ad fi
nẽ. ff. de rebus dubijs. l. ſi is qui. §. verum. & facit, quod
notatur in l. a procuratore. C. mandati. & quod habeẽ
xix. diſtinctione. ſi Romanorum. hui⁹ timore facta eſt
gl. quæ dicit textum eſſe intelligendum, cum dicit in
nulla temporis parte: ſcilicet ipſius præſcriptionis: id
eſt dum durat ſeu pendet præſcriptio. & ſic ante eam
compleram: quia antequam compleatur in nulla par-
30 te temporis præſcriptio † debet habere conſcientiam
rei alienæ, & ita intelligatur hic. Facit etiam quod no.
per gl. in cap. poſſeſſor. de reg. iur. in vj. Vbi autẽ poſt
præſcriptionem completam quis ſciret rem alienam.
tunc nõ nocet: nec ideo dicitur eſſe in mala fide. & ſic
intelligantur contraria. & id quod notaĩ. ſupra eodẽ.
vigilanti. & ratio eſſe poteſt, qa vbi præſcriptio eſt cõ-
pleta translatum eſt dominium, in præſcribentem ꝑ
præſcriptionem. in auth. niſi tricẽnale. & ibi notaĩ. C.
de bo. mat. & l. ſi quis emptionis. circa principiũ. C. de
præſcriptio. xxx. annorũ. & facit quod habetur. xvi. q.
iij. in

ilij.In c. quicunqꝫ c.& in summa illius quæstionis. &
ideo nõ potest dici, quod sciat tunc rem esse alienã, li
cèt dici possit, ꝙ sciat rem fuisse alterius ante comple
tam præscriptionem. nam duo non possunt esse insoli
dum domini eiusdem rei eodem tempore. l. si vt cer-
to §. si duob⁹ vehiculum. ff. cõmo. & l. Põponius. §. sed
& eis. ff. de procuratoribus. & ideo cũ non dicat habe
re post completam præscriptionem conscientiam rei
alienę: quia scit eam esse suam, & non alienam. licèt
sciat eam fuisse alterius ante completam præscriptio-
nem: ideo non debet dici esse in mala fide. & ideo nõ
videtur teneri ad restitutionem, quia videt esse tutus
præscriptione. ex quò cum bona fide præscripsit ex au
toritate iuris ciuilis, & etiam canonici. vt patet ex his
quæ habentur in dicta. l. si quis emptionis. & in præal
lega. c. de quarta. & in alijs superius allegatis quę ratio
cessat quando ante completam præscriptionem sciret
rem alienam: q̃a tunc ex hoc esset in mala fide, & cõ
sequenter non posset complere præscriptionem per
id, quod habetur hic. & in regu. possessor malæfidei. li
cèt secus sit de iure ciuili, secundum quod sufficit bo
nã fidem a principio interuenisse, vt supra tetigi. & ꝓ
batur in l. vna. §. hoc tãtũmodo. C. de vsucapio. trans-
for. sed ius ciuile in hoc succũbit iuri canonico: quia
sum⁹ in materia peccati. vt notat in dicta regul. posses
sor. & dixi super glo. penulti. & facit, quod habetur in
præallegato. §. hoc tantummodo. per glo. licèt de iure
ciuili etiã quandoq; superueniens mala fides habeat
nocere quando cum mala fide superuenit etiam scien
tia vitij furtiuitatis secundum distinctionem. l. si an-
cillam. ff. pro suo. & notat Barto. in l. naturaliter. ff. de
vsucapionib⁹. Sed simpliciter mala fides superueniẽs
non nocet de iure ciuili· vt dixi, quod tamen corrigit
per ius canonicum per ea quæ supra dixi. & hoc casu,
quando superuenit mala fides ante completam præ-
scriptionem loquitur. c. vigilanti. supra. eod. & xxxiij.
q. ij. si virgo. vbi etiam de materia: ideo nimirum si tũc
mala fides nocet, vt dicitur in dictis iuribus. Secus, q̃n
est completa, quia tunc proprie non dicitur superue-
nire mala fides eum sciat tunc rem esse suam, licèt de
ueniat ad eius notitiam, quòd fuit aliena, & ideo non
debet sibi nocere ex quò legitimè acquisiuit. facit, q̃d
habetur in regu. factum legitimè. de regu. iuris. in vj.
quia aliàs capitula, & iura permittentia præscriptionẽ
seruirent nobis cum bona fide de verbis, & de vento,
quod non est dicendum, quia iura debent esse imposi
ta rebus non verbis. l. ij. C. commu. de leg. & de elec. c.
commissa. §. porrò. lib. vj. & hęc est cõis opinio legista
rum, & canonistarũ: uidelicet, ꝙ si ille qui præscripsit
bona fide post cõpletã præscriptionem sciat rẽ alteri⁹
fuisse, non teneatur ad restitutionem. & istam opinio.
sequitur glo. hic. & s̃. eod. vigilanti. & etiam Inno. hic
& Hostien. & Io. An. qui etiam hoc plene prosequitur
in præallega. regul. possessor. in mercuria. vlti. articu.
licèt ibi referat aliquos Theologos. & maximè Ray-
mũ. in summa sua de præscriptio. aliter dicere. Goffre.
tñ dicebat, ꝙ opinio Theologorũ est de cõsilio: sed de
necessitate consilium non obligat. xiiij. q. j. in c. ꝙ præ
cipitur, limitat tamen prædicta Hostiẽ. procedere nisi
fortè quis haberet consciẽtiam remordentem, vt quia
putaret omnino se teneri, licèt præscriptio fuerit com
pleta: q̃a tunc deberet sequi conscientiã. j̃. de simo. ꝑ
tuas. el. ij. Secus si conscientia cõformaret cũ opinio.
glo. & communiter doct. do. Anto. s̃. eo. vigilanti. dixit
hanc opinionem canonistarum, & legistarum proce-
dere in foro contentioso, vt in illo non arctet quis ad
restitutionem: sed in foro pœnitentiæ dicit procedere
opinio Theologorũ: videlicet, ꝙ teneat ad restitutio-
nẽ, & præcipuè, q̃n præscripsit contra illũ cui nõ pote
rat imputari negligentia, vt quia forte ignorauit cum
præscriptio etiam contra ignorantes procedat. l. fina.
C. de præscrip. longi temp. Mouetur, quia præscriptio
acquiritur cum dãno, & ĩniuria alterius, & cõtra natu
ralem æquitatẽ locupletat cũ alterius iactura contra
legẽ. nam natura. ff. de condi. indebi. & l. iure naturali.
ff. de regul. iuris. & j. de reg. iu. locupletari. li. vi. ¶ Et si
dicatur illud non est sine causa: quia causa acquirendi
fuit, vt puniatur negligentia eius cõtra quẽ præscribi-
tur, & vt dominia rerũ non sint in incertũ, & vt sit li-
tiũ finis. & sic propter bonum publicũ. l. j. ff. de vsuca.
dicit, ꝙ non videt talis causa sufficiens quo ad æquita
tem æqua lance mensurandam. ad finẽ, vt res mea mi
hi auferatur. & ideo in foro conscientiæ, & pœniten-
tiæ videtur, quòd teneatur quis ad restituẽdũ, vt dicũt
Theologi, & sic dicit se disputãdo tenuisse. ¶ Sed ad-
uerte, q̃a hæc opinio nõ videtur ꝓcedere, quia si in fo
ro pœnitẽtiæ obligaret ad restitutionẽ ex eo, q̃a sciret
rem alienã fuisse eodẽ modo deberet obligari in foro
contentioso si constaret similiter, quod sciret rem alie
nam fuisse. & sic illud, quod constat in foro pœniten-
tiæ per id, ꝙ habet in simili in c. cõsuluit. j̃. de vsuris. Et
ideo vr̃ ꝙ in neutro foro debeat cogi. nã si ratione pec
cati cogeretur in foro pœnitentiæ. videtur, ꝙ eodẽ mo
do, & eadem rõne si de eodẽ peccato cõstaret in fo-
ro cõtentioso, ꝙ debeat eodẽ modo cogi, quia corrigi
debet de peccato de quo cõstat etiã in foro contentio
so. per id, ꝙ habetur in præallega. c. cõsuluit. & s̃. de of
fi. ordi. in c. i. ideo hæc opinio non videretur ꝓcedere.
Innoc. in c. quia pleriq;. de immunita. ecclesi. in glos-
sa magna. in versicu. item qui tutus est. & versicu. &
secus est in aliis. videtur facere differentiam inter præ
scriptionem longi temporis: per quam cum titulo, &
bona fide nedum acquiritur exceptio. sed etiam ac-
quirit dominium: vt tunc licèt qui præscripsit post pre
scriptionem completam sciat rẽ alterius fuisse nõ no-
ceat sibi ex quo per præscriptionem acquisiuit domi-
nium, & inter præscriptionem longissimi temporis ꝑ
quam sc̃dm cum non quęritur dominium. sed sola ex
ceptio etiam si bona fide absq; titulo præscripserit. Et
ideo tunc licèt completa sit pręscriptio si superueniat
scientia rei alienæ tenetur ad restitutionem, quia tunc
nõ habet dominium penes se, & sic dominium est pe
nes alium. sed solam exceptionem acquisiuit. & ideo
quia habet conscientiam rei alienæ pro tanto tenetur
ad restitutionem. ¶ Sed aduerte, quia contra Innoc. fa
31 cit, quia videtur, quòd † per præscriptionem longissi-
mi temporis. & sic. xxx. anno. vel. xl. etiam sine titu. dũ
modo interueniat bona fides quæratur dominium. ꝑ
ea quæ habentur in d. authenti. nisi triennale. & in d.
l. si quis emptionis. vbi etiã patet, quod si cadat a pos-
sessione ille qui præscribit tali pręscriptione habet ius
illam vendicãdi, & recuperãdi. Sed potes saluare. Inn.
ꝙ licèt possessio deueniat ad tertium, & non ad domi
nium contra quem est præscriptum possit pręscribens
illam recuperare, vt dictis iuribus, non tamen põt illã
recuperare si possessio deueniat ad dominum contra
quem est præscriptum, vt patet ex his quæ habẽtur in
d. l. si quis emptionis circa finem principii cum ibi no
tatis. & sic non videtur plenariè, & etiam omni respe
ctu dominium quæsiuisse. ideo videtur, quòd tunc si
sciat rem fuisse alterius, quia illius respectu nõ habet
plenarium dominium: teneatur restituere. & hoc mo-
do videtur posse seruari opi. Innocẽ. & hoc de iure ci
uili seu inspecta dispositione iuris ciuilis iuncta di-
spositione iuris cano. sed inquantum ius canonicum
permittit præscriptionẽ quadraginta annorum cum
bona

bona fide,& fine titulo, vt quando non est ius cõmune, nec præsumptio contra præscribentem.j.eod.ca.j. in vj.quia illam simpliciter concedit, & sic videtur ẽt concedere contra antiquum dominium,& cum potestate agendi etiam contra illum, si ille q̃ præscripsit cadat ab actione videt;ꝙ tunc de iure canonico in tali ꝑscriptione non procederet dictum Innoc. ex quo non solum exceptio, sed etiam ius agendi, & consequẽter dominium esset simpliciter acquisitum, & sic etiam in hoc videtur sentire Io.And.in dicta regu.possessor. in vltimo articulo.Ang.in l.j.C.de iudicijs. in repetitione dixit, ꝙ quando per præscriptionem ius plenariè fuit quæsitum, ut in vsucapio.triennali,in rebus mobilibus tunc procedat glo.hic posita,& communis opinio, ꝙ non teneatur ad restõnem, nam per vsucapio. quæritur directum dominium vsucapienti . ut notat ꝑ gl.& legistas. in l.traditionibus.C. de pact.& in authen.nisi tricennale . Et facit, quod notat gloss.xvi.q. .4.in summa.vbi etiam glo.tractat, quæ sit differentia inter vsucapionem,& præscriptionem.& quæ requirantur ad vsucapionem, & quæ ad præscriptionem, & ꝑ quæ interrumpant, & q̃s ẽt sit effectus vsucapio.& ꝑscrip.& est bona gl.in materia præcipue pro canonistis,sed vbi nõ esset plene quæsitũ ius , ut cõtingit in præscriptione longi temporis per quam quæritur utile dominiũ,& non directum,tunc dicit,ꝙ ex quõ ille, q̃ præscripsit habet conscĩam directam dñium esse penes alium, ꝙ ipse non erit tutus in foro consciẽ, nisi restituat æstimationem saltem illius directi dominij, & sic quatenus vendi posset hoĩ scienti illius condõnem.l.mortis causa capimus.§.fin.cum ibi notatis ꝑ glo.& Bar.ff.de donatio.causa mortis . Sed certè non video , quòd illud directum dominium , quod remanet penès illum contra quem est præscriptum sit bene æstimabile ex eo,q̃a habens vtile quæsitum ꝑ præscriptionem præfertur habenti directum,siue excipiẽdo,siue agendo contra tertium,siue etiam contra antiquum dñm , vt patet ex his quæ habentur in d.l.si q̃s emptionis, & facit etiam quod notatur in dicta regula possessor in quarto,& sexto articulo. ideo videtur, ꝙ talis dominij non debeat haberi consideratio. & sic etiam uidetur,ꝙ fuerit de mente Innocen.in d.cap. q̃a pleriq;.in loco superius allegato.¶ Item dixit Ange.in d.l.j.ꝙ interdum per præscriptionem cum bona fide quæritur sola exceptio. ideo tunc si superueniret scientia completa præscriptione tenebitur ad restõnem in foro conscientiæ.¶ Exemplum ponit,quando q̃s est missus in possessionem in actione reali , & credebat rem esse suam.nam si tenet illam postea spatio. xxx.anno.erit tutus exceptione. sed quæret dominiũ secundum eum ex eo,quia illud non agebat quærere ex quo putabat se dominum.allegat notata. in l.j.C. vbi in rem actio.& ad hoc bene facit,licèt nõ alleget ꝙ supe.ius dixi post Inno.sed aduerte, quia potest dici, quòd etiam in casu prædicto acquirit dominiũ nedum exceptionem , ex quo autoritate sententiæ data est sibi possessio per ea, quæ habentur. in l.Pompo.§. si iussu. cum ibi notatis.ff.de acquirenda possessione. & quod ibi ẽc dixi,& quod notatur per gl.in §.fi.inst. de officio iudicis,in quibus patet,quòd si lata sit sentẽtia pro agente actione reali,& traditio sit facta autoritate sententiæ.licèt agens forte nõ fuerit dominus, sed putauerit se dominum , sed reus fuerit dominus nihilominus acquirit dominium.& si reus nõ erat dominus acquirit vsucapiendi condõnem,vt notatur in d.§.si iussu.Et sic idem uideretur dicendũ i proposito & uideretur ẽt sufficere tempus.x.annorũ inter pñtes . & xx.inter absentes . cum uideatur habere titulum autoritate sententiæ licèt interlocutoriæ.per id; quod habetur.in l.iuste.de acquirenda possessione, & facit , quod notatur per glo.in d.l.2.C.vbi in rem act. & quod notatur etiam per glo.in .x.quoniam frequẽter.§.penult.in verbo reseruata . Bald.vero in authen. ad hæc.C.de vsuris. in 4.colum.videtur facere differẽtiam inter præscriptionem actionis realis, & præscriptionem actionis personalis. in primo casu procedat opinio huius glo.& sequacium,& si hoc ex eo,q̃a per præscriptionem quæritur dominium per præscribentem , & sic transfertur dominium de eo contra quem præscribitur in præscribentem, ideo ex quõ res est facta præscribentis non tenetur restituere, licèt sciat eã fuisse alterius. Secus autẽ dicit in præscriptione actionis personalis ex eo , q̃a secundum eum per præscriptionem talem non liberatur quis totaliter ab obligatione.nam secundum eum per præscriptionem non tollitur naturalis obligatio ex eo,quia remanet vinculum naturalis æquitatis,& ideo ipsa conuentio ex q̃bus oritur naturalis obligatio quę est vinculũ,& conuentio prædicta uidentur esse perpetua. l.obligationum fere.§.placet.ff.de act.& obligat.& ideo non uidetur per pręscriptionem tolli ipsa naturalis , allegat etiam ad hoc , quod habetur . in l.at qui natura.ff.de negotijs gestis. & uult hoc procedere siue quis habuerit scientiam obligationis.& sic fuerit in mala fide:siue etiam non habuerit. & sic fuerit in bona fide:quia utrobique secundum eum durat naturalis obligatio etiam post pręscriptionem : quia per illa , ut dixi non tollitur secundum eum propter uinculum ęquitatis naturalis,& conuentionis , quod uĩ esse perpetuum, per ea quę habentur . in dicta.l.obligationum fere.§. placet.& ideo cum sciat se naturaliter obligatum , ẽt si scientia superueniat post pręscriptionem completam,uĩ quod teneatur ad restitutionem.per id , quod habetur.s.de pactis.c.j.nec obstat si dicatur,quòd ille contra quem præscribitur negligendo, videtur tacitè renuntiare iuri suo . per id,quod not.gloss. in l.si ego. ff.de negotijs gestis.quia secundum eum illud procedit,vbi agitur de iure quærendo. & ita loquitur dictũ gloss.& facit,quod habetur. in l.bonorum.ff. rem ratam haberi. Secus vbi agitur de iure acquisito: quia tunc secundum eum non videtur,ꝙ ille contra quem præscribitur dicatur consentire prout videtur notasse glo.in l.j.§.penulti.ff.de donatio.¶ Sed aduerte,q̃a istud vltimum non videtur simpliciter verum , quia etiam vbi agitur de iure acquisito perdendo : licèt nõ interueniat verus consensus.tamen videtur, quòd intelligatur interuenire præsumptus,vel interpretatus, aut fictus per tex.in l.alienationis.ff.de verbo.significat.& notauit etiam Ioan.And.in regul.possessor. in vlti.articu.Facit quod consueuit dici in simili de non appellante a sententia intra tempus debitum,quia ꝑsumitur consentire.l.ab eo.C.quomodo,& quãdo iudex.& j.de re iudicata.c. quod ad cõsultationẽ.¶ Præterea licèt de mero rigore non tollatur naturalis præscriptio, tamen videtur tolli eius effectus,per id,quod habetur in textu,& glo.in l.sicut. & l.omnes.C.de ꝑscriptione.xxx.annorum.vbi per præscriptionem dicitur ius esse extinctum.& pro hoc etiam, quia præscribens dicitur esse similis soluenti quo ad effectum.l.si pupillus alterum.ff.de administra.tuto. Et sic videtur ꝙ sicut per solutionem tollitur naturalis. institu.quibus modis tolli. natura. in princ.ita etiam videtur, ꝙ per præscriptionem quo ad effectum saltem tollaĩ naturalis:& pro hoc etiam faciat , q̃a post præscriptionẽ non potest accedere fideiussor.l.si q̃s postq̃.ff.de fide iussoribus,quod tamẽ deberet posse fieri , si remane-

ret naturalis cum effectu: quia etiam naturali obligationi tantum potest accedere fideiussor.l.j.& l. fideiussor obligari.ff.de fideiusso.Item etiam, quia solutum post præscriptionem repetitur iuxta ea, quæ habent. in l.finali.ff.rem ratam haberi.quod non esset,si remaneret naturalis, per ea, quæ habentur.in l.cum quis. C.de iuris.& facti ignorantia.& l.j.ff.de contradictione indebiti.& ĵ.de solu.in c.fina.& sic per prædictas leges non videtur procedere opinio Bald.quibus etiam ipse non respondet,nec congruè etiam videtur posse responderi.Et ideo videt,quod in actione personali,si præscriptio completa sit bona fide, licèt post præscriptionem completam quis habeat notitiam obligationis,tamen nõ teneatur ad restitutionem per rationes, & iura superius allegata,& per ea quæ notauit glos.ŝ. eodem.vigilanti.& Ioan.And.in d.regula possessor in vltimo articulo. & per prædicta videt quòd licèt post præscriptionem completam bona fide superueniat scientia rei alienę non tamen teneatur quis ad restitutionem etiam in foro pœnitentię, licèt aliqui contrarium tenuerint.¶ Et ex prędictis patet in hoc articulo plures fuisse opiniones.nam vna fuit, quod teneatur ad restitutionem habens conscientiam rei alienę pręscriptione completa,& ista fuit opinio Hugo.quã theologi videntur sequi.¶ Secunda fuit, quòd non teneatur ad restitutionem. & istam tenuit glossa hic, & supra eodem,vigilanti. & etiam tenuit illam Ioan. Philip.Goffred. Innocen.& Hostien.& est communis opinio legistarum, & canonistarum.¶ Tertia fuit Alani per quam videntur posse concordari opiniones:videlicet,vt distinguatur, an quis pręscripserit ex causa lucri,vt tũc habeat locum prima opinio, & opinio theologorũ,an vero ex causa onerosa,& tunc habeat locum secunda opinio canonistarum, vt tetigit gloss.in prçallegato.cap.vigilanti. vbi posuit tres opiniones prędictas.& facit pro ista tertia, quod habetur in l.fina.ŝ.licentiam in ratione sui.C.de iure deliberand.vbi magis fauetur tractanti de damno, quàm de lucro, sed istam opinionem reprobat Hostien.& Ioã. And.per ca.apostolicę.ĵ.de donatio.& per l.penulti. C.de pręscriptione longi tempo.in quibus simpliciter videtur approbari etiam pręscriptio procedens ex causa lucratiua.Sed posses dicere, quòd ibi approbatur quo ad ius excipiendi: non autem simpliciter, sed ista responsio non videtur bona,per ea,quę habētur. in l.locus.ff.de acquiren.possess.vbi etiam quo ad potestatem acquirendi rem per prescriptionem ęquiparatur pręscriptio ex causa lucratiua,& ex causa onerosa.¶ Quarta fuit opinio quę colligitur ex dictis Innocen.in c.quia plerique.in glo.magna. in versi.item qui tutus est.& ver.secus,vt distinguatur inter pręscriptionem longi temporis, & pręscriptionem longissimi.de qua dixi. supra,& adde inquantum dixi, ꝙ pręscriptio longissimi temporis quadraginta annorum cum bona fide etiam sine titulo de iure canonico idē operatur, quòd pręscriptio longi temporis cũ titulo, & bona fide de iure ciuili. nam hoc expresse tenuit Hostien.in summa.de præscriptio.rerum immobiliũ. ŝ.quis sit effectus.¶ Quinta fuit opinio quam tetigit dom. Anto.ŝ.eod.vigilanti.& tenent aliqui theologi, scilicet, quod fiat differentia inter forum contentiosum,& forum pœnitētiale.¶ Sexta fuit opinio Ang. quam posuit.in l.prima.C.de iudicijs.vt distinguatur, an per pręscriptionem quęratur dominium directum an vero solum vtile.¶ Septima fuit Bal.in dicta auth. ad hęc, vt distinguatur inter pręscriptionem actionis personalis,& pręscriptionem actionis realis, quę non videtur bona, vt superius dixi.& licèt Bald.dicat in dicta authen.ad hæc.Bar.tenere per præscriptionem nõ tolli naturalem in extrauaganti ad reprimen.in verbo denun.non videtur illud verum,quia non simpliciter illud dicit secundum illam distinctionem quam posui.in l.fina.ff.rem ratam haberi .& licèt etiam dicat doctores hoc cõmuniter tenere. tamen hoc etiam nõ videtur per ea quæ notauit Barto.in dicta.l.fina. Et facit etiam quod notatur in Specu.de præscriptio.ŝ.j.licèt Speculator aliqualiter ambiguè videatur ibi loqui.¶ Item etiam aduerte, quia ibi statutum dicit, quòd si non petatur debitum infra decennium cadat creditor a debito, videtur tunc velle tollere effectum naturalis obligationis,quia videntur respicere substãtiam debiti.facit,quod habetur. in l.omnes.C.de præscriptio.triginta annorum. dum dicit ius debiti extingui per præscriptionem. & sic etiam voluit Bart.in d. ŝ.si viam.licèt Bald.velit contrarium in dicta authen.
32 ad hæc.¶ †An tamen ipso iure cadat a debito,an vero requiratur sententia pendet ex his quæ tetigi superius. Vbi autem statutum dicit non audiatur lapso decennio,vel non detur actio, vel petitio, tunc videtur induci exceptio, & non videtur respicere substantiã debiti. ideo tunc videtur durare naturalis. vt voluit Barto.in ŝ.si viam. plus tamen dixit Bald.in dicta authen.ad hæc, quòd etiam expresse statutum nõ posset tollere naturalem,quod non videtur verum, vt superius tetigi,& ad materiam.facit,quod not.xxxiiij.q.2. si virgo.& xiij.qõ.vj.c.j.& de materia per Hostien.in summa,de præscriptione rerum immo.ŝ.quæ exiguntur.sub.ŝ.verum. versi.sed quid si iam completa præscriptione, vbi etiam recitat opiniones positas per gl. ŝ.eodem.vigilanti.& vt dixi cõmunis opinio canonistarum videtur esse verior per rationes,& iura allegata.in glo.in d.c.vigilanti.per Hostien.in summa,in loco præallegato,& per Ioan. An.in regula.possessor,in vltimo articulo, & per hæc est expedita ista quæstio. ¶ Sed aduerte,quia Bald.in dicta authen.ad hæc.tetigit, an per præscriptionem tollatur naturalis obligatio descendens ex delicto,& dicit primo videndũ, an intelligatur inesse naturalis obligatio in delictis.nam primo videtur ꝙ sic, per ea quæ habentur in l.non solũ.ŝ.j.ff.de iniurijs. vbi litera dicit actionem iniuriarũ quæ est ex delicto esse ex bono,& æquo,& sic ex æquitate naturali, & per consequēs videtur quod in ea sit obligatio naturalis. ad idem etiam facit,quod habet. in authen.de non alie.aut permutan.ŝ.quia vero leonis.collatione secunda. vbi sic periculi amatores &c. nam innuit sibi consensum esse delinquentis, ad idē etiam quod habetur in tex.& gl.in l.prima.ŝ.bestias. ff.depo.pto ista parte, videtur esse tex.cum gloss.in l. seruus.ff. de his qui no.infam. vbi gloss.dicit seruum naturaliter obligari ex delicto,idem etiam voluit glo. in l.in de Neratius.ŝ.fina.ff.ad legem Aquil.contrarium videtur voluisse expresse gloss.institu.de iure naturali.ŝ.ius autem gentium. in verbo penę.concludit dici posse,ꝙ aut quæritur de obligatione naturali quę oritur ex æquitate iurisgentium. Facit quod habetur. in l.j.ŝ.fina.pro socio. & l.ex hoc iure, & quod notauit Barto.in l.Iulianus.ff.de conditio.indebi.& tunc bene dicitur talis obligatio naturalis in eo iure, quia ratio naturalis,seu iurisgentium suadet materialia puniri.& bonum,& æquum esse,uidetur quod puniantur.l.ita uulneratus.ff. ad l.Aquil.ĵ.de senten.excõm. ut famę.l.licitatio.ŝ.quod illicitè.ff. de publi.& facit, quod hr̄. in l.non solum.ŝ.j.& quod ibi etiam notat per Bar.¶ Aut loquimur de obligatione naturali strictè sumpta,put puenit ex consensu.Et ista nõ dr̄ inesse in maleficijs, qa non consentit, quis obligari. & etiam

etiam secundum Bal. licèt offendens cõsentiat ostendere, tñ offensus non consentit offendi. & iõ non põt dici naturalis ex consensu. Sed certe posset dici, quòd licèt offensus non cõsentiat offendi. tamen verisimiliter consentit sibi acquiri obligationem, si offendit, & licèt offendens expresse non consentiat puniri. nec etiam est verisimile, quòd velit puniri. tamẽ potest dici, quòd interpretatiue. ex quo offendit, & deliquit, & sic vult offendere, & delinquere, & sic per legẽ dispositum esse talem puniri in consequentiã, & interpretatiuæ potest dici, quòd eoipso, ꝙ deliquit, & consentit delinquere in consequentiã intelligitur consentire, vt puniatur. Facit quod habetur. in d. §. qa verò leo nis, & in dicto. §. bestias. & quod no. de obligatione naturali ficta, seu interpretata ex consensu interpretato, quando quis non appellat a sententia. vt in l. ab eo. C. quomodo, & quando iudex. & sic videt posse concludi, ꝙ in maleficiis indubitanter idest obligatio naturalis præcedens ex æquitate iurisgentium. ¶ Itẽ potest dici, ꝙ licèt non sit naturalis ex vero consensu, tamen sit naturalis ex ficto consensu, seu interpretato consensu. & per prædicta possunt concordari gl. s. allegatæ. licèt videantur contrariæ, & ad id, quod dixi de æquitate iurisgentium. facit etiam, quod habetur.
33 in l. bona fides. ff. depositi. ¶ † Redeundo ad quæstionem, an per præscriptionem tollatur naturalis in maleficiis. concludit Bal. ꝙ si est actio pœnalis, tunc tollatur obligatio naturalis pro illa competens, qa pœna solam duritiem continere videtur. facit, quod habetur. in l. si seruus ea. l. ff. de ser. expor. & quod habetur. in l. sed si vnius. §. si ante. ff. de iniurijs. & in c. fraternitatis. xij. q. 2. in glo. & ex isto dicto potuit sumi quod dixi secundum dom. Ant. supra, cum glo. penul. de pręscrip. ac. pena. licèt fortè domi. Ant. non viderit hoc dictum. Si vero obligatio descendens ex maleficio cõpetat restitutionem rei non ad pœnam. & tunc non tolletur naturalis secundum eum, sed tn potes dicere, ꝙ licèt non tollatur ipso iure, tamen tollitur quo ad effectum saltem in bona fide præscriben. per ea, quæ habentur. in l. omnes. & l. sicut. de pręscriptio. xxx. anno. & l. j. de anna. exceptio. ¶ Tangit etiam ibi, quid in obligatione pœnali ex conuentione, vel ex præcepto iudicis facto causa cognita. Ad primum facit, qđ legitur, & notatur. s. de arbitris. dilecti. Ad secundum quod notauit Inno. j. qui matri. accu. pos. c. cũ in tua. ¶ Concludit ꝙ quatenus est mera pœna potest dici ꝙ tollatur obligatio per præscriptionem. secus quatenus non est mera pœna. Sed istud vltimum, vt dixi nõ videtur procedere in bona fide pręscribente, quia videtur tolli quo ad effectum. per ea, quæ superius dixi, & videretur, ꝙ vbi tollitur quo ad effectum non possit pro tali naturali practicari via denuntiationis euangelicæ, vt etiam voluit Bar. in dicta extrauagan. ad reprimen. licèt Bal. aliter videatur loqui in dicta authen ti. ad hæc. tangit etiam quid in actione redhibitoria, an per præscriptionem tollatur naturalis, & concludit ꝙ sic, quia per præscriptionem firmatur cõtractus præambulus ex consensu initus. & no. bene hoc dictum, quia actio redhibitoria tollitur spatio sex mensium. l. cum sex. ff. de edi. edic. & sic est temporalis sui natura, & tamen dicit, ꝙ per præscriptionem tollit naturalis, contrarium expresse tenuit Bar. in l. fi. ff. rem ratam haberi. & Guil. in l. at qui natura. ff. de neg. gef. & facit ẽt quod ibi notatur per glo. sed dictum Bald. verius videt per ea, quæ habentur. in l. si qs postq̃. ff. de fideiuß. & tetigi super glo. penul. tangit etiam ibi quid si pupillus præscribat, qui non censetur esse in mala fide, nec habere scientiam, cum eius ætas ignoret, quod videt. l. j. ad finẽ. C. de fal. mo. an si tutor sciat impediatur præscriptio, & finaliter videtur concludere, ꝙ non impediat, qa debet attendi, an ipse pscribens, sit in mala fide, & sic in peccato. per ea. quę leguntur, & notãtur. supra de iud. nouit. tangit etiam qđ de successore vniuersali, an ei noceat mala fides defuncti. Et concludit, ꝙ sic per c. nouit. de iud. vbi successor in Regno conueniebat p viã denuntiationis ex facto pdecessoris. ¶ Item ẽt, qa mala fides autoris obligauit eũ ad restitutionẽ. & per cõsequẽs descẽdit obligatio in successorẽ. licèt nõ sit malæ fidei, sicut ẽt hæres vsurarij tenet ad restõnẽ. licèt ipse hæres nõ sit vsurarius sacit, quod habetur. j. de sepultur. parochiano. & de hoc ẽt tetigi, cum gl. a. seu super ea tangit etiã ibi, an illud, quod retinetur per fal. in foro conscientię possit retineri. Et similiter, an illud quod qs consecutus est autoritate iniquę, & iniustę sententię possit qs in foro conscientię retinere. & in effectu sequitur id quod tenuit Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo denuntia. & Innocen. in c. qa pleritque. j. de immun. ecclesia. & aliqua & alia tangit in materia denuntia. & qa sępe forus conscientię, videtur contradicere foro contentioso. vt in fallen. retinenda, vel non. & in testamẽto minus solenni, & in obtinente per sñiam iniustã. & in tutore per macedo. & in simili. quid tunc sit seruãdum, & similiter in præscriptione de qua superius dixi: & an quis debeat omnino sequi conscientiã de prædictis, & pluribus alijs tetigit Innocen. in dicto. c. quia plerique. vbi etiam per dom. Anto. & per Bald. in dicta autben. ad hæc. & etiam in quæstione superius allegata. quæ incipit. statuto caueiur, ꝙ fœnetator. & aliqđ etiam per Innocen. in ca. sicut. de electio. & per Bar. in dicta extrauan. ad reprimen. in verbo denuntia. & plenius per do. meum do. Pet. de Anchar. in dicta regu. possessor malæ fidei. vbi latius quam alius ptractauit istam materiam, an autem in omnibus perfectè dixerit ad præsens non examino. ¶ † An autem
34 a per præscriptionem queratur dominium. [a] & an quæratur directum, vel vtile, fuerunt opinio. de quibus per legistas. in authen. nisi tricenale. C. de bon. maternis. & in corpore, vnde sumitur. videlicet in auth. de nup. §. si vero oportet. circa finem. §. & in l. si quis emptio. C. de præscriptio. xxx. anno. & aliquid. in l. traditionibus. C. de pact. & per canu. tangitur per gloss. xvj. q. 3. in summa. & per Hostien. in summa. de vsuris. in §. quis sit effectus, & de præscriptio. rerum immobilium. in §. quis sit effectus. Et per Ioan. Andr. in regula. possessor. in quarto articulo communiter tenetur, quod per vsucapionẽ. triennij quæ procedit cũ titulo, & bona fide in rebus mobilibus quæritur dominium directum, sed per pręscriptionem longi temporis, quę habet locum de iure ciuili in rebus immobilibus cum bona fide, & titulo, & perficitur spatio. x. ann. inter pręsentes. & xx. inter absentes. l. fi. C. de pscriptio. longi temporis. quæritur domiuium vtile nõ directum, per ea, quæ habentur. in l. si quis emptio. nis. in princip. præallegata. & quæ habentur. in l. j. in fin. cum ibi notatis etiam per Barto. ff. de aqua plu. arcend. & nota. etiam de materia. ff. de vsuris. l. j. & etiã idem videtur de præscriptione longissimi. xxx. annor. quando procedit sit cum bona fide. licèt sine titulo. vt in d. auth. nisi tricennalis. & in corpore vnde sumitur. licèt non videat habere effectum contra dominũ antiquum si possessio reuertatur ad eum sine vitio, vt patet in d. l. si quis emptionis. si autem mala fides interuenisset, tunc solam exceptionem quærebat de iure ciuili. vt d. l. si quis emptionis. quod hodie est correctum per hoc. c. quia propter malam fidem non quæritur

[a] Dñium, an acquiratur per pr[æ]scriptionẽ, vide dom. per A[nt.] in cõs. [..] in iij. colũ volo [..] ponit, an [..] sumat [..] na fides vbi est titulo. & in c[..] xxj. in & in 4. ro..

titur etiam exceptio.¶ In præscriptione autem, an q̃ procedit etiam cum bona fide iure canonico, dũmodo non sit præsumptio secundum ius cõmune contra præscribentem acquiritur dominium eo modo quo quæritur de iure ciuili per præscriptionem longi temporis. vt voluit Hostien.in summa, de præscriptione rerum immobilium.§.quis sit effectus. & etiam superius tetigi. Aliqui tamen dixerunt, ꝙ etiã per præscriptionem longi temporis, & longissimi quæritur directum dominium prout dicit mag.gl.vt notatur in dicta authen.nisi. & dicta.l.si quis emptionis. & etiam in summa.xvj.q.iij.sed præcedens opinio magis communiter tenetur, licèt Pe.teneat opi.secundam, vt refert Cy.in dicta auth.nisi, quam tenet Bar.& citramõtani no.sequuntur. Bald.tamen ibi voluit concordare opinio.quia si præscribitur contra scientem, tunc quęretur dominium directum.quia censetur dominus cõtra quem præscribitur consentire, ex quo scit, & tacet, & negligit recuperare. Facit, quod habetur. in l.alienationis.ff.de verbo.signi. Sed vbi præscriberetur cõtra ignorantem. tunc quæratur vtile, quia ibi non vr̃ esse tacitus consensus, de quo prædixi, ex quo ignorat, & videtur hæc opinio prima facie colorata, tamen contra illam facit textus. in l.fina.C.de præscrip.longi tempo.ad fin.vbi dicit non fiendam differentiam, an præscribatur contra ignorantem, an vero contra sciẽtem, & pro hoc etiam, quia lex si quis emptionis. non facit etiam hanc differentiam, sed simpliciter dicit, quòd si aliquis præscripserit longo tempore, si agatur contra eum per dñm antiquũ potes se exceptione tueri, & sic innuit, ꝙ de mero iure cõpetat actio antiquo dño, & per consequens remanserit dictũ dñiũ penès eum, euidentior tamen ratio est acquirendi dominium per præscriptionem quãdo sciuit ille contra quem præscribebatur. vt etiam voluit Io.An.in regula.possessor.in vltimo articulo. ¶ Sed hic est aduertendum, quia potest esse dubium, an eo casu quo præscriptum est contra ignorantem possit sibi aliquo remedio subueniri. Bar.multum notabiliter dixit, quòd q̃a per restitutionem in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur de qua in l.prima. ad fi.ff.ex qui.cau.maio.& ita dicit ipse.in l.prima.§.si q̃s autem propter. coniuncta glo.ff.de iti.actuq; priua.& per hoc etiam videtur esse glossa coniuncta cum textu.in l.si partem.§.j.ff.quemadmodum ser.amit.in cõtrarium facit præallega.l.fina.C.de præscrip.lon.temporis.vbi in fine.dicit in materia præscriptionum non esse fiendam, an præscribant contra scientem, an vero contra ignorantem: sed ipse respondet, ꝙ illud procedit quo ad complendam præscriptionem, sed non quo ad impediendam restitutionem in integrum. & istud dictum satis videtur habere æquitatem, quando ignorantia fuit probabilis. Facit quod habetur in l.fina.ff.pro suo.secus, quando non fuisset probabilis, sed supina, vel fuisset ignorantia iuris per quod habetur, in l.sicut.ad fi.C.de præscriptio.xxx.annorum. & in l.nec supina.ff.de iuris, & facti ignoran.& de constitutio.c.ij.lib.vj. ¶ Contra istam tamen opinionẽ posset allegari, quod notat glo.in c.auditis.de restitutione in integ.vbi concludit gl.ꝙ contra præscriptionẽ.xl.anno.non datur restitutio, ne aliàs lex videatur imposita verbis, & non rebus, & illud sequitur ibi Io.An in cle.j.de restitutione in integrum.in gl.ordinaria, licèt aliqui tenuerint contrarium, & præcipue Stepha. quẽ videtur sequi Io.An.in quibusdam additio.ad gl. clementinariam, licèt ille communiter non habeant. Posses dicere, ꝙ ibi loquitur in præscriptione.xl.ann. quæ est valde prolixi temporis. ideo tunc nõ datur restitutio. Secus in præscriptione longi temporis. Vnde restaret etiam dubium de præscriptione.xxx. annor. Tamen satis videretur esse æquum, ꝙ interueniente probabili ignorantia possit dari restitutio in integrũ, nisi dicat, ꝙ fauore litium dirimendarum, & vt sit litiũ finis contra illa non concedatur, sicut nec contra illam quæ est.xl.anno.tamen ratio quæ allegatur per glo.in d.c.auditis.in præscriptione.xl.anno.videretur etiam procedere in præscriptione longi temporis. & xxx.anno.q. tamen non habemus hoc bene expressum, & habemus autoritatem Barto.quæ videtur in se habere æquitatem, credo quod seruaretur in practica opi.Barto.& per prædicta videretur, ꝙ si per statutum inducta est præscriptio.x.anno.quòd si currit cõtra probabiliter ignorantem poterit peti restitutio aduersus talem præscriptionem. An autem res mobilis ecclesiæ vsucapi possit triennio, an vero requiratur tẽpus.xl.anno.dixi plenè. in d.c.j.supra de restitutio. in integrum. vbi tangit Io.And.de quo etiam in regula
35 possessor. de reg.iur.in vj.super gl. ¶† Redeo ad gloss. in versicu.sed quid, & quæro cum glo.quid si aliquis tempore præscriptionis habuit læsam conscientiam, & postea incipiat habere non læsam nunquid per hoc erit interrupta præscriptio. Glo.respondet, quòd non quia prima conscientia videtur fuisse erronea. ideo eam deponere potuit, & debuit.j.de si.per tuas. el.ij. & xj.q.iij.c.cui est illata. cum gl.concordant Ioã.Phi. Vincen.& Inno.contrarium tenuit Host.per id, quod habetur.supra c.proxi.circa finem. do.Anto.hic dicit aduertendũ, q̃d si habuit conscientiam læsam ex legitima probatione cõcurrente veritate, & postea eã aliter erroneè informatã, ꝙ tunc non præscribit. Si autẽ habuit conscientiam læsam ex leui iudicio, & postea eam aliter informauerit ex aliis iudiciis legitimis, tũc gl.bene dicat. ¶ In dubio autẽ si prima concurrat cũ veritate, præsumitur ꝙ eam bene primo informauerit, & secundo malè, nisi appareat. Pro quo aduerte, q̃a gl.potest dupliciter intelligi, vno modo, q̃n a principio p̃scriptionis habuit conscientiam læsam, postea, incipit habere non læsam, & sic videt̃ intelligere glo. Alio modo potest intelligi, ꝙ a principio non habuerit conscientiã læsam, sed ex postfacto, & deinde postea incœpit habere non læsam: iste intellectus videt̃ magis de mente gl.dum dixit nunq̃d per hoc est interrupta p̃scriptio.& sic innuit, ꝙ erat iam inchoata, q̃d non fuisset, si a principio habuisset malã fidem. Potes cõcludere, ꝙ aut a principio p̃scriptionis habuit conscientiã læsam, & sic malã fidẽ, & tunc non vr̃ præscribere, q̃a bona fides req̃ritur in initio p̃scriptionis.l.sequit̃.§.de illo.in fi.ff.de vsuca.& l.ij.in prin.ff.ꝓ emp. & l.vnica.§.hoc tãtũmodo.C.de vsuca.transfor.& ꝓ hoc, q̃a imputandũ vr̃ illi, q̃ talẽ rem quærit hr̃e, ex quò a principio hẽt conscientiã læsam. ¶ Interdũ aũt a principio habuit bonã fidẽ. Sed ex postfacto habuit læsam cõsciẽtiã, & sic malã fidẽ tunc, vr̃ posse dici, q̃d aut modico t̃pe durauit, & illa nõ habeat nocere: q̃a ꝓp breuitatẽ t̃pis censet̃ nõ fuisse arg.l.a diuortio. la secũda.ff.de diuor.cano.de pœni.dist.j. ¶ Si aũt durauit vltra modicũ tẽpus, tunc est magis dubiũ. tñ Bar. in l.naturaliter.ff.de vsuca.tenet idem. Vnde cõcludit malã fidẽ superueniẽtẽ. ita demũ de iure cano.interrumpere p̃scriptionẽ si durauerit aliàs secus, & sic intelligit istã gl.& dictũ Inn.dicẽs, quòd Inno.etiã hoc vult, sed Host.vt dixi vr̃ velle contrariũ, videlicet dici posse, quod prima p̃scriptio sit interrupta, ex quò mala fides superueniẽs non fuit momentanea per istum tex.in fin. Sed certè potest dici, quòd poterit de nouo inchoare ex eodem titulo superueniente bona fide,

& sic

&ſic ſi deponat conſcientiam præambulã, per id, q́d habetur.in ſimili.in tex.& gl.quos Bar.reputat ſingulares. in l.ſi quis pro emptore.§.penul.ff.de vſucapio. vbi dicitur,ꝙ ſi præſcribens cadat a poſſeſſione, & ſic interrumpatur præſcriptio.l.naturaliter.præall.Tamẽ ſi poſtea recuperet poſſeſſionem ſine vitio ex titulo priori poteſt præſcribere longo tempore incipiendo de nouo,ex quo habet bonam fidem. Sic igitur in ſimili propoſito poteſt dici, quòd licèt prima fuerit interrupta,tamen noua poterit inchoari ſuperueniente bona fide. & quando procedit cum titulo nõ videtur curandum, an fortè erroneæ depoſuerit primam conſcientiam,vel non:licèt dom. Anto.aliter voluerit. vt ſupra tetigi,quia ſatis eſt,ꝙ habeat bonam fidẽ, & titulum quæ bona fides etiam poteſt cauſari a cauſa erronea.per ea,quæ notantur. in l.ſi fur.§.j.ff.de vſucap. & in l.gitur.§.ſi.de libe.cauſa. & l.ſi plagij.C.ad l.fal.

36 de plagi.¶† Redeo ad gl.in verſic.item quid, & quæro cum gl.quid ſi aliquis pendente præſcriptione inci

non quo ad finẽ retractandi, si coram competẽti iudi-
ce agatur per viã nullitatis, vel querele, vel restitutio-
nis in integrum. & de modis retractandi tales senten
tias quæ non transeunt in rem iudicatã tangitur per
do.Anto.

do.Anto.supra de restit.spo.ex parte.& de rescript.ad
audientiã.¶ Item prædicta vera. vt sententia in causa
matrimoniali non transeat in rem iudicatã: quando
lata est contra substantiã vinculi matrimonialis.si au-
tem lata esset ad separationem tori.adhuc non transit
semper in rem iudicatam donec alter coniugum reli-
gionem ingrediatur, cum semper possint se reconci-
liare vt no.per Ioan.And.in c.ex literis.j.de diuor.

*S V M M A R I V M.*

1 *Agere potest clericus contra laicum coram iudice ecclesiastico ad re-scissionem contractus super re ecclesiastica celebrati spreta solenni-tate canonica.*

2 *Iudex à quo potest statuere terminum appellanti ad iter arripien-dum pro prosecutione appellationis.*

3 *Appellare potest quis à sententia diffinitiua deserta appellatione ab interlocutoria.*

4 *In alienatione rerum ecclesiæ debet obseruari solennitas canonica quæ tolli non potest prætextu consuetudinis iniquæ.*

5 *Sententia lata prætextu consuetudinis iniquæ si non habet in se iuris errorẽ expressum valet & transit in rem iudicatã si nõ appelletur.*

6 *Pretium rei ecclesiæ alienatæ debet verti in vtilitatem ecclesiæ & hoc probari debet.*

7 *Consuetudo laicorum si sit bona extenditur etiam ad res ecclesiæ.*

a Retractatur sententia. do.Fel. hic tractat quod an & quã cõsuetudo laicorum ligat clericos. vide eũ hic in prin. remissiue a tamen.

a CVm causa. Retractatur senten-
tia a prætextu iniquæ
consuetudinis lata cõtra ecclesiã.h.d.
Et primo ponit factũ. Secũdo diffinit.
ibi:nos autẽ.¶ In tex.ibi ab archipres-
bytero vestro,supple sine consensu ca
pituli. & forte etiã non approbat pretium cõuersum
in vtilitatẽ ecclesiæ.¶ Item ibi: interpositã. supple ab
aliqua interlocutoria.¶ Itẽ ibi:filio iste forte erat syn-
dicus ecclesiæ.¶ Item ibi consuetudinẽ:forte erat con
suetudo in ciuitate quod valeret alienatio facta a solo ar-
chipresbytero sine cõsensu capituli.& sic cõtra c.sine
exceptione.xij.q.ij.& quod habet in c.i.de reb.eccle.
1 non alie.in.vi.¶ † No.i.secundũ vnum intellectum quod
ad rescissionẽ contractus sup re ecclesiastica celebrati
spreta solennitate canonica clericus põt agere contra
laicum corã iudice ecclesiastico. facit quod habet supra
2 de fo.compe.in c.cum sit generale.¶ † Item no.iudi-
cem a quo posse statuere terminum appellanti ad iter
arripiendum pro prosecutione appellationis.¶ Et no.
quod non arripiens iter intra terminum videtur deserere
appellationẽ. de quo.j.tit.i.personas. & c.cum sit ro-
mana.¶ Item no.quod contra non prosequentẽ appella-
tionẽ intra terminum eo elapso videtur posse procedi
tanquã contra cõtumacẽ ad diffinitiuã absque alia ci
3 tatione.de quo tangetur in gl.i.¶ † Itẽ no.quẽ posse
appellare a sententia diffinitiua etiam deserta appella
tione ab interlocutoria.& sic nõ concluditur vt verus
cõtumax repellatur ab appellãdo a diffinitiua.de quo
infra titu.i.directe. & in cle.si ante. de dolo & contu.
4 ¶ † Item no.quod per cõsuetudinẽ maxime laicorum nõ
potest detrahi solennitati canonice requisite in alie-
natione rerum ecclesiæ.de quo in auth.hoc ius porre
ctum.C.de sacrosan.eccle.& p gl.in c.i.de reb.eccle.
5 non alie.in.vi.¶ † Item not.quod sententia lata prætextu
consuetudinis iniquæ si non habet in se iuris errorem
expressum videtur de mero iure valere,& transire in
rem iudicatã si non appelletur.¶ Item no.secundum
vnum intellectũ practicã sententiæ in causa appella-
tionis pro actore qñ obtinuit contra se sententiam in
causa principali & postea obtinet in causa appel.quia
non debet esse confirmatoria vel infirmatoria primæ
sententiæ & etiã debet esse iudicatoria eius quod fuit
petitum:an tñ hoc oĩno sit necesse pendet ex his quæ
habentur in l.eos.C.de appella.& tangitur in c.dile-
cto.j.de app.& procedit notabile inquantum intelli-
gatur quod syndicus ecclesiæ agebat ad rescissionẽ cõtra-
ctus.alius tñ est intellectus quod ecclesia fuerit conuenta
a laicis.& sic quod laici fuerunt actores.& petebant adiu
dicari sibi domum.& hoc innuit litera dum dicit ante
versi.deinde adiudicare curauit.& etiã cum litera hic
in fine dicit quod absoluit clericos ab impetitione laico-
rum & dicas quare tunc adiudicauit ecclesiæ domum
potes dicere:quia forte assumpsit in se onus probandi,
secundũ ea quæ habentur in l.circa.ff.de proba.& supra
de restit.spo.ex conquestione.¶ In glo.i.in fi.aduerte
quia iura allegata p gl.videtur loqui de iudice ad quẽ
est appellatum,hic aũt de iudice a quo, vnde melius
facit quod habetur in c.eum qui.de dolo & contu.in.vi.
tamen ille tex.videtur velle quod iudex a quo possit pro-
cedere contra appellantẽ ab interlo.qñ non esset re-
nuntiatum appellationi.vnde est dubium quod iuris quã
non renuntiat expresse: sed tacite non prosequendo
intra terminum.de quo dicendum vt ibi p Ioã.And.
6 ¶ † In glo.ii.in fi.& sic no.ex gl.casum in quo oportet
probari pretium versum esse in vtilitatem ecclesiæ,de
quo dicendum vt plene no.per Inno.in c.grauis.infra
de deposito.& p legistas in auth.hoc ius porrectum.
de sac.san.eccle.& per Bar.in l.ciuitas.ff.si cer.peta.&
no.bene ex tex.cum gl.quòd vbi consuetudo sup re-
bus ecclesiæ est mala, illa non valet,secus si bona, &
7 sic facit iste tex.cum glo.† quòd cõsuetudo laicorum
si sit bona extendatur etiã ad res ecclesiæ. & sic etiam
alleg.Bart.in l.i.C.de sum.trini.& fi.catho.an tamen
eius dictum procedat.dixi in c.ecclesiæ.de constitu.&
per Ioan.de lig.in cap.ii.de eo qui mit.in pos.& facit
etiam quod dixi in c.quod clericis.de fo.compe.

INter ceteras. Sententia in se
continẽs mani-
festã iniquitatẽ retractatur non obstan
te quòd causa fuerit cõmissa cum clau
sula appellatione remota.¶ In gl.i ibi.
cum sententia tenuerit. supple:quia nõ
est in ea error iuris expressus & tunc erat dubium in
decretali:quia videbatur quod non posset appellari propter
clausulã appellatione remota,tñ contrarium determi
natur: quia sicut potest appellari in casibus expressis in
iure etiã qñ apposita est dicta clausula vt habetur eo.
tit.cle.pastoralis.ita etiã qñ continet manifestã iniqui
tatẽ.vt declarat iste tex.& sic per hunc tex.supplentur
ibi notata.& secundũ hoc sequens expositio põt intel
ligi qñ sententia est nulla:quia habet in se errorẽ iuris
expressum.vt tangit gl.fi.tamen do.Anto:hic videtur
sentire quod etiã possumus intelligere quòd sententia sit
nulla licèt non habeat in se errorẽ iuris expressum si
contineat in se manifestã, hoc est notoriã iniquitatẽ
argu.eorum quæ habẽtur in l.eo tempore.ff.de pecu.
& infra de appel.solicitudinẽ.§.si vero notoriũ. & quod
no.per Inno.in c.fraternitatis.de frigi.& p Pau.in cle.
pastoralis.de re iudi.secus si simpliciter cõtineret ma
nifestã iniquitatẽ accipiendo manifestũ prout distin-
guitur a notorio:quia tunc valeret.per id quod no.infra
de senten.excom.per tuas.per glo.& facit quod no.in c.
vestra.de coha.cleri.forte tamen est tutius tenere, quod
teneatur sententia de mero rigore quãdo non habet
in se errorẽ expressum.vt voluit hic sentire gl.tamen
pro do.Ant.facit quia notoriũ videtur operari idem quod
expressum.vt voluit Inn.in extraua.præsenti.de rescri.
quia tunc non possumus præsumere pro sententia:ex
quo habet notoriũ contra se.& ideo sicut sententia la
ta contra sententiã tanquã lata contra notorium non
valet vt dicetur.j.eo.inter monasterium.ita videtur quod
non valeat quãdo est contra notorium facti.& ita erit
casus notabilis secundũ istum intellectũ.¶ In gl.fi.ibi
& infamis

& infamis efficitur, supple quando dolose iudicauit
corruptus prece vel pecunia. secus si per ignorantiam
per ea quæ habentur in l.ij. hic allegata. & adde etiam
quod hodie habetur in c.j. de re iudi. in .vj. vbi poni-
tur pœna iudicis qui contra conscientiam in præiu-
dicium partis tulit sententiã de quo dicendũ vt ibi.

*SVMMARIVM.*

1 *Infirmitas vera excusat à contumacia.*
2 *Sententia lata in causa matrimoniali contra matrimoniũ non transit in rem iudicatam quominus possit allegari matrimoniũ & probari.*
3 *Mulier superinducta lite pendente debet à viro sequestrari donec causa decidatur.*
4 *Subarratio annuli, an probet matrimonium.*
5 *Matrimonium an possit contrahi per subarrationem.*
6 *Sententia lata contra absentem non contumacem an valeat.*
7 *Sententia si est lata contra verum contumacem non retractatur.*
8 *Sententia an in dubio præsumatur lata contra præsentem vel contra absentem.*
9 *Sententia non transit in rem iudicatam in causa matrimoniali.*

Enor. Idem dicit in effectu quod c.la-
tor. s. eo. ¶ Vel aliter sententia
lata cõtra absentem nõ contumacẽ in cau
sa matrimoniali nõ valet. h.d. Et est cõmu-
nis diuisio cõsultatio, & responsio. secunda ibi: ideoq;.
1 ¶ † No. j. q infirmitas vera videt̃ excusare a contuma
cia, quod intellige qñ est talis quę prebet impedimen
tum in agendis vt l. quæsitũ. ff. de re iudi. ¶ Item no. q
per actum sequentẽ incompassibilẽ cum infirmitate
tollitur executio præambula facta prætextu infirmi-
tatis quasi p̃sumat̃ vere infirmitatem non interfuisse.
¶ Item no. q actus ducẽdi vxorẽ incõpassibilis est ve-
risimiliter cũ infirmitate. ¶ Item no. ex his, quæ incõ-
tinenti sequunt̃, q p̃sumi potest de p̃teritis. facit s. de
electio. officij. cum ibi nota. ¶ Item no. q attẽratũ lite
pendente est retractandũ. ¶ Et no. qđ satis dr̃ pendere
qñ pendet lis sup sententia, quæ dr̃ nulla, vel aliter pe
tit̃ retractari. ¶ Item not q p sententia lata in cã ma-
trimoniali ꝯ matrimonium in dubio p̃sumitur donec
2 probet̃ contrariũ. † Item no. q sententia lata in cã ma
trimoniali contra matrimoniũ non transit in rem iu-
dicatã quominus possit allegari matrimoniũ, & pro-
3 bari. ¶ † Itẽ not. q mulier supinducta lite pendente dẽt
4 a viro seq̃strari, donec cã fuerit decisa. ¶ † Item no. q p
actum subarrationis annuli vr̃ pbari matrimonium,
& ꝯtrahi de quo. in gl. & j. de despon. impu. c. fi. ¶ Itẽ
Itẽ no. q literæ non facientes mentionẽ de processu p̃.
ambulo valẽt, qñ processus esset nullus: qa tunc non
est necesse de ipso facere mentionẽ. facit, qđ not. j. de
concessio. p̃ben. in c. cum nostris. idem vr̃, qñ est talis
p̃cessus, qui nõ repugnat impetrationi. vt qa facta est
in cã, in qua non transit sentẽtia in rem iudicatam, a-
liàs aũt regulariter non valẽt literæ: nisi faciant men-
tionem de pcessu p̃ambulo, vt in c. inter monasteriũ.
j. eo. tit. ¶ Item no. ac. q p p iodebite factum possit qs
excõicari ab homine, quod vr̃ contra ea, quæ habent̃.
xj. q. iij. c. nemo. & xvij. q. iiij. c. vxor fęlicis. vbi demum
p p contumaciam debet qs ab homine excõicari. li-
cẽt a iure ipso facto qs qñque excõiceretur. xvij. q̃st. iiij.
si quis suadente. sed potes dicere, qđ hic non fuit ex-
communicatus, qa contraxerit cũ secunda, & illã su-
perinduxerit. sed qa monitus illam superinductã non
dimittebat. ¶ In gl. j. ibi: nec tunc res iudi. censet̃, sup-
ple: qa est nulla si iudex sciuisset infirmitatẽ, vt est ca-
sus notabilis. in l. q̃situm. alleg. in gl. s̃m intellectum.
si autem ignorasset, tunc de mero rigore tenuisset sen
tentia. s̃m posset peti restitutio in integrum. & illa ob
tenta non cẽseretur in effectu res iudicata, per id, qđ
hr̃. in d. l. quæsitum. ¶ In glo. ij. in fi. & sic vr̃ velle glo.
quòd iudex excommunicauerit ratione contumaciæ
in non veniendo, posset etiam dici, q excõicauit, quia
contumax erat in nolendo dimittere superinductã. fa
cit, qđ dixi in notabilibus. ¶ In gl. iij. ibi: vel potest di-
5 ci & no. bene † q etiam p̃t contrahi matrimonium per
subarrationem, q̃ fit per immissionem annuli interue
niente tacito ꝯsensu, vel expresso. & sic hoc casu non
sunt omnino necessaria verba ad matrimoniũ ambo-
rum contrahentium, & istud quotidie seruatur, & vẽ
satis rationabilis: qñ p̃cedente apparatu ad matrimo-
nium, & etiam interrogatione, q̃ fit p tertiũ, an vnus
consentiat in alium fit subarratio, & immissio annuli
muliere tacite consentiente, & sic interpretat̃ consue
tudo, q̃ est optima iurium interpres. s. de consue. cum
dilectus. & sic vr̃ posse per hoc limitari illud qđ cõsue
uit dici, q inter valentes loq debẽt interuenire verba
ipsorũ contrahentium ad matrimoniũ contrahendũ.
de quo in c. tua. j. de spon. & in c. fi. j. de despon. impu.
& p gl. in l. cum notissimi. C. de p̃scrip. xxx. annorum.
& tene menti istum tex. cum gl. p eo qđ quotidie fit.
6 ¶ † In gl. absolutione: ibi non contumacẽ. Odof. hic vẽ
velle contrariũ, videlicet qđ valeat lata contra absen-
tem, & non contumacem per l. ab eo. C. qũo & qñ iu-
dex. Hosti. tenet gl. potes concordare opi. s̃m Io. And.
qa licẽt sententia lata est contra nullo mõ citatum. &
p hoc non contumacem tunc sententia est nulla. & in-
telligat̃ gl. si autem lata est contra citatum ad domũ, li
cẽt alias non peruenerit ad notitiã citati, tunc bene va-
let sententia. & sic intelligat̃ opi. Gof. qa licẽt talis nõ
sit verus cõtumax est tñ fictus, vel præsumptus, quod
sufficit ad valorem sententiæ. vt in d. l. ab eo. & l. j. §. itẽ
cum ex eo edicto. ff. q̃ senten. sine appel. rescin. & facit,
qđ plene no. de vero contumace, & ficto in cle. si an-
7 te. de dolo, & contu. ¶ † In ea. gl. ibi: nõ reuocatur sen-
tentia. istud est verum regulariter, q si sentẽtia lata est
contra verum contumacem. qđ non retractatur sentẽ
tia. sed Inno. hic dicit hoc fallere in cã matrimoniali:
qa ẽt si sit lata contra verum cõtumacem. cum nõ trã
seat in rẽ iudicatam quominus veritate cõperta dẽat
retractari. s. eo. lator. ideo poterit tũc etiam peti retra-
ctatio per ipsum verum contumacem non obstante
contumacia. ¶ Et plus videtur velle, quod audietur p
viam appellationis, etiam licẽt aliàs verus contumax
non audiatur appellans. l. & post edictum. §. fina. ff. de
iudi. & plenè no. in dicta clem. si ante. de dolo, & con-
tu. istud tamen q audiatur per viam appellationis nõ
placet hic do. Anto. quia sententia etiam in causa ma
trimoniali transit in rem iudicatam quo ad modum
deuoluendi. vt dictum fuit. s. eo. lator. & no s. de offic.
ordi. ad reprimendam. nec obstat iste text. quia potest
intelligi, q mulier non fuit contumax. vt dixit gl. vel
si intelligatur, q fuit contumax fuit audita aliter, q̃ p
appellationem: nec hic dicitur contrarium. nam licẽt
fuit sententia lata in contumacem, & iusta ex ordine
iudicij: tamen fortè fuit iniusta respectu iustitiæ: quia
lata fuit fortè ex falsa causa: vel non plenè discusso de
veritate. ideo potest peti retractari etiã citra remediũ
appellandi. Aduertendum, q licẽt non transeat sentẽ
tia in rem iudicatam in causa matrimoniali, non tamẽ
indistinctè, & indifferenter debet admitti petens retra
ctari: nisi aliquis color, vel aliqua causa allegetur. nam
hic allegabatur absentia mulieris, quæ forte dicebat,
q si fuisset præsens non sic fuisset sententiatum vnde
si fuisset præsens, & non allegaret colorem non audie
tur audiendum, vel eadem ratione audietur secundo,
& tertio, & vlterius in infinitum, quod videtur absur-
dum, vt in decretali sequenti. mouit quia illa eadem
pars pro qua erat lata sententia petebat infringi. & in
c. lator. etiam apparet causam, quæ iudicem mouit: si-
ne causa

ne causa autem non deberet audiri. per id quod hr.s.
de resti.in integ.in literis. dicit tn̄ Inn. ꝗ summariè & 
parte aduersa non vocata poterit, fieri examinatio hu
ius causæ.& sic iudex ad sui instructionē poterit quæ-
rere de causa quare vult admitti contra sententiā con
tra quam qlibet de populo, & maximè cōsanguineus
admittitur.j.qui ma.accu.pos.c.videtur nobis.& j.eo.
consanguinei . vnde si pats allegat quod modo potest
probare,quod prius non potuit. & hoc prima facie vi
deatur iudici,vel simile admittetur.facit.l.argētarius.
§.fin.ff.de eden.& idem si allegetur aliqua alia causa.
de qua iudici videatur, quia etiam in dubio potius de
bet admittere,quàm repellere.j.de app.cum speciali .
§.excessus.cum ibi notatis.& quod no.eo.ti.vt debit⁹.
8 ¶†An aūt sententia in dubio præsumatur lata in præ
sentem:an vero in absentem.no.Spec. in tit.de sen.§.
vt autem.ver.& no. secundum quosdam ibi dicit, ꝗ si
fiat mentio in sententia partes fuisse præsentes illud
præsumitur,idem si non fiat mentio si sententia transi
uit in rem iudicatam.aliàs secus.de quo etiam dixi in
c.quoniam contra falsam.s.de probatio.¶ In glo.fin.
ibi pendente lite,sed qūo pendebat lis cum videretur
finita per sententiam absolutoriam.sed dic , ꝗ illa fuit
nulla tanquam lata contra non contumacem,vel pen
debat lis : quia facta erat citatio coram iudice,coram
9 quo de retractatione sententiæ poterat agi. † cum sen
tentia non transeat in rem iudicatam in causa matri-
moniali . vt sæpius est dictum . facit quod habetur in
cle.ij.vt lit.penden.

*S V M M A R I V M.*

1 *Consanguinei possint accusare matrimonium consanguinea contractū stante impedimento compaternitatis .*
2 *Compaternitas superueniens post matrimonium contractum non infringit illud .*
3 *Soli confessionis coniugis non creditur contra sententiam separationis matrimonij nisi aliud probetur.*
4 *Ad negatiuam probandam arctatur quandoque aliquis.& nu.6.*
5 *Confessio facta in foro pœnitentiali non debet per sacerdotem reuelari.*

Onsanguinei. Potes summa-
re eodē modo
quo summatur decretalis lator.s.eo. &
ideo iste tres decretales.s.lator.c.tenor.
& c.consanguinei. cōiter consueuerūt
simul allegari. & est eōis diuisio,consul
1 tatio,& responsio.Secunda ibi:fraternitati.¶† Not. ꝗ
consanguinei possunt accusare matrimonium cōsan-
guineę contractum stante impedimento compaterni-
2 tatis.¶†Item no.ꝗ compaternitas superueniens post
3 contractum matrimonium illud non infringit.¶† Itē
no.ꝗ soli confessioni coniugis non creditur cōtra sen
tentiam separationis matrimonij nisi aliud probetur.
¶Item no.ꝗ etiam pro sententia, quæ transit in rē iu-
4 dicatam præsumitur donec probetur contrariū.¶†Itē
no.quem arctari ad probandum negatiuam,qn̄ est cā
suæ intentionis,vel qn̄ præsumptio est contra eum. de
quo plenè in c.bonæ.el.j.s.de elec. & per Bart.in l.in
5 illa.& l.hoc iure.ff.de verb.obl.¶† Item no.ꝗ licèt cō
fessio facta in foro penitentiali non debeat reuelari ꝑ
sacerdotem,seu confessorem.j.de penit.& remis.om-
nis.§.caueat.secus tamen est quando est facta aliter,ꝗ̄
in foro pœnitentiali:vel quando fit publicatio de con
6 sensu confitentis ita potest intelligi hic.¶†In gl.fi.in
fi.poterit autem probari negatiua allegata per mulie-
rem in casu isto:si forte primi testes dixerunt,qđ mu-
lier leuauit filium Petri in baptismo tali die , & loco .
& modo probari potest,quòd ille non erat filius Petri
sed alterius , vel si testes primi deposuerunt de certo
die,& loco,quo dicunt mulierem leuasse filium Petri
de sacro Fonte.poterit mulier probare , quod illa die
fuisset grauissimè infirma per totam diem nec exiuit
domū,vel quòd fuit in alio loco valde remoto . supra
de testi.ex tenore.& facit ad prædicta quod habetur.j.
qui filij sint legiti.transmisse.¶ Quid autem si mulier
succumberet in hac negatiua.an potest cum alio cō-
trahere.dic eam relinquendam suæ conscientiæ.supra
de iureiuran.mulieri . ¶An autem ipsa succumbente
possit alius denuntiare primum matrimonium ꝑ falsi
tatem fuisse separatum.videtur quod sic per c.cum in
tua.j.qui ma.accu.possunt.in contrarium facit , quia
actio popularis videtur consumi vno agente , & suc-
cumbente.l.iij.ff.de po.actio.sed tene primum secun-
dum Host.quia speciale est in istis sententiis,quę non
transeunt in rem iudicatam . vt semper audiatur volēs
facere fidem de errore .facit,supra,c.lator.& quod hic
dicitur de sententia lata in causa matrimoniali habet
locum ēt sm̄ Hostien.in sententijs censuræ,quia eadē
est ratio periculi animarum.& ideo si volo probare ve
ritatem,debeo audiri non obstante sententia. vnde si
pronunciatum sit aliquem nō esse excōicatum debet
audire volens docere contrarium.ne aliàs quis contra
conscientiam habeat cōicare excōicato . & ideo quo
ad publicam vtilitatem quatenus statur periculo ani-
marum non transit sententia in rem iudicatam . facit
quod habetur.supra,de officio delegati . cum contin-
gat.sed quo ad priuatam vtilitatem potest transire se-
cūdum eum.vt si aliquis fuit excommunicatus ex eo
quia contumax in parēdo intra terminum poterit tran
sire in rem iudicatam quo ad expensas contumaciæ,
vt non possit retractari nisi solutis expensis : sed non
trāsit quominus eis solutis possit petere absolutionē.
facit quod notat Io.An.in c.venerabilem.§.querimo-
nia.de senten.excom.lib.vj.& adde quod dictum fuit.
supra,eod.lator.vbi dixi quod quo ad instantiam po-
rest transire in causa matrimoniali in rem iudicatam.
de quo etiam tangit do.Ant.& not.de restit.in integr.
ex literis.& ad id quod dictum est, ꝗ sententiæ in qui
bus versatur periculum animarum quibus nō potest
per partes prouideri non transeant in rem iudicatam.
bene facit quod habetur.j.eod.inter monasterium.&
xxxv.q.ix.in summa.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vocem duplicem potest quis habere in actu electionis.& nu.8.*
2 *A grauamine futuro,quando liceat appellare.*
3 *Inuestitura quandoque sumitur pro collatione quādoque pro corporali traditione,seu licentia intrandi possessionem.*
4 *Collatio facta contra protestationem, & determinationem factam per Papam ad commodum tertij non valet.*
5 *Literæ præiudiciales factæ ad præiudicium existentis in curia absque citatione illius non valent.& nu.9.*
6 *Sententia , an in causa notoria possit in absentem promulgari.& numero.10*
7 *Promoueri non potest sine dispensatione ad dignitatem inferiorem episcopatu,qui est in minoribus.*

Vm olim. Si Papa cōtra pronuntia-
tionem suam beneficium
confert hoc tacito surreptitia dr̄ collatio.
h.d.Et primo narrat factum. Secundò dif-
finit.ibi:nos igitur.¶No. ꝗ nominatio interdum po-
nitur pro electione:qnq̄ue autem aliter sumitur.vt pa
ter in c. bonæ.el.j.de postula.prælat.vbi sumitur pro
actu præambulo ad electionem futuram. potes etiam
dicere,quod hic sumitur pro prouisione:quā forte as-
1 serebat episcopus ad se spectare.¶† Item no.eandem
personam posse habere duplicem vocem in actu ele-
ctionis:forte ex priuilegio,vel consuetudine,vel ratio
ne duplicis dignitatis . de quo etiam tangetur cū gl.j.
¶†Item

2 ¶†Item no.quòd in appellatione extraiudiciali potest
appellari a grauamine futuro præparato, seu de quo
verisimiliter timetur expressa causa grauaminis. de
3 quo.j.titu.j.in c.bonæ.¶ † Item no.q inuestitura ali-
quando sumitur pro collatione iuris.vt hic colligitur
secundum vnum intellectum,aliquando sumitur pro
corporali traditione,seu licentia intrandi possessionē
de quo.in c.autoritate. infra de instit.& supra de ele.
4 transmissa.¶† Item no.quòd collatio facta contra pro
testationem, & determinationem factam per Papam
ad commodum tertij non valet, si non est facta men-
tio de protestatione, & determinatione prædicta.
5 ¶† Item no.argumentum,quòd non valent literæ p̄-
iudiciales ad præiudicium existentis in curia absque
citatione illius. quod an procedat tangitur in gl.¶ Itē
no.q collatio facta per inferiorem ad cōfirmationem
6 collationis nullæ factæ per Papam non valet.¶†Item
no.q videtur sententiam posse promulgari in absen-
tem in causa notoria. & de qua Papa est informatus
de quo in glo.¶ Item no.q cassatio actus nullius. vi-
tur posse fieri parte absente i quando notoriè constat
de illius nullitate. de quo etiam tangetur in glo.¶ Itē
no.de verbo ordinare, quòd sumitur pro prouisione.
7 de quo.in c.eum in illis.de præb.in vj.¶†Item no.qđ
existens in minoribus non videtur posse promoueri
ad dignitatem inferiorem Episcopatu absq; dispensa
tione.de quo.in c.præterea. supra de æta.& qua.& in
c.dudum.el.j.š.de elec.¶ Item no.secundum Innocē.
quòd illud, quòd fit per surreptionem non valet etiā
si aduersarius postea cōsensit. facit,quod no.supra de
8 causa poss.cum olim.¶† In gl.j.in fine,prima solu.gl.
videtur contra istum tex.qui videtur velle,quòd præ-
a tendebat duplicem vocem [a] non autem simpliciter,
quòd vox eius præponderaret alteri simplici voci.
¶ Secunda licèt videatur in se vera:tamen diuinat for
te etiam glo.in princi.voluit sentire,q ex consuetudi
ne potest afferre duas voces. vnam rōne dignitatis: a-
liam rōne canoniæ.& ita intelligatur hic. non autem
de iure,licèt habeat plures dignitates, vel dignitatē,
& canoniam habebit plures voces: nisi aliud habeat
consuetudo,sed Inno. hic dicit,q cum propter plura-
litatē dignitatum: vel dignitatis,& canoniæ sustineat
vices plurium personarum.ideo de iure potest habere
plures voces.facit in argumentum,quod habetur. in
l.penul.ff.de his quib.vt indig.ubi quando plura iura
cōcurrunt in personam unius: ille potest uti iure quo
uterentur plures personæ in quibus dicta iura cōcur-
rerent,potest concludere ut hic uoluit Ioan. Andr.&
do. Anto. post eum,quòd una persona respectu unius
dignitatis,uel beneficij non habet de iure duas uoces
nomine proprio:nisi aliud habeat statutum,uel cōsue
tudo ecclesiæ:si autem habeat quis plures dignitates,
uel plura beneficia ex quibus si in diuersis cōcurrent
nō competerent plures uoces. & tunc multominus si
concurrant in personam unius:nisi aliud habeat con-
suetudo,si autem quis habet plures dignitates,uel plu
ra beneficia a quibus si in diuersis personis concurre-
rent surgeret a qualibet dignitate,seu beneficio inso-
lidum ius uocis dandæ:tunc licèt esset æquum,qđ uō
haberet nisi unam uocem,quia non habet nisi unum
rationis dictamen:ex quo unica persona est,tamen de
iure potest habere plures uoces:q̄a ex quo cōcurrunt
plures qualitates in personam eiusdem faciunt illum
loco plurium censeri.š.de elec.cum inter. el j.& el ij.
& d.l.penul.de his q.ut indi. & pro hoc ēt,quod ha-
betur.in c.Raynutius. & Raynaldus.j̄.de testamē.ubi
filius grauatus retinet unam quartam tāquam filius.
aliam tanquam extraneus,ad hoc ēt facit,q̄a in uolū-
tarijs,& cōpassibilibus potest quis sustinere vices duo
rum. vt legitur, & no.š.de prob.ex literis.& ff.de ado.
l.si consul. Item pro hoc etiam facit: quia geminatio
causatum geminat, & multiplicat effectus.l.iiij.ff.de
stipu.seruo.& l.dominus.§.dominus.ff. de pecu.lega.
& pro hoc etiam faciat quod no.gl.in c.quia in tantū.
j.de præben. Item ratio.l.generaliter.ff.de fideiuss.q̄a
si dicis ipsum vnam vocem habere non potest osten-
di quare magis ex vna qualitate,quàm ex altera,& q̄-
libet qualitas concludit ius solidę vocis,ergo vtraque
attendetur. vt ex qualibet voce habeat arg.d.l.gene-
raliter. & per prædicta dicit Ioan. And.se consuluisse
in ecclesia florētina in qua thesauratius ex statuto ec
clesię habet ibi certas distributiones, & vocem in ca-
pitulo,licèt non sit canonicus.& similiter habent ca-
nonici,seu quilibet canonicorum,qđ si cōtingat quē
habere thesaurariam, & canonicam quod pōt cōtin-
gere ex dispensatione,vel ex statuto ecclesiæ,q hēbit
tūc ille duplicem vocem,& duplicem distributionē.
& dicit qđ cum in Bonon.sit archidiaconatus, & ar-
chipresbyteratus, & habens alterā ex dictis dignitati
bus non hēt vocē in capitulo,licèt habeat distributio
nes.quòd si ɔtingat,qđ aliquis sit canonicus, & archi
diaconus,vel archipresbyter, q non habebit nisi vnā
vocem licèt plures habeat distributiones. & hoc mō
intelligit gl.hic dum dicit,q propter pluralitatē stipē
diorum non debet habere plures voces.& prędicta ēt
placent hic do.Ant.præterquàm id quod dicit Io.An.
de distributionib.quia dicit,q si dantur ratione serui-
tij personalis. puta propter interessentiam in diuinis
officijs,q tunc licèt concurrant canonicatus cum di-
gnitate in persona eiusdem non habebit nisi vnam
distributionem,quia non est nisi vnus, qui seruiat li-
cèt hēat canoniam, & dignitatem, & q̄a si dicta iura
cōcurrerēt in personā diuersorū. & vnus interesset in
illis.& alter nō:nō deberent non interessenti.sed plus
placet mihi opinio Io.An.q̄a quando concurrunt p̄-
dicta in personam vnius certū est sibi deberi distribu
tionē.& si dicas vnā tantum deberi: non est rō quare
magis ex vna qualitate q̄ ex alia,ergo cōueniens est,
q ex vtraq; præstetur.per id,quod habeť. in d.l.gene-
raliter.& quod dixi in sīn.š.de iure vocis dādæ, & nō
obstat rō dom. Ant.q̄a cessat, quando duæ qualitates
concurrunt in personam vnius, q̄a vt dixi in dicto ca
su non est rō quare magis ex vna,q̄ ex alia debeat da-
ri.& ideo verior videtur opi.Ioan.Andr.¶ In gloss.a.
in fi.vel dic,q habuit respectum ad canones antiquos
secundum quos bona erat allegatio.lx.dist.cap.j.& a.
vel secundum Inno.ideo hic ponderat,q nō erat pro
motus ad diaconatum, q̄a nec poterat propter aliqđ
impedimentum.& ideo bona erat allegatio.¶ In glo.
3.ibi præsumitur circumuentus.supple, qn̄ causa non
cognita mutat. secus autem si cum causæ cognitione
mutaret,per ea,quę habentur.in c.cum cessante.& fa
cit ēt quod no.per Bar.in l.quod iussit.ff.de re iudica.
¶ In ea.gl.ibi:argumentum contra hanc partem.seq.
tur glo.j.in fi.de quo etiam per Inno.supra de rescrip.
cum dilecta. & ad istam potest responderi. vt j̄.tangit
9 gl.¶† In ea.gl.in fi.Host.hic dicit,quod qn̄ impetran
tur lr̄æ,quæ non sunt simpľr ad iuris obseruantiā: sed
continet̃ in eis aliq̄d præiudiciale,q tunc debet citari
aduersarius si est in curia.& debet citari ad hospitium
vbi morať,nec sufficit citatio facta in audientia. & sic
vř velle,quod obseruať in curia,standū aūt est stilo cu
10 riæ.j̄.de crimi.fal.in c.q̄ graui.¶†In gl.absenti.in fin.
Idē voluit gl.in c.veniam.xxxv.q.ix.& dicebat Host.
hic satis colligi,q in notorijs fertur sentētia in absen-
tem non citatum ad quod allegat etiam.j.de accusa.
si con-

[a] Duplicē vocē. Adde hic d.Abb. in j.col.ver si.& primo pro declaratione nu.2. & do. Feli. post eum.

si constiterit.& de app.c.cũ sit romana. qđ dicit vrbanũ
Papam pronuntiasse esse verũ vbi agitur de reb.quæ
malè notorie tenenẽ ab aliquibus,vt ipse pronuntia-
uit contra spoletanos tenentes quandã terrã spectan-
tẽ ad ecclesiã,quę appellatur Armumsorũ.¶ Et ex pdi
ctis no.casum in quo in notorijs pcedit̃ ad sententiã
absq; citatione.licèt aliàs cõiter dicatur , ꝗ etiã in no
torijs exigat̃ citatio. vt in c.ad nostrã.el.iij.š.de inteiu
ran.& sic potest dici quod hic sit speciale quando agi-
tur de subiectione pp rationem præallegatam in glo.
& idem voluit gl.xxxv.q.ix.vel põt dici ſm do. Ant.ꝗ
pcessus Papæ in notorijs valeat absq; citatione ex eo
quia nõ subijcitur formæ iuris.facit quod no.j. de sen
ten.excõ.nulli.sed ista solutio non vr̃ tuta : quia cita-
tio vr̃ esse de iure defensionis naturalis . per id quod
hr̃ in cle.pastoralis.de re iudi.& per Bar.in extrauagã
ti,ad reprimendum.super verbo figura iudicij:vel po-
test dici ſm eundem.quod licèt citatio debeat fieri in
notorijs,omissio tamen citationis non vitiabit proces-
sum si postea constet de notorio,& nihil rationale al-
legetur,quia ratio circuitus vitandi videtur, ꝗ debeat
remanere sentẽtia,quia etiam si retractaretur esset in
eundem statum reducenda facit, quod no.š.de testib.
in c.ex parte adæ.hęc etiam nõ vr̃ tuta per id quod hr̃
j.de accusa.ad petitionem.vbi patet , ꝗ vt deseruiatur
iuri cassatur id quod postea ponitur in pristinũ statũ,
vnde tutum videtur esse tenendo solutionem gl.illud
etiam est certum quod citatio solemnis hoc est cũ so-
lemnitate peremptoria,vel quod sit trina non requiri
tur in notorio:sed sufficit vnica, & non peremptoria:
vt no.per Ioan.An.in c.j.& c.cum sit romana.¶ In gl.
fi.ibi:ideo fortè dicit quasi uelit , ꝗ hic erat cõsuetudo
a ꝗ absentes non vocentur[a] aliàs de iure deberent vo-
cari pro quo videtur tex.j.de pręben.cum in ecclesijs:
li.vi.vel potest dici , ꝗ hic fortè collatio deuoluta erat
ad Papam.Ideo poterat dare facultatem solum pręsen
tibus:nec alij poterant conqueri, vt in l.in re manda-
ta.C.mandati.¶ In ea.gloss.ibi, vel maioris partis,vel
potest dici , ꝗ in casu isto propter formam mandati da
ti a Papa requiritur omnium concordia. & præsertim
quia dicit plenè omnium vestrum concordia interue-
niente.facit quod no.in gl.in c.vbi periculum.in ver-
bo singulis.de elect.in vj.

[a] Absentes non vocentur. si quæras verũ, & qñ,& vsq; quo illi qui sunt pntes de electionibus absentium expectare teneãtur distingue hic secundũ d. Hen. Boyc. in prin. huius c.

*SUMMARIUM.*

1 *Super iure subiectionis potest dari libellus contra illum , qui subiectus dicitur.*
2 *Subiectio plena ex pluribus causis arguitur.*
3 *Episcopus, an possit a se totaliter eximere vnam ecclesiam, aut vnam ecclesiam subijcere alteri.*
4 *Testificari potest prælatus in contractu celebrato ad vtilitatẽ ecclesię.*
5 *Subscribere se potest quis per alium in instrumento.*
6 *Sentencia lata cum subdito ratione subiectionis sciente, & patiente domino præiudicat ipsi domino scienti, & patienti.*
7 *Sententia lata contra ius litigatoris transit in rem iudicatam. secus quũ est contra ius legis.*
8 *Sententia alternatiuè lata, an valeat.*
9 *Libellus generalis super iure generali formatus procedit.*
10 *Archiepiscopus ad hoc, vt possit concedere priuilegia in diœcesi suffraganei, an sufficiat consensus solius suffraganei in cuius diœcesi fit concessio, an vero omnium.*
11 *Sententia duplex, an possit in eadem instantia ferri super eodem.*
12 *Sententia lata super parte petitorum, an valeat.*

[b] Ius legis. Si quæritur qñ sententia transit in rem iudicatam, vel non, distingue hic s.dm Hẽr. Boych. in prin. huius c.

CVm inter. Valet sententia lata contra ius litigatoris : si ab ea.j.x. dies non fuerit appellatum.h.d. Et sunt duæ partes principales. Nam in prima narrat pro
cessum,& iura vnius partis. In secunda diffinit diffini
tionis causam pręmittens . secunda ibi:quamuis for-
te &c.¶ In tex.ibi:obedientiam repromitteret:supple,
& etiam fidelitatem.vr̃ patet ex antiqua ſm Inn. & sa
tis colligitur ex sententia Papæ in qua fit mentio de
fidelitate,& obedientia. fundat se ex sententia lata ra
1 tione priui.¶ † No.j.ꝗ super iure subiectionis dari po
test libellus cõtra illũ, qui subiectus dicitur.de quo.š.
de mai.& obed.inter quatuor.& in c.auditis.supra, de
2 rescrip.¶ † Item no.capitula ex quibus arguitur plena
subiectio.de quibus fit mentio in litera . & quod hñs
ecclesiã pleno iure subiectam habet illã subiectã quo
ad omnia hic in litera expressa.dicit tñ Inno.ꝗ nõ om
nia , quæ hic exprimuntur concludunt plenam subie
ctionem:quia non letaniæ,& similia, sed institutio in
spiritualibus,& fidelitas in tpalibus bene vñr conclu
dere.& facit quod hr̃.j.de priui.quoniam.& multo for
3 tius omnia hic posita simul iuncta.¶ † An aũt episco-
pus possit a se totaliter eximere aliquam ecclesiã not.
j.de dona.pastoralis , & plenius per Io. An.j.de censi.
cum venerabilis.¶ Itẽ no.epm cum debita solennita-
te posse subijcere vnam ecclesiã alteri de quo in pręal
4 legatis iuribus.& j.de excess.præla.sicut vnire. ¶ † Itẽ
no.ꝗ prælatus vr̃ posse scribi in testem in contractu,q
celebratur ad vtilitatẽ ecclesiæ : sicut ẽt põt esse testis
in causa ecclesiæ.supra.de testi.c.insuper.& c.cũ nun-
tius.cũ ibi notatis.¶ Item no.argumentum Abbatem
posse cum tirio præscribere epalia.de quo. supra tit.j.
5 auditis.& c.cum olim.& j.de priuil.accedẽtib.¶ † Itẽ
no. ꝗ quis potest se subscribere per alium in instro si
6 fortè ille alius nesciat, vel sit ĩpeditus scribere.¶ † Itẽ
no.argumentum,ꝗ sententia lata cum subiecto super
iure subiectionis sciente,& patiente olim dño præiu-
dicare vr̃ ipsi domino scienti,& patienti. & præcipuè
quando ipse dñs super illo iure pronuntiat pro alio .
sed certè,vt hic tangit.d. Ant.istud non bene hic col-
ligitur quia hic nihil dr̃,an præiudicetur episcopo sen
tentianti:Sed solum,ꝗ præiudicatur ipsi subiecto facit
quod legitur,& no.supra,de fide inst.inter dilectos.&
j.eo.cum super.& supra,de testi.spo.olim.¶ Not.ꝗ li-
cèt non sit iudicandum exemplis inquantũ inter alios
est iudicatum:tñ bene vr̃ posse iudicare exemplis in-
quantum inter eosdem est iudicatum in diuersa instã
tia.¶ No.ꝗ data nullitate concessionis cassantur om-
nia accessoria,& consecutiua ad ipsam concessionem,
7 facit.supra,de fi.instru.inter dilectos.¶ † No.ꝗ senten
tia lata contra ius litigatoris trãsit in rem iudicatam.
b secus quando est contra ius legis, [b] vt quia error est in
ea expressus.facit quod no.in l.ij.C.quando prou. nõ
est necesse.¶ No.ꝗ pro solennitate sententiæ, vt pro-
cessus præsumitur nisi aliud probetur. ¶ No.veritatẽ
præualere debere de quo etiam tangit gl. & facit.viij.
8 dist.veritatem.¶ † No. ꝗ valet sententia etiam alterna
tiuè prolata,nam valet etiam conditionaliter prolata.
9 l.j.§.biduũ.ff.quando ap.sit canonizata.ij.q.j.¶ † Not.
quod procedit libellus generalis quando formatur su
per iure generali.de quo.supra , de libelli oblatione .
c.ij.¶ In glo.sub testimonio in fine.& facit quod no.p
10 gl.xvj.q.vj.placuit.vbi gl. videtur requirere † ꝗ inter-
ueniat consensus omnium Epõrum prouinciæ,vt Ar
chieps possit concedere priuilegia in diœcesi suffraga-
nei allegat.ix.q.iij.archieps.quod est valde notandũ .
nam videretur,ꝗ sufficeret consensus illius suffraga-
nei in cuius diœcesi fit concessio,cum de ipsius solius
pñiudicio agatur,& non aliorũ, & per ꝯñs videret̃ qđ
aliorum consensus non esset necessarius.argu.regulæ
quod omnes tangit.a contrario.de reg.iur.in vj. & ſm
prædicta etiam possit intelligi.d.c.archieps.doc. tamẽ
uidentur transire cum gl.¶ In glo.sua uice.si scribere
sciunt supple,& pñt,aliàs possint etiam subscribere p
alium.per id quod hic dr̃. ¶ In ea.glo.ibi:cum alieno
annulo.

annulo.supple cum caret proprio. facit, ꝙ habetur in
l.hæredes palam.ff.de testa.& in Spe.de proba.§.vidē-
11 dū.vet.x.ad fi.¶†In gl.cardinalem.in fi. vel potes di-
cere, ꝙ licèt io eadem instantia noo possit super eodē
duplex sententia ferri.tamen secus videtur in diuersa
iostaotia.nam tunc videtur valere si ferat̃ secundū te-
norem primæ, si ferretur cootra an tūc teneat.dicet̃.j.
eo.inter monastenum,& tangitur etiam per Bar. in l.
duobus.ff.de excep.rei iudi. & in l.i.C. qn̄ pronocare
nō est necesse.& ibi etiam per Cy.& Iaco.Butri.¶ In
gl.donationis:ibi, vel priuilegia.hoc verum quādo cō-
cedens priuilegium non agebat aliquid de nouo con
cedere.secus si voluisset de nouo cōcedere, & potesta
tem habuisset.per id, quod habetur.iij.dist.priuilegia.
& facit etiam, quod habetur in c.j.& ij.j.de confir.vti.
vel inutili.¶ In gl.litigantes io fine, de materia gl. dic
vt plenè no.j.eo.c.penul. & j. qui fi. siot legi. causam
quæ.& in l.sæpe.ff.de re iudic.& ibi plenissimè dixi de
ista materia in glo.penul.in fi.¶ Aduerte tamen, quia
si in sententia exprimeretur duplex causa, quarū vna
esset expræsè cootra ius alia non sustioeretur senten-
tia virtute causæ quæ non est cōtra ius, vt notabiliter
voluit Inno.s.de renun.in præsentia,& bene facit, ꝙ
habetur in c.per tuas.j.qoi filii sint legi.secus quando
vnica causa tantū exprimitur quæ in c.ex parte.est con
tra ius.quia tunc non valet.facit, ꝙ habetur.j. de con-
ces.præben.¶ In gl.fi.in fi.vel potes dicere, quòd forte
pars dicebat primam sententiam oullā ex defectu cō
testationis litis,& ex actis apparebat cōtrariū.ideo ge
a sta sermonibus præualuerunt. [a] facit.supra.de re iudi.
l.gesta.supra.de prob.quoniā cōtra.vel scd̄m Host.ve
ritas gestorū,& actorū apparebat præsumptè.q̃a de fa
cto antiquo ꝑcedebat̃ scd̄m iostrumētū sn̄iæ quo ca-
su scd̄m eū præsumit̃ pro contestatione,& processu ar
gu.l.i.C.de cōtrahen.empt.& ꝙ habet̃.j.eo.sicut.nam
tunc res iudicata pro veritate accipitur.Ideo tunc præ
ualet sermonibus contrariis.secus scd̄m eū si factū est
recens.& obiiciatur cōtra processum:q̃a tunc nō præ
sumebatur pro processu, nisi quatenus appareat. & sic
intelligitur.c.qm̄ supra.de proba.& dicetur factū aoti
quū scd̄m eū.quando lapsum esset bienniū super quo
remittit ad notata per se.supra.de renūtia.in præsentia
no.bene hoc dictum, quia sepe allegatur.& facit, quod
no.Cy.& Bal.in l.emancipatione.C.de fide instrumē.
& quod notatū fuit c.Alberi.supra.de testi.sed de hoc
plenius dixi in d.c.quoniā.glo.fi.nam etiam videtur,
q̃d si factum non fuit antiquum dummodo sententia
traosiuerit in rem iudicatam.quòd præsumatur etiam
pro actis donec probetur contrarium.vt voluit Inn.in
c.bonæ.supra.de elec.& Specu.io titu. de senten.§.fi.
12 ver.in sententia.vt pleoè dixi in d.c.quuniam.¶†Ex-
tra glo.tangit hic Inn.an sententia lata super parte pe
b titorum valeat. [b] nam hic videtur ionui, quòd sic. In-
no.hic concludit, ꝙ si petitio,est generalis apta cōpræ
hendere plura capitula,& feratur sentētia super certo
capitulo, seu articulo.& de aliis oihil dicitur tunc cen
setur pars condemnata in vno articulo in alijs absolu
ta.& ita potest intelligi hic.Si autem petitio continet
plura.Tuoc si feratur super vno valebit, non tamen in
alijs tunc videbit̃ absolutus, vel condemnatus. nā nō
poterit postea instari, vt procedatur super articulis nō
decisis.& si non instabitur peribit instantia super illis
de iure ciuili secundum.l.properandum.§.j.C.de iud.
Si verò sit voica petitio super vna sententia, vel quan
titate, vel super vna re:tūc scd̄m eum si in parte tantū
fiat cōdēnatio, non videtur in alia parte absolut⁹ nec
condēnatus allegat.l.quidam.ff.si cer.pet.nihil tn̄ di-
cit. An ualebit sentētia super illa parte, & de materia
remittit ad notata.per Azo.in summa de arbitris. &
tangit etiam per ipsum Inoo.io c.eum inter.R.supra.
de electio.Et ex prædictis patet duo esse dubia in ma-
teria.Pnnium est an si pronuntietur super parte, taci-
tè intelligitur etiam pronuntiari super alia parte.Secū
dum est an supposito, quòd noo intelligatur tacitè ꝓ-
nuntiare:an valebit seoteotia lata super parte. de quo
etiam tangetur in glo.& doct.in l.i.C.si aduersus rem
iudi.& in l.apud celsum.§.item qoærit. ff. de doli ex-
ceptio.do. An.hic videtur dicere, quòd quando peti-
tio est generalis,& fertur sententia super certis articu
lis.& in aliis non videatur absolutus per id, quod ha-
betur in l.licèt.C.de iudi.isto tamen casu dicit, quod
valebit senteotia super articulis super quibus est lata
quæ habentur in d.l.licèt.& quod no.in c.j. supra. de
transactio.& sic videtur, quod dictum Inn.non proce-
dit, posset tamen saluari, quando dolosè omissa esset ꝓ
secutio per ea quę habentur in l.de rebus.ff.de arbi.Si
autem petitio contineat plura capitula, tunc si sunt di
uersa,& separata procedat dictum Inn. quod valet in
his super quibus est lata:nec in alijs intelligitur tacitò
pronuntiare.& hoc intelligitur verum, quando fertur
sententia per ordinarium:si autem per delegatum, vel
arbitrum, tūc si data esset forma, ꝙ deberent simul om
nia terminari nō valeret sententia.l.quid tn̄.ff. de arb.
& an in dubio intelligatur hæc agi.tangitur.j. per gl.
& Bar.nam fueruut opi.vt ibi tangitur, & etiam in d.
l.celsum.§.item quæritur.tamen, vt ibi tangit Bar. sa-
tis videtur, quòd cum ab eadem parte plura capitula
deducuntur ex quo suot separata, ꝙ nō videt̃ actum,
vt simul pronūtiet.secus qn̄ essent capitula conoexa,
vel quando per viā recōuentionis ab alia parte essent
proposita,& expræssata in cōpromisso.per id, quod ha
betur in c.i.& ii.supra.de mutuis peti.¶ Item aduerte
quia vbi sunt capitula cōoexa etiam sentētia lata ꝑ iu
dicem ordinariū super aliquibus nō valebit, ex quo nō
fertur super omnibus, quia iudicādū est de cōnexis si-
cut de vnico capitulo per id, quod habetur in l.etiam
§.i.ff.de mioo.oon tamen dicuntur cōnexa ex hoc so-
lo, ꝙ sub vno generali iure possunt compræhendi per
ea quæ dixi.supra.& quæ habentur in d.l.i.C.de iudi.
sed qn̄ aliter cōnexitatē habent, quia nō pōt bn̄ ratio
vnius discerni sine alio.facit, quod habetur in l. eum
actū.ff.de neg.gest. Si autem sit vnicum.c.Tunc sentē
tia lata super parte noo intelligitur lata super alia par
te:nec ualebit tunc sententia etiam super parte : quia
sententia censetur quid indiuiduum,& sup vno capi-
tulo debet in totum naturale, vel nō naturale.l.in hoc
iudicio.ff.fami.herci.facit, quod oo.j.de conuersi. cō
iu.placet.& in Spec.de sentē.prola.§.qualiter.uer. q̃d
si peto.oon obstat.l.i.C.si aduersus rem iudi.q̃a debet
intelligi, quādo in alia parte fuit facta absolutio. ut ibi
tangit glos.& hæc uera in causa principali.secus dicit
Host.in causa appellationis:q̃a ibi pōt pronūtiare su
per parte capituli, q̃a in residuo remanet firma senten
tia primo lata. facit quod habetur in c. Raynuti.& c.
Raynald.j.de testa. ¶ Itē prædicta vera scd̄m Bar.quā
do iudicium tenet super toto capitulo. secus si super
parte:quia tunc poterit fieri super parte tantum per.l.
constante.§.fi.ff.solu.matri.& per hoc dicit se de facto
tenuisse, ꝙ si contra possidētem partem rei sit actū ad
totam rē, & nō fuerit facta interrogatio, an possideat
io totum, vel in partem, ꝙ quia super parte quā reperi
tur nō possidere nō uidet̃ in effectu tenere iudiciū per
ea quę habentur in l.una.C.de alie.iud.& supra.de ex
ceptio.c.aduersario.cū ibi notatis.& tuoc poterit ferri
solū sup parte q̃ possidet, licèt sup alia nō ferat̃.¶ Sed
aduerte quia.l.si cōstante.§.fi.ff.solu.matri.quam Bar.

[a] Gesta sermonibus ꝑualuerunt. vide hic d. Abb. l. sui. col.ver.quęro q̃d intēdit nu.xxii.

[b] Parte petitorū valeat. an sola possit valere l vno capitulo. in alio non. si de per do. Alex. in cō sil.c.in vlt. col. in iij. volu.

allegat ibi,& in d.l.j.C.si aduersus rem iudi.videt᷑ benè probare dictū Bar.de quo vltimo dixi,quia lib pendente iudicio super parte desiit omnino cōpetere ius agendi,sed in casu Bart.in quo actum erat rei vendicatio. & consequenter petitum declarari rem spectare ad agentem,& sibi debere restitui,non desiit cōpetere dominiū ipsi agenti,& virtute talis petitionis poterit declarari agētem esse dominum totius rei si hoc sit probatum, licèt reus non possideat nisi partem per id,quod habetur in tex.& gl.in l.si a re. §.1.ff. de exceptio.rei iud.cum ibi notatis per Bar.& sic respectu declarationis dominii potest ibi sententia ferri super toto, licèt respectu restitutionis fiendæ de re solum ferri debeat pro parte possessa.& ideo videtur, quòd iudex super toto debeat pronuntiare declarando actorē esse dominum rei,& condemnando reum ad restituēdum partem quam possidet, & ab alia absoluēdo quā non possidet: nec dolo desiit possidere, & per consequens possideret, videtur quòd si solum feratur super parte ex quo potest ferri super toto non valet argumētum.d.l.in hoc iudicio.ff.fami.herc.prodest autem declaratoria sententia domini super parte non possessa: quia si quo tempore reperiatur postea reus possidere poterit peti executio contra eum. Vt cogatur illam restituere virtute dictæ sententiæ per ea quæ habentur in d.l.si a re.§.i.do.tamen Anto.hic simpliciter transit cum dicto Bar. Item non obstat his quæ dixi superius hæc decreta. Inquantum vult, quòd valeat sententia lata super parte: quia hic diuersa erant capitula, licèt sub vno genere contenta. & ideo valuit etiam lata super certis tantum, per id, quod legitur, & not. in lege licet. C. de iudi. vel potest dici, quod hic constabat iudici non esse controuersiam inter partes nisi de duobus. & ideo super illis tantum fuit lata sententia. facit, quod habetur in l. quidam æstimauerunt.ff. si cer. peta. & de materia in d. l. i. C. si aduersus venditio. & per gloss. & doct. & per Azo.in summa de arbi. circa medium.

*SVMMARIVM.*

1 *Nullitas sententiæ potest prosequi in instantia causæ appellationis.*

2 *Pro sententia præsumitur in causa appellationis, si sententia ex processu producta iustificatur.*

3 *Mandatum si conditionatur, vt quia mandat superior, quòd sententia detur pro actore si probet, quòd licèt probet, & contra eum detur sententia non tamen videbitur esse nulla.*

4 *Iudex appellationis si videat probatum per testes an debeat illis fidem adhibere.*

a Sufficit. Idē sumat hoc c.d.Ab. & an a iudice approbato per partes possit appellari, uide hic p do. Fel. in prin.

a Ausam. Sufficit a ad confirmationem sententiæ, illā nihil iniquum continere si contra ipsum aliquid non probatur. hoc dicit. Et primo ponit delegatorum processum,& sententiam,& etiam appellationem a sententia. Secūda ibi: licèt. ponit appellationem appellantis,& motiuum Papæ, & confirmatio-
1 nem sententiæ. ¶ † Not. quòd in instantia causæ appellationis etiam de iure cannnico quis potest prosequi nullitatem, nam etiam a sententia nulla appellari potest propter grauamen facti. de quo.infra. eo. di-
2 lecta. & in l. si expræssim. ff. de appellatio. ¶ † Not. quòd in causa appellationis præsumitur pro sentētia, si sententia ex processu producta iustificatur, & sic a cōtrario, si nō appareat de processu nō præsumitur pro sententia.s̄.de restitu.spol.cum ad sedē.Si autem apparet processus ex quo aperte apparet de iniustitia sententiæ,tunc tollitur præsumptio ipsius sententiæ per id,ꝙ habetur in d.l.cum ad sedem.& supra de proba. quoniam contra falsam.si autem apparet processus,etiam ex illo non apparet aperte de iniustitia, licèt non appareat aperte de iustitia videtur ꝙ pro ipsa præsumatur,nisi aliud probetur, vt hic videtur colligi,cui autē incumbat onus in causa appellationis probandi.not. per doc.supra de renun.in præsentia. & per legistas in
3 l.hi qui.C.de app. ¶ †No.ex tex.coniuncto dicto Inn. ꝙ vbi conditionatur mandatum,vt quia mandat superior sententiari pro actore,si probet,ꝙ licèt probet, & contra eum feratur sententia,non tamen videtur sententia esse nulla, quia contra probationem,nec etiam videtur iniqua,quia non semper præcisè allegatur animus iudicis ad probationem factam per partem. nam forte nō dat sibi fidē,quia fuerunt testes viles:vel quia variando dixerunt,& præsumitur iudex motus ex talibus similibus contra probationem, cum in eius arbitrio sit cōsiderare quanta sit fides testibus adhibēda.l. iij.§.j.ff.de testi. facit quod no. Inno.s̄. de proba. quoniam contra.& j̄.de fideiusso.peruenit. No.verba mandati,prædicta videntur intelligenda. si probauerit taliter, ꝙ iudici videantur probationes fore sufficientes per d.l.j.§.j.de testi. & facit quod no.Inncen.in c. prudentiam.de offi.deleg.vbi dicit,ꝙ cum talis conditio tacitè in sit si exprimatur, non credit mandatum conditionale.sed potius inducit quandam monitionem. facit,quod plene no.per Inno.de præsumptio.c.fin.& p gl.in cle.j.de offi. deleg. ¶ No.argu.ꝙ requisitio iudicis,vt sententiet videtur tollere vitium præcedentis processus,quod vr̄ posse procedere, quando tollere vitiū pēdebat a potestate ipsius partis, vt hic tangit.Io.An. post Hostien.facit quod hr̄.s̄.de offi.deleg.gratū. ¶ In gl.j.ibi:probatum fuisset quasi videtur,ꝙ hic nō fuit probatum.nam forte mandauit,ꝙ si constaret eum electū a maiori parte adiudicaret̄ sibi præbenda. & iste forte probauit per aliquos tests. sed forte iudex non adhibuit fidem, quia erant viles, vel variando dixerunt.
4 ¶ †Sed aduerte quia dubium est an iudex appel. si videat probatum per testes debeat illis fidem adhibere, & certe videretur quod sic,quia in dubio debet præsumere testes idoneos.facit, quod habetur in c. vnico.s̄. de scrutinio.& in l.j.& ij.ff.de testi.& ideo videtur, qd̄ pars,quæ obtinuit sententiam debeat coram iudice appellationis allegare,& probare causas,ꝓpter quas primus iudex non adhibuit fidem.videtur tamen velle Innocē.hic cum.c.quoniam contra falsam.s̄.de proba.ꝙ iudex a quo poterit per suas literas facere fidem, cum ipse habuerit arbitrari quanta sit fides testibus adhibēda,vt dixi in notabilibus. Sed cōtra istud est multū.c. quoniam contra falsam.vbi verbo iudicis non credit̄, nisi aliter constet ex processu, sed forte Innoc.voluit ꝙ sit speciale in hoc casu per ea, quæ habentur in d.l. iii.§.i.quia tamen ille tex.in c.quoniam.loquitur indistinctè, tutius videtur ꝙ hoc faciat scribi in actis scilicet,ꝙ testes variando dixerunt.nam hoc fieri pōt vt tāgit Inn.in d.l.quoniam. & ꝙ etiam super vtilitatem testium fuerit facta aliqua fides. ¶ In ea.glo. in fi.dicit, quod in iuribus hic allegatis, licèt esset præter formā mandati id, quod agebatur,erat tamen de coniunctis connexis mādato. ideo valebat secus in aliis quia tūc paria sunt esse præter,vel contra formam mandati. de offi.dele.prudentiam.& de elec.c. si cui.lib.vj. ¶ In gl. fi. ibi:fuit commissa.Illud potest operari, qa tollit potestatem recusandi iudicem,nisi noua causa superueniat.de offi.deleg.insinuante.Item quo ad hoc, vt valeat secundū rescriptum. licèt faciat mentionē de primo si nō facit mētionē de cōsensu habito in primo.s̄. de rescrip.caterū.Itē operat secundū Host.qa inducit præsumptio-

præsumptionem, quòd ille fuerit amicus, & cōsequenter, q verisimiliter non grauauerit: nisi aliud appareat. ¶ In ea. glo. ibi de offi. dele. de causis. potest etiam operari requisitio secūdū Host. si forma rescripti respiciēs tantum fauorem partis esset violata, quia tunc per requisitionē videretur renuntiari tali formæ. argu. §. de offi. dele. gratum. & c. fi. & quod ibi no.

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus datum ad appellandum currit a tempore latæ sententiæ, licèt sententia lata sit in diem.*
2 *Purgationis indictio an sit interlocutoria, an verò diffinitiua, & numero. 9.*
3 *Appellandi facultas tolli videtur per susceptionem termini appositi in per executione sententiæ.*
4 *Sententia transit in rem iudicatam per lapsum decem dierum a tempore sententiæ, & excluditur facultas appellandi.*
5 *Sententiæ acquiescere tacitè dicitur qui non appellat.*
6 *Tempus datum ad exequendum, licèt detur a iure sine ministerio hominis tamen potest abbreuiari, & elongari per iudicem per quem fertur sententia.*
7 *Appellari an possit a pronuntiatione de exequendo. & nu. 14.*
8 *Appellās a diffinitiua an possit in causa appellationis aliquid dicere cōtra interlocutoriam a qua non appellauit.*
9 *Sententia per quam inducitur purgatio, an sit interlocutoria.*
10 *Sententia consentire an, & quando videatur petens dilationem.*
11 *Sententiæ consentire an videatur recipiens terminum ad soluendum iudicatum.*
12 *Iudex an possit arctare terminum a lege datum condemnatis.*
13 *Exceptiones quæ sunt ab executore admittendæ, & quæ non.*
15 *Delegatus qui debet decidere causam sibi commissam intra mensem si excommunicet reum propter contumaciam, an poterit eum post mensem absoluere.*

QVod ad consultationem. a Sententia [a] per lapsum. x. dierum transit in rem iudicatā, si prius non fuit appellatum, & tempus quadrimestræ, quod datur iudicatis ad soluendum in actione personali ex causa per iudicem potest abbreuiari. h. d. In prima consultatio. In secūda re
1 †sponsio. secunda ibi taliter. ¶ †No. quod tempus datū ad appellandum a sententia currit a tempore latæ sententiæ licèt sententia lata sit in diem non autem currit a tēpore lapsus diei appositi in sententia. & ratio est: qa ipsa sententia ex sui forma granat. & ideo statim intra x. dies a tempore sentētiæ debet appellari. facit, q habet in l. j. §. biduum. ff. qñ appellādū sit. canonizata ij. q. vi. ¶ No. quod tēpus appellādi videt currere de momento ad momentū, dū dicit a eius prolatione, &c. & non dicit a die latæ sententię de qua ii. qōne. vi. ante riorum. & in Spec. de appella. §. restat in i. colum. & in
2 auth. hodie. C. de appel. ¶ †No. q indictio purgatiōis vr esse interlocutoria, & sic, vt ab interlocutoria debet appellari super quo videtur dubitare hic Inn. nam in vna parte videtur uelle, quod sit interlocutoria, in alia q diffinitiua, sed possunt concordari opi. secūdm Io. An. distinguēdo formā sentētiæ. nā si fertur sñia contra clericum nisi se purgauerit est diffinitiua. secus si simpliciter indicat purgatio: qa tūc est interlocutoria, vt dicebat Abbas ex eo, quia expectabat post se diffinitiuā, videlicet cōdēnatoriā si deficiat purgatione, vel absolutoria si obtineat. facit. j. de pur. cano. c. cū. p. &
3 c. seq. ¶ †No. q p susceptionē termini appositi sup executione sententiæ vr excludi facultas appellādi. In cōtrarium etiam potest appellari, quia hic videtur innui q si intra. x. dies a tempore sententiæ fuisset appellatū, quod potuisset præcedere appellatio, de quo tangetur
4 cum glo. iij. ¶ †Not. quòd per lapsum. x. dierum a tempore sententiæ sententia transit in rem iudicatam. & excluditur facultas appellandi. & hoc videt verū, qñ sententia est lata, vel vox iudicis habet vim sentētiæ, aliàs interdum posset etiam post. x. dies. appellari, vt voluit Archi. de appel. concertationi. lib. vj. & Spec. in ti. de appel. §. restat. ver. sed quid dices. ¶ Item hoc verum quando grauamen ex momento perficit: secus vbi continuē iteraretur, vt voluit Cōpo. & Io. An. post eū. §. de rescrip. dilectus filius. & Spe. in d. §. restat. ver. & no. secundum Vincen. ¶ An autē eoipso videat appellatum intra. x. dies. dic, quod non nisi hoc probetur per id, q habet de ap. Romana. li. vi. in ver. constiterit. & §. de testi. significa. & in c. cum speciali. de ap. §. por-
5 rò. ver. penul. ¶ †No. q non appellans dicitur tacitè acquiescere sententiæ. & sic facit, q ex sententia non iudicatur vera naturalis obligatio, sed interpretatiuè de quo per legistas in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. & per Bar. in l. iulia. ff. de condi. inde. & in l. ab eo. C. quo modo, & quādo iudex. nam potest esse, q nō appellat ex eo, quia executurus non est, vel nō intendit uel... ut si uult ... (sic) ex eo, quia executurus iurgia, & lites facit. l. item si res. ad finē. ff. de alie. iudi. non autem ex eo: quia verè consentiat. ¶ No. quod regulariter tempus datum ad executionem sententiæ de iure communi est tempus quatuor mensiū, quod est verum in actionibus personalibus, vt no. supra de offi. deleg. Querenti. & idem videt
6 in priuato cōtra nisi se purgauerit per istū tex. ¶ †No. quod tempus datum ad exequendum, licèt detur a iure sine ministerio hominis, tamen potest abbreuiari, & elongari per iudicem per quē fertur sententia de quo plene per glo. & Bar. in l. ii. ff. de re iudicata. & facit, q dictum fuit in c. i. supra. de dilatio. & no. literā inquantum vult, quod debebat fieri a iudice sedente. Et sic debet fieri cum causæ cognitione. de quo in l. a procedente. C. de dilatio. & d. l. ii. de re iudicata. ff. ¶ Not. q per susceptionem termini abbreuiati quis videtur approbare terminum, vt sic de abbreuiatione deinceps non possit conqueri. ¶ No. quod ab executore, & executionis actu non appellatur nisi inquantū mod[a] excedatur. facit, quod habetur. supra. de offi. deleg. super quæstionum. §. i. & C. quorum appellationes nō recipiantur. l. ab executore. ff. de ap. & ii. q. vi. §. sunt quorū ver. ab executore. ¶ Et no. quòd vbi appellatur ab executione debet causa exprimi, quia appellari non pōt: nisi modus excedatur, & modum excedi non potest petere nisi causa expressa, & hoc etiam tenet Spec. in ti. de executione sententiæ. §. nunc dicendum. ver. sed nunquid. & in tit. de appella. §. in quibus. ver. quinto.
7 & per Bar. in d. l. ab executore. ff. de app. ¶ †An autem
b a pronuntiatione de exequendo possit appellari. [b] gl. tenuit qđ sic in d. l. ab executore. ff. sed Cy. ibi etiam Bar. in l. ab executore. ff. de appel. tenent contra, quia eadē est ratio quæ est in ipsa executione. & ideo vtrobiq; nō potest appellari: nisi modus excederetur. Quædam autem tractat hic Inno. quæ hodie sunt decisa in c. fin. j. eo. lib. vi. & eo. titu. & lib. c. non solum. de quibus dic, vt in dictis iuribus. Nam tractabat hic Innoc.
8 †An ille qui nō appellauit ab interlocutoria si postea appellet a diffinitiua possit in causa appellationis prædictæ aliquid dicere contra dictam interlocutoriam. Nam hodie decisum est, quod sic, si talis interlocutoria concernebat merita causæ. aliàs secus, vt habetur in c. fi. de appella. in vi. Item erat dubium an si executio sententiæ facta fuerit intra. x. dies. si postea appelletur ante lapsum decem dierum. An reti actabitur executio per viā attentati, qđ hodie est expeditum in c. non solū. de appella. in vi. & per legem ex iudiciorū. ff. de accusatio. & in l. i. ff. nihil innoua. app. pē. ¶ In gl. i. in fi. Et sic vult gl. qđ hic fuerint duæ sententiæ separatæ se inuicem non cōtingentes, vna fuerit per quā

[a] Sentētia eodem modo summat hic d. Abb. & si quęrat iudex, vel executor debeant exceptiones ad mittere. di. stin. hic secundum d. Hē. Boych. in prin.

[b] Appellari an possit a pronūtiatiōe de exequendo.

indicta fuit purgatio alia condẽnatoria in causa pecuniaria.sed Inn.hic posuit aliũ, & secũdũ Intellectũ videlicet,ꝙ fuerint duæ sententiæ se inuicem contingẽtes.nam vna fuit interlocutoria, quòd se purgaret.j.xx.dies. Alia diffinitiua,quòd nisi se purgauerit priuabatur ecclesia.& a neutra istarum sententiarũ appellauit j.x.dies.Nam si appellasset a secũda diffinitiua nõ ptæiudicasset sibi interlocutoria:sed quia a neutra appellauit.j.x.dies.& terminum sine contradictione recepit,mandatur sententia executioni.Tertium intellectum ponit hic Inno.quòd hic fuerit tantũ vnica sententia,& istum exemplificat primo in causa ciuili mera,vt quia faciente pręsumptione pro actore cõtra reũ fuit lata sententia contra ipsum reũ, vt nisi.j. xx. dies innocentiam suam,& præsumptionẽ purgaret,solueret decẽ quã tñ purgare poterat per iuramẽtum.supra de iureiurã. c. fi. Secundo exemplificat in causa ciuili ciuiliter mota de crimine furti nõ manifesti ad consequendũ duplum,vel vi bonorũ rapto. ad quadruplũ, quia præsumptione faciente cõtra reũ lata fuit sñia cõtra ipsum,vt soluat duplum,vel quadruplũ nisi purgauerit se.j.xx.dies.& secundum hoc no.qđ etiã in causa criminali ciuiliter mota ad pœnam applicandã parti potest deferri iuramentũ necessarium de quo plene in c.fi.de iureiuran.põt etiam secũdum Inn.intelligi tex. qđ fuerit vnica sententia,sed alternatiua, qa præsumptione faciente contra reum fuit condẽnatus ad soluẽdum decẽ vsq; ad.xx.dies.aut ad iurandum,ꝙ nihil debet.Et sic ad se purgandum.j.xx.dies.facit, qđ habeť in l.miles.§.j.ff.de re iudica. Nam potest sententia alternariue proferri per ea quæ ibi habenť. & similiter conditionaliter,vt ii.q.vj.biduum.de quo etiã in Spe.
9 de senten.prola.§.iuxta.ver.sed certè.¶ † In gloss.ij. in fi.sed aduerte,quia hic potest esse dubium, An sententia per quam inducitur purgatio debeat dici interlocutoria. An uero diffinitiua,vt sic sciatur an in appellatione sit exprimẽda causa,vel non.& Inn.hic uariauit,qa in vna parte sensit, qđ esset interlocutoria. In alia,quod esset diffinitiua.concorda opinio. vt dixi in notabilibus,quia attendi debet forma sentẽtiæ. Nam si simpliciter indicitur purgatio est interlocutoria.sec⁹
10 nbi priuať ecclesia nisi se purgauerit.¶ † In gl.iij.in fi. ubi patet,quòd petendo dilationem nõ videť quis in iudicẽ consentire, sed certè loquitur ibi de dilatione quæ datur ad deliberandũ:ideo nõ videť cõsentire.facit,qđ habeť in auth.offerať.C.de lit.cõtest.sed hic loquiť de dilatione ad soluẽdũ,ideo tũc facilius induciť approbatio.¶ Aduerte tñ,quia Inn.hic notabiliter dicit,qđ aliud est qñ appellatio pendet, qa tunc petẽdo vel recipiendo terminum videť appellationi renũtiare,vt in c.gratum.& c.cum venissent.allegatis in glo. ¶ Quid autem quãdo nondum est appellatũ. sed põt appellari,quia differentia est an quis recipiat terminũ sibi statutum,& nõ vř renuntiare appellationi fiẽdę. Et ita intelligit istum tex.aliud si petit terminũ ad soluendum,quia tunc bene videtur renuntiare.Et sic intelligit.l.absolutionẽ.C.de re iudicata. & per hoc dicit Io. An.qđ aliud est petere terminum.aliud suscipere.Itẽ aliud est recipere sponte,aliud cõtradicere. De quo ẽt aliquid tangeť cum gl.penul.¶ Et no.multum diligenter dictum Inn.ꝑ limitatione dictæ legis absolutionẽ.sed do.An.aliter hic dicit,& fuit de mẽte do. de Rota in sua cõclu.cclxxxj.Nã dicit ipse, qđ aut suscipit terminus ad exclusionẽ iurisditionis,& cõseruationẽ appellationis.& tunc nõ diciť renuntiare appellationi,& si illa pẽdeat.per id,ꝙ no.gl.in c. si a iudice. de ap.in vj.& ibi patet exẽplum,qñ quis suscipit terminum ad docẽdum de grauamine corã iudice a quo,ad finem vt excludat eius iurisdictionem.facit quod no. per Inno.infra.de appel. solicitudinem. Interdũ vero suscipitur terminus ad executionem sententiæ, vel grauaminis illati. & tunc renuntiatur appellationi, siue pendeat,siue possit fieri per ea,quæ habenť in d.l. absolutionem coniuncta gl.Interdum vero terminus nõ tendit ad executionem grauaminis illati. Et tunc renuntiatur appellationi,siue pendeat,siue possit fieri.ꝑ ea,quæ habentur in d.l.absolutionem. coniuncta glo. Interdum vero terminus, non tendit ad executionem grauaminis illati, vt quia forte iudex grauauit in vno articulo, & pars recipit terminum ad probandum in alio pendente tempore ad appellandum a grauamine illato.& tunc aduerte,quia si appellatio nondum pẽdet,quia non est interposita, non videtur renuntiare, quia iudicium redditur in inuitum donec quis fuerit exemptus a iurisditione iudicis.l.inter stipulantem.§. i.ff.de verb.signi.Et hoc tenuit Host. supra de testi.significauerunt.& Inno.in c.solicitudinem.j.titu.j. Tutius tamen est,vt dixit Host.in loco præalleg. vt recipiat terminum saluo iure appellandi a grauamine illo.Si autem appellatio penderet,tunc bene intelligeretur renuntiare appellationi. Quia non cogebať tũc terminum recipere. & illa statutio termini supponit iurisditionem in iudice statuẽte.& ideo susceptio termini a iudice a quo licèt in articulo est cõtraria appellationi.ideo tunc videtur illi renuntiare. per id quod habetur.in d.c.gratum.& c.cum venissent.Si autem susciperetur terminus ad deliberandum,tunc non vř renuntiare per ea, quæ habentur in auth. offerať.præalleg. & hæc est conclusio d. Ant.in effectu ad quam dř posse reduci,quod no.Io. An.in c.fi.de app. in vj. Super gloss. in verbo appellatum,in prima suppletione. ¶ Sed aduerte,quia non vř perfectè dixisse,qa nõ ponit differentiam inter petere, & suscipere, quam posuit hic Innocen.& Ioan. Andr. & facit etiam ꝙ se no.in d.c.fina.de appella.in vj.vnde potes dicere,ꝙ in tertio membro,quando agitur de tertio, quia non rendit ad executionem grauaminis, ꝙ si petit terminum in alio articulo, quia non cogebatur tunc renuntiare videtur appellationi fiendæ, ut voluit Innocen. secus quando suscipit sibi statutum. Quia interim tenetur iudici obedire antequam sit exemptus ab omni iurisdictione.¶ Item aduerte,quia potest esse dubium, An ista differentia inter petere,& recipere habeat locum quando terminus tendit ad executionem grauaminis illati.Innocen.hic videtur velle,quòd ideo repellatur ab appellando, quia lapsum erat tempus decem dierum.sed vt dixit domi. Anto.in hoc sentit contrariũ.
11 & idem domini. de Rot.in loco præallegat. ¶ † Item videtur velle Bal.in l. absolutionem. ibi enim tenet, quòd recipiendo terminum ad soluendum iudicatũ videatur consentire sententiæ. Et ista pars forte verior est de iure,quia non potest negari,quòd tacitè videatur satis consentire sententiæ recipiendo terminum ad soluendũ. Ergo debet induci renuntiatio appellationis,etiam fiendæ.argum. præalleg.c. gratum. nec obstat iste text. quia potest dici, ꝙ etiam non potuisset appellari.intra. x.dies si voluisset. Ex quo a cęteprauerat spõte terminum non debet audiri appellãs, nisi modus executionis excedatur.Si tamen velles defensare Inn.posses dicere, ꝙ ibi in fine non negat,qn potuerit appellare.intra.x.dies si voluisset a sñia appellare.Sed quòd non potuisset appellare ratione breuitatis termini,ex quo sponte ipsum terminum recepit. Item posses dicere, quòd ex quo non petit terminũ, sed recipit statutum, ꝙ videatur recipere quasi inuitus adhuc est sub iurisdõne iudicis.quia nondum est appellatum

appellatū,& potest dici. ꝙ intelligaṫ recepisse saluo iu
re appellandi,in simili voluit Inn.in d.c. solicitudinē.
& Hosti.in c.significauerunt.& Io.An.in d.c.fi. super
glo.de appellatio.in vj.Vnde ꝓbabiliter posset defen-
12 sari opinio Inno.per hunc t.x.¶†In gloss.penul.in fi.
vel potes dicere, vt hic voluit Innocen.& Host. quod
contrarium proceuit,quādo inuita parte fieret abbre
uiatio.secus quando sponte recipit terminum breuio
rem: quia tūc etiam sine causa iudex statuit breuiorē,
tamen tenet statuitio,& imputet sibi pars quę sponte
suscepit,vt litera hic dicit.dicit tamen Inn.quod si cō-
tradicat,& non appellet censebitur sponte suscepisse:
q̄a non sufficit contradictio sine appellatione in actu
iudiciali.facit,quod legitur,& no.in l.j.& ij.C.de rela
tio.& per Inno.in c.1.j.de his quæ fiunt a maio. parte
capituli.sed Host.contradicens,ꝙ si contradicat,vel in
uitus recepit non videbitur sponte fecisse,potes dice-
se ꝙ si quæritur quo ad hoc,vt suppleatur tēpus qua-
drimestræ si minus sit datum tūc satis sit , ꝙ contradi-
xerit.Licèt non appellauerit si iudex sine causa id fe-
cit:quia tunc non est imputandū parti:ex quò sponte
non recepit terminū.Et sic cessat ratio de qua in lite-
ra,& hic videtur,ꝙ verior sit opinio Hostien.¶ Si aūt
quæritur quo ad hoc, vt sententia in alio non noceat
tūc clarum est,ꝙ nō sufficit cōtradicere nisi appelleṫ.
nam aliàs transit sententia in rem iudicatā. s̄. de elec.
cum dilecti.circa finem.Et ideo tunc ex quò nō appel
lat quodāmodo videtur consentire,vt voluit hic litera
io ver.taliter.in glo.fi.ibi plus aggrauando illū.puta si
fortè ille cōtra quē fiebat executio habebat exceptio-
nem,ne exigeretur vltra quam facere possit deducto
ne egeat,vt l.Nesennius.ff. de re iud. & l. ex diuerso.
ff.sol.matri.Nam si iudex velit eam insolidum exige-
re.licèt non excedat mandatum datū sibi ab homine,
tñ quia excedit modum executionis datum a iure po
terit appellari.prædicta enim exceptio debet admitti
in executione: quia illā recipit: nec impugnat sñiam.
facit,quod legitur,& no.in d.l.nesennius.per Bar.& l.
j.C.de iur.& fac.igno.¶ Item posset excedere modum
executionis datum a iure si primo velit exequi in im-
mobilibus,quò mobilib᷑.l.a diuo pio.§.ii.ff.de re iud.
excedit etiam modū datum a iure, quādo vellet exe-
qui ante tēpus,vt j.tāgit gl.& multas alias tangit Spe.
in ti.de executio.sententię.§.fi.& de appella.§.in qui-
bus.uersic.v.& seq. ¶ Item excedit modū quādo vult
admittere exceptiones nō admittendas , & super illis
iudicare.l.si vt proponis.C.de re iudi.& j̄.tangit gl. &
in prędictis casibus potest appellari.Si autem sit casus
in quo iudex possit recipere,& non recipere , & sic in
ptāte sua sit tūc nō vṙ posse appellari,siue recipiat , si-
ue nō,per ea q̄ no.Io.An.in c.exceptionē. & c.fi.& qđ
habetur.ff.de iudi.l.non quicquid.Et ex prædictis pa-
tet, quòd licèt quis non excedat formam mandati ab
homine tamen potest excedere formam executionis
datam a iure.ꝙ quando sit patet ex prędictis.Et sic sol
litur obiectio glo. Host.tamen dicebat , ꝙ licèt faciat
contra mandatum datum ad homine,& sit nullum, ꝙ
agit.Et per hoc non sit necesse appellare.s̄.eo.c. tamē
poterit appellari,& erit vtile ne grauetur saltem de fa
cto.Nam etiam de facto posset fieri executio.facit , ꝙ
habetur in l.gesta.ff.de mino.& ꝙ a sentētia nulla pos
sit appellari etiā habetur in l.si expræs sim.ff.de appel-
la.j̄.tit.j.dilecto.vel potest dici,scd̄m ipsum Hostiē.ad
contrariū glo.ꝙ licèt executor faciat id,qđ sibi māda-
tur,tamen mādatum posset esse iniustum , vel nullū ,
vel surreptitiū.Et sic poterit apppellari scd̄m eum.sed
do.An.hic dicit hāc solutionē procedere inquātū mā
datū esset nullū,vel surreptitiū,secus vbi esset iniustū
quia tunc grauamen nō infertur ab executore,sed ab
illo qui protulit sententiam, sed certe dictum Hosti.
videṫ posse saluari , quādo esset iniustum ratione ex-
ceptionis competentis ad materiam causæ quę oppo-
ni posset post sententiam . Vt quia esset de notatis in
l.j.C.de iur.& fac.igno.per ea quæ.j.tangenṫ. Sed vt i
esset exceptio quæ nō posset opponi post sentē.iā pos
set procedere dictum do.An.¶ Item aduerte, q̄a glos.
hic posuit quasdam exceptiones quas tenetur admit-
13 tere executor.¶ † Circa hoc autem quæ exceptiones
a admittendæ sint, vel non,fuerunt opiniones:quarum
tres recitat hic Io.And.& do.Anto.post cum de q̄bus
etiam in c.de cætero.s̄.eo.per Inno.finaliter concludit
do.Ant.ꝙ si iste executor est mistus , quòd quando sit
colligitur ex his quæ dixi in d.c.de cætero. & per Bar.
in l.a diuo pio.in ptin.ff.de re iudica.tunc tenetur om
nes exceptiones admittere.Et si non admittat poterit
appellari.supra.de offi.dele.ex parte.Et de tali execu-
tore non loquitur hic.Sed de ipso potest intelligi secū
dum aliquos.l.si prętor.§.Marcellus.ff.de iudicijs.Sed
certe,vt dixit Host.ibi potius loquitur de mero execu
tore.Quidam vero est merus executor datus ad exe-
cutionem sentētiæ latæ,& tunc est aduertēdum.Quia
quædam sunt exceptiones concernentes executionē.
Puta,ꝙ quis non exigat vltra quam facere possit, vel ,
quod primo fiat executio in bonis mobilibus, faciat.
d.l.a diuo pio.§.ij.& l.nesennius.eo.ti.Et istas debet ta
lis executor admittere.Ex quo ipsam executionē com
missam respiciunt,arg.c.præterea.&.c.ex literis.supra.
de offi.deleg.& l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.
de procura.& quod legitur,& no.in l.penul.ff. de con
fes.¶ Quædam autem sunt exceptiones quæ concer-
nunt iniustitiam sententiæ exequendi. Et tunc cōclu
dit hic do.Anto. quòd talis executor non tenetur nec
potest eas admittere, nisi vt superiori referat si velit in
istis si admitteret eas ad discutiendum posset appella
ri,vt dixit glo.Si autem repellit non poterit appellari.
& idē si non admittit etiam ad referēdum secundum
eum:quia non poterit appellari ex eo,quia in faculta-
te sua est , an taliter admittat.facit,quod no.Io.An. in
c.exceptionem.circa finem tex. supra. de exceptio. &
sic transit do.Anto.sed aduerte,quia non videtur per-
fectè dicere in hoc casu.Nā aut erat exceptio quæ nō
poterit obiici post sententiam sicut regulariter cōtin
git de qualibet peremptoria.l.peremptorias.C. sentē.
rescin.non posse.Non potest admitti etiam ad referen
dum per ea quæ habētur in d.l.ad peremptorias.Ideo
si contrafaciat poterit appellari.Si autē erat exceptio
de illis quæ possunt opponi post sententiam in execu
tione,vt quia erat de notatis in d.l.j.C.de iuris, & fac.
igno.vt est exceptio Macedoniani,vel velleiani , etiā
quando opponitur peremptoria per militem tunc vi-
detur, quòd ex quò exceptiu ista potest obiici in exe-
cutione,ꝙ debeat illā admittere nō , vt iudicialiter de
illa discutiat : q̄a nō debet assumere partes iudicis,sed
executoris,vt tāgit hic gl. sed vt quasi extraiudiciali-
ter se informet.An habeat obstare,vel nō.vt si nō ha-
beat obstare exequaṫ eā nō obstāte,facit l.satis. C. de
fal.Aliàs vṙ,ꝙ debeat supersedere,& referre superiori
per id,ꝙ habeṫ.s̄.eo.de cætero.Et,ꝙ dicitur in sequēti
mēbro.Nam eadē ratio videṫ vtrobiq; ex quo est ex-
ceptio quæ potest opponi in executione.Et per conse
quēs idē ius debet esse,argumentū capituli secundi.s̄.
de translatio prælato.¶ Quędam autem sunt exceptio
nes quæ respiciunt nullitatē sententiæ.Et tunc cōclu
de,qđ si uelit admittere ad finē iudicialiter discutiēd.
non videṫ,qđ hoc possit per ea quę habenṫ in dicta.l.si
vt ꝓponis.C.de executione rei iudicatæ.& ꝙ dixit hic

a Quæ exceptiones sint admittende, vel non,quādo autem iudex possit repellere excipientem iniustè, & denegare sibi audiētiā vide per d. Alex.in cō. si lxv. in v. col.l j. vol. & in cōsil. xli.col.iiij. in vj. vol. misc.

glo.Et ideo si contrariũ facere vellet posset appellari.
¶ Si autem vellet summariè se informare. an calum-
niosę opponatur,uel non, vt si repellat eas si reperiat
calumniosè opponi,& exequatur iuxta.l.satis apertè
C.de falsis.Si autem non calumniosè opponat super-
sedeat executioni,& referat ad superiorẽ. Et tunc po-
test hoc facere per ea quæ habent.supra. eo. Et ista uĩ
ueritas.tamen dominus Ant.hic aliter uidetur cõclu
dere.Nam dicit,quòd aut petitur, vt admittantur ta-
les exceptiones,& summarim examinentur ad finem
repellendi. Et tunc iuste petitur,& si non admittitur
poterit appellari.Allegat.l.secundam.C.de fal.Aut pe
titur,vt admittat ad finẽ plenariè discutiendi,uel non
exequendi.Et tunc si notoriè constat de iniustitia exce-
ptionis,quod potest esse quando constat ex cõfessio-
ne partium.tunc debet admittere tales exceptiones,
& non exequi,aliàs modũ excederet,& posset appella
ri.Et sic potest intelligi secundum Host.l. si prætor.§.
marcelllus.ff.de iudi. Si verò non constat notoriè.tunc
si admittit ad finem discutiendi, & cognoscendi. Et
tunc poterit appellari per ea quæ habentur in l. si ut
proponis.allegat in glos.Si autem uult adimere ad fi-
nem referendi. tunc potest,& si hoc faciat non pote-
rit appellari. Idem dicit si hoc non faciat,quia nec ẽt
tunc poterit appellari, cum illud sit in eius facultate
seu potestate.Facit,quod notat Io. And.in c.exceptio-
nem.de exceptio.ante gl. quod dicit procedere etiam
si pars opponens offerat se paratam probare per testes
de nullitate qui interfuissent sententię.Quia licèt exe
cutor habeat iurisdictionem contra rebelles.vt de of-
ficio delegati.in c.ex literis.Non tamen habet iudicia
lem indaginem,vt in præallegata.l.si vt proponis. C.
de executione rei iudicatæ. Et per hoc dicit Hostien.
glo.in dicto §.Marcellus non procedere. Inquantum
vult admitti probationem fiendam per testes. Et hoc
dicit procedere,quando alius est executor ab ipso ꝓ-
nuntiante.sed ipse pronuntians benè tenetur admit-
tere exceptionem nullitatis per id, quod habetur de
exceptionibus.pia.§.pen.lib.vj.& de offi.dele.pastora
lis.§.quia vero. quod est intelligendum, quando op-
ponitur.vt debeat,vt quia opponens offert se inconti
nenti paratum probare:quia iudicium executionis ex
peditur summariè modo admittuntur exceptiones re
quirentes altiorem indaginem.vt no.Bar.in l.iij.§.cõ
demnatum. ff. de re iudi. & facit, quod habetur in l.
iij.§. ibidem. ff.ad exhiben. sed aduerte, quia non vi-
detur perfectè dixisse Hostien. nec domi. Anto. quia
uidetur, quod si opponatur exceptio nullitatis tenea
tur executor illam admittere ad finem, ut uideat an ca
lumniosè opponatur.& sic procedendum sit ad execu
tionem illa non obstante. An vero non calumniosè
opponatur.& sic supersedere debeat, & deferri nego-
tiũ ad superiorem per tex. in d.c. de cætero.ubi dicit,
quod deferri oportebit quæstiones quæ inciderunt ad
superiorem,& sic non est simpliciter in potestate exe
cutoris taliter admittere.Imo etiã necessitat.& ideo si
non admittat ad finem prædictũ poterit appellari qua
si modum excedat.Et ad hunc finem uidetur ẽt,ꝙ po-
terit recipere probationes per testes,& sic possit salua
ri gl.in d.§.Marcellus. Et pro hoc faciat,quia ex quò
exceptio nullitatis potest obijci contra executionem.
d.l.iij.§.cõdemnatũ.& facit,quod habet. supra. eo.c.
i.ergo non debet esse in potestate executoris illã indi
14 stinctè reijcere.an † autẽ a pronuntiatione de exequẽ
do possit appellari.tetigi superius, & dixi, ꝙ non nisi
modus excedatur. Et pro hoc uidetur,qđ si sententia
feratur super actione in factum descendente ex re iu-
dicata.Cum illa tendat ad executionẽ sñiæ nõ poterit
appellari,vt etiam voluit Specu. in tit.de execu. sen.
§.breuiter.ver.sed secundum. ¶ Nunquid autem si ap
pelletur vbi modus exceditur suspendatur solum exe
cutio quo ad id in quo exceditur. an vero in totũ. po-
suit Specu.in ti.de execu.sen.§. nunc videndum.vers.
sed nunquid vbi concludit,ꝙ si in appellatione expri
matur in quo sit excessus,in illo tantum suspenditur.
Si autẽ non exprimitur, tunc in totum suspendit exe
cutio ratione dubitationis. de quo plenius dic vt ibi.
¶ In eadem glo.in fi.& sic videtur illa lex velle, ꝙ ex-
cedens fines mandati. non faciat contra mandatum,
sed aliud.Sed potest dicere,ꝙ si mandatum est limita-
tum super certo,vt si mandaui rem emi pro decem,&
emitur pro duodecim.tunc taliter excedens dicitur fa
cere contra formam mandati.Et nullum est qđ agitur
ad præiudicium mandati. Si autem non est limitatũ
super certo. vt quia mandatum est ꝙ mittat in posses-
sionem bonorum valentium centum, si mittat in pos
sessionem aliquorum bono. de quibus dubitetur. an
vltra valeant.tunc ratione dubitationis appellari dẽt.
ex quo non est certum factum esse contra formam mã
dati. facit quod habetur.s̃.e.c. cum inter.circa finem.
15 ¶ † Vltimo tangit hic Host. vtrum delegatus cui cau-
sa cõmissa est decidenda intra mensem. Si excõicet
reum propter contumaciam poterit eum post mẽsem
absoluere.& concludit ꝙ non,quia expirauit potestas
delegati per lapsum termini.supra de offi.dele. de cau
sis.ideo tunc recurrendum est ad Papam, si erat dele-
gatus Papæ.s̃.de offi.ord.pastoralis. circa finẽ. de quo
ẽt hic per Io.An.& do.Anto.post eum.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio rei iudicatæ qualiter debeat proponi.*
2 *Testis deponens super sententia alia lata qualiter habeat deponere.*
3 *Sententia potest probari per testes.& nu.11.*
4 *Causa,an sit necessario in sententia exprimenda.& nu.8.*
5 *Consuetudo fori,& loci vbi pronuntiatur sententia attendi debet quo ad solennitatem.*
6 *Testimonium quando dicatur nudum.*
7 *Testis,an teneatur reddere causam scientiæ,sui dicti.*
8 *Iudex an, & quando,teneatur exprimere causam in sententia.*
9 *Solennitatem circa instrumentum allegans debet illam probare.*
10 *Testis descriptus in testamento,an præsumatur rogatus.*
11 *Notarius,an præsumatur rogatus.*
12 *Exceptio tu non habes mandatum reddit iudicium nullum.*

SIcut nobis. Sententia sine ex-
pressione causæ la-
ta tenet.h.d.cõls diuisio, cõsultatio,&
responsio.secunda ibi:cũ autẽ. ¶ Not.
argumentũ, ꝙ super iure personali an-
nuæ protestationis agi, põt possessorio
iure caconico.& sic dari põt talis iuris quasi possessio.
de quo per Cyn. in l.si certis annis.C.de pactis. & per
Bar.in l.fi.ff.quorum bo.& facit etiam ꝙ ipse no.in l.
fi.vti possidetis.& quod etiam no.per Io.An.in c. que
relam.de elec.& c.peruenit. de censi.& plene per d.
1 Anto.in repe.c.vlt.s̃.de causa pos. ¶ † Not.practicã ꝓ-
ponendi excepcionem rei iudicatæ, videlicet vt dicat
se non teneri.qa aliàs fuit absolutus. & nota ꝙ hoc ca
su cum opponatur ad merita causæ videtur induci lit.
contest.secus si opponeretur ad impediendum conte-
stationẽ litis.vt qa diceret non ꝓcedẽdũ in cã.qa aliàs
fuit absolutus in c.j. vbi plene,de lit.contestatione. in
2 vj.de quo etiam hic in gl. ¶ † No. practicã quã hẽt ser-
uare testis deponens super sententia aliàs lata: qa de-
bet deponere super quo sit sentẽtiatum,& cõtra quẽ,
& a quo iudice sit lata.Et nota,quòd debet taliter cõ-
cludere,ꝙ cõcludat iurisdictionẽ in iudice, sufficit sñ
si est ordinarius,ꝙ simplr nominẽtur, qa eius iurisdõ
notoria

notoria est,vt legitur,& notatur.s̄.de offi.deleg. cū in
iure.Si autem sit delegatus dēr dicere a quo sit delega
tus.dicit tñ Inn.hic,ꝙ si dicat talis autoritate talis Epī
tulit sententiam,verificari pōt siue tulerit tanquā le-
gatus,siue tāquam officialis eius,vel vicarius.¶ Et no
ta benè,quod non videtur arctari testis.vt dicat, quod
sententiauit in scriptis.quia talis solennitas videt̄ tan
quam intrinseca præsumi etiam qñ a teste profertur.
fortè tamen hoc speciale propter autoritatem rei iudi
catę.quia aliàs vbi ius requirit scripturam videtur, ꝙ
debeat probari per scripturā. per id,quod habetur de
sent.excō.cum medicinalis.lib.vj.& quod no.Inn. in
c.innotuit.j.de eo qui fur.or.recepit.¶ Nota,ꝙ nō est
necesse,ꝙ testis assignet causam quæ mouerit iudicē,
nam in dubio præsumi debet iusta causa motus.facit,
quod habetur.s̄.de tenun.in præsentia.& in l.j.seu. ij.
C.de offi.ciui.iudi.& ex hoc nota,ꝙ licèt testis arctet̄
qñq; ad assignandā causam sciētiæ dicti sui non tñ ar-
ctat̄ ad assignādā cām dicti , vel facti ad se relati. & sic
nō artatur dicere cām mouentē factū,vel dictum, qd̄
3 refert.s̄.facit,quod no.in c.super hoc.de renū.¶† No.
sententiam posse probari per testes.facit,ꝙ habet̄.s̄.de
testi.Albericus.& sic no.quòd etiam actus de quo exi
git̄ scriptura,vt est sn̄ia.facit.j.de re iudi.c.fi.in vj.pōt
ꝓbari per testes.facit pręal.c. Albericus. j. de priuile.
cum olim essemus.& per do.de Rota sua cōclusione.
cccccij.Aduerte tamen,quia ibi vr̄ velle hoc simplici-
ter procedere.sed fortè hoc nō est verū indistinctè.qa
aliàs frustra requireret̄ scripturę si indistinctè posset ꝓ
bari ꝑ testes,ꝙ nō est dicēdū.ar.l.si qñ.ff.de leg.i.& de
priui.si Papa.li.vj. & quia vr̄ ꝙ debeat ꝓbari casualis
amissio scriptura.vt d.c.cū olim essemus.& l.testium.
C.de test.nec ob.iste tex.& præalle.c.Albericus. quia
pōt intelligi , ꝙ hic testis deponebat sn̄iam latā fuisse
in scriptis,licèt lr̄a nō exprimat,vel spāle est ꝑ ꝑ auto
ritatē rei iudicatę,vt ꝑsumat̄ lata in scriptis,& solēni-
4 ter ꝑ id,ꝙ litera dicit in fi.hic.¶†Not.cām in sn̄ia nō
esse necessario exprimendā maximè vbi habet̄ copia
peritorū. & sic est ar. quod præbēs consiliū in ciuitate
cū allegationibus.secus vbi non est copia peritorum.
de quo in Spec.de senten.prola.§.qualiter.versi.cæte-
rum.& de consilj exhibitio.§.primo.versiculo.& nota
ꝙ consiliarii.Io.An.hic dicit,& sic cōiter seruatur , ꝙ
vbi consilium dat̄ ad instantiā alicuius partis tūc dat̄
cū allegationibus.Sed vbi dat̄ ad instantiā iudicis cō-
mittentis cām consilio sapientis.tunc cōmittit sine al
5 legationibus.¶†No.in sententiis,& solennitate sen-
tentiarum debere attendi morem, & consuetudinem
fori,& loci vbi promulgatur sententia.¶ No.ꝙ pro iu
stitia,& solennitate sentētię præsumitur etiam surgit
hæc præsumptio ab autoritate rei iudicatæ.de quo in
c.in præsentia.s̄.de renun.& l.hærennius.§.caia.ff. de
6 euictioni.¶†No.testimonium appellari nudum quan
do non est causa inserta.Goffre.tamen hic dicit,quod
alio respectu testimonium nō erat hic nudū, sed vesti
tum vestimentis necessarijs,quia testes dixerunt de iu
dicis cōmissione,& de ipsius sentētia.& super qua cā
fuit lata.Et pro quo,& contra quē non valuit testimo
nium.nam motiua iudicis in sententia proferēda pl⁹
vestiunt sententiam quàm ipsum testimoniū.¶ In gl.
hęc exceptio capituli primi de litis contestatione . in
vj.& sic uult glo.ꝙ hic non fuit opposita exceptio ad
impediendum contestationē . licèt potuisset opponi.
7 de quo dixi in notabilib⁹.Et plenè in pręalle.c.j.¶†In
glo.ij.io fi.nota benè ex gl.quòd testis non tenet̄ red
dere causam scientiæ dicti sui nisi fuerit interrogatus,
& hoc ne videat̄ verbosus.Et ideo valet dictū eius , li-
cèt cām ꝑdictā non assignet. si nō est interrogatus,de
quo in c. si qñ.de rescriptis.& in c.cū cām q̄.de testib.
Et ideo cautū est,quod pars faciat interrogatoria , vt
testis interrogetur de causa scientiæ . Item hęc vera ,
quando deponit super his quæ sunt facti . Si autem
deponeret super his,quæ sunt iuris,vt super dominio,
vel similibus.tunc non creditur sibi nisi assignet cau-
sam dicti sui etiam non interrogatus , vt voluit Inno.
in d.c.cum causam.& Barto.in l.solam.C.de testibus.
8 ¶†In glo.penultima.ibi:ad hoc potest dici,&c. Potes
a concludere,qd̄ iudex ᵃ si vult potest exprimere cām :
vt hic tangit glo.An autem debeat exprimere dicit,ꝙ
regulariter non tenetur exprimere. fallit in certis casi-
bus in quibus.j.dicetur.¶ Aduerte tñ , qa etiā si in il-
lis non exprimatur nihilominus tenebit sententia, vt
videtur velle hic gl.Et facit,quod notatur in c. in tan-
tum.xxj.distin.casus autem in quibus deberet expri-
mere sunt isti.Primus in causa appellationis . Vbi ex
nouis actis reuocat̄ prima sententia.vt hic tangit gl.ii.
Secūdus,qñ propter inep⁊ā actionē absolueretur re⁹.
s̄.de iudi.in c.examinata. Tertius secundum leges,qñ
absoluitur reus ab instantia iudicii. nam debet expri-
mere pro quo stetit quominus causa finiretur.l.prope
randum.§.illa proculdubio.C.de iudiciis.Quartus vbi
recedit a iure communi.l.sciendum.ff. de appel. reci-
piendis . & ideo si non condemnat victum victori in
expensis debet dicere cām,vt in auth.de iudi.§.opor-
tet.colla.vi.Quintus , quando absoluitur reus ex eo ,
quia non possidet.supra.de exceptio.c.penul. Sextus
in sententia excōmunicationis.j. de senten. excōmu.
c.i.lib.vi.de quo in Specu.de sen.prola.§.qualiter.ver.
alleg.¶ Extra casus prædictos dicit Io. An.causam nō
esse exprimēdam in sentētia.Imo vr̄ sibi fatuum esse
exprimere:quia de facili posset contingere bonā cau
sam taceri,& malam exprimi.Et sic non valeret sentē
tia.j.de conces.præben.ex parte.& c.dilectus.& ff. de
excu.tuto.l.qui testamento.& facit,quod habetur. su
pra.de resti.in integ.cum ex literis.ver.nos igitur,ꝙ di
cit habere locum nedum in diffinitiua, sed etiā in in-
terlocutoria,argumento de offi.dele.cum super , & sic
refert Hostien.fuisse iudicatum per clementem de cō
silio fratrū.de quo etiam per gloss. & Butr.in l.ii.§.qui
ignominia.ff.de his qui nota.infamia.Vbi breuiter cō
cludit, ꝙ si iudex uult augere effectū sententiæ ultra
effectum quem habet sententia simpliciter prolata
debet exprimere causam.& idem si vult minuere cau
sam eadē ratione per ea quę habentur in d.§.qui igno
minia.aliàs non tenetur exprimere,& de cautela est,
secd̄m eū,ꝙ si pur velit exprimere, ꝙ exprimat per di-
ctionē maximè.Vt sic non videat̄ ad illā tantū expræs
sam restringere se:facit quod habetur.s̄. de fi. præsby.
ad abolendam.& l.illud.cum glo.ij.ff.ad legem aqui-
liā.& sic communiter seruatur,& adde,ꝙ dixi.s̄.eo.cū
inter vos.& per hoc sit expedita glo. vsq; ad ver.simi-
9 liter,& in instrumentis.¶†In eadē gl.ᵇ ibi:aliàs autem
b qui allegat,&c. Aduerte,qa gl.in hac parte vr̄ cōtradi
cere ei,quod superius dixit in versic.similiter,& in in-
strumētis.nā ibi dicit omnia præsumi solēniter acta in
instrumentis si expræssa sit causa obligationis.sed hic
vr̄ dicere oppositū,quia simpliciter dicit,ꝙ qui allegat
solennitatē circa instrumentū debet illā probare . sed
dicit gl.in ver.aliàs intelligendum,qñ allegatur solēni
tas extrinseca.puta,qa venditio facta fuit ꝑ pupillū cū
autoritate tutoris.nā non præsumit̄ tutorē interuenis
se si in instrumēto hoc non dicit̄,vt l.quæcūq;.in fi.de
publici.alle.in gl.sed id,ꝙ dicit gl.in ver.similiter pro
cedat in solennitate intrinseca: qa illa præsumitur in
dubio.vt l.sciēdum.& ibi plenè de materia per Bar.ff.
de verbo.obli.ꝙ intellige cū solēnitate formali intrin-
seca:

a Iudex.an teneatur exprimere cām in sententia, vide hic per do. Fel. in vnj. colum. post prin. ver. regulariter . vbi ponit regulam,& eius declarationes,& adde hic d. Hen. Boy. in iuj. col. versi. super eo. c. post princ.

b Hic tractat̄. de solēnitate extrinseca, & intrinseca . quando pręsumantur, vel non, de quibus etiā per do. Fel. prīo de extrīseca. hic. 8. col. uer. extrinseca solennitas. nu. 16. ubi ponit regulam cū suis fallētiis. secundo de solennitate intrinseca in colū. xv. uer. intrinseca solēnitas. nu. 17. ubi ponit suas fallentias q̄ omnino ibi uide si uispectus esse sequere: d. Fel. post d. Abb.& do. Io. de imo.

seca:quia illa est vniformis. secus si in solennitate materiali.quia illa est deformis.Et ideo non præsumit, vt institu.de contrahen.emptio.§.pretium. vnde si in instrumento dicitur rem esse venditam per Titium Seio non præsumitur pretium, quia consueuit esse difforme secundum conuentionem partium, licet sit de solennitate intrinseca materiali contractus emptionis: quia sine pretio non consistit uēditio.l. inter partem. §.fine pretio.ff.de contrahen. emptio. Solennitas autem formalis intrinseca bene præsumitur, vt dixi, est autem solennitas intrinseca formalis, quando ex natura verborum necessario infertur, vt si dico,talis stipulatus fuit.x.Seio.nam intelligitur necessario,φ præcedente interrogatione,& sequente responsione promissa sint dicta.x. quia aliter non esset stipulatio.l.j.& φ ibi notatur.C.de vsuris.& l.j.ff.de uer.ob.& hoc procedit, quando verbum stipulatur reperitur prolatum in instrumento per notarium, uel etiam per testes in scriptura priuata.l.i.C.de contrahen.stipula.secus dicit dom. Anto.hoc esse,quando profertur a teste,quia testis habet attestari de his,quę sunt facit,non de his, quæ sunt iuris. vt notatur. supra de testi. c. cum cām quæ.& l.qui testamento.§.fi.ff.de testam.& facit quod notat Barto.in d.l.i.sed certe hoc videtur verum quando testis non assignat cām dicti sui,& nō interrogatur quia tunc non probat eius dictum, quando deponit de his,quę sunt iuris,vt no.Innocen.in d.c.cum causam.& Barto. in l. solum.C. de testi. Item hoc verum.sed do.Ant.ad factum. vt quia deponit testis talē iudicem sic sententiasse,quæ non sunt verba meri iuris ideo præsumitur solennitas intrinseca.& sic φ solēniter pronuntiauerat.idem dicit,φ præsumatur solennitas,quando nō est omnino intrinseca.dūmodo verba sint apta illā comprehendere, licet necessario non includant. nam hæc etiam appellatur solennitas intrinseca secundum legistas. vt patet ex notatis p Dy. & Barto.in d.l.scienda.de verborum obligationi.exēplum, sed si in instrumento dicatur talis promisit Titio.x.nam intelligitur per stipulationem. quia verbū promisit ex sui significato, & ex sui natura aptum est comprehendere stipulationem,licet etiam possit comprehendere pactum nudum.l.sciendum.§. dictum.ff. de ædil.edic. & tamen si reperiatur scriptum promisit.x.intelligitur per stipulationem.institu.de inuti.stipula.§.si ita scriptum. & l. iurisgentium.§.φ sere.ff.de pactis.secus si de promissione non appareat scriptura, sed probetur per testes.quia tunc non probatur stipulatio.quia dictum testis oportet necessario concludere,vt in c.in præsentia.supra de probati.¶ Si autem solennitas extrinseca , vt φ interuenit autoritas tutoris in contractu,vel alia similis , & tunc si de illa non est facta mentio in instrumento non præsumitur.l.quicunque.§.fi.ff.de publicia. in rem acti. licet in contrarium faciat, quod habetur in c.ea noscitur.j. de his, quæ fiūt a præla.sed illud dēt intelligi,qn pars aduersa nō negat solennitatē.facit quod not.Io. post Compo. in c.cum dilectus.s.de consue. de quo ēt dicendū , vt dicto.c.ea noscitur.Si autem est facta mentio de solennitate in instrumento , tunc si potuit interuenire tempore actus celebrati præsumitur pro illa.l. optimam. C.de contrahen.stipula. secus si non potuit interuenire tempore actus gesti.l.j.cum ibi notatis.C.de fi.instru.& iure hastæ fis.lib.x.quia tunc nō præsumit talis solēnitas saluo nisi sit talis cui possit renūtiari per patrer.vt dicta.l.optimam.& no.per Bar.in l.sciendū. inquantum autem dixi præsumi solennitatem;intellige verum quo ad præiudicium partiū,vt d.l. optimā. sed nō quo ad præiudiciū tertij , vt in auth.si quis in aliquo.C.de eden.& facit ēt,quod notat Inn. dc offi. deleg.cū in iure. saluo nisi tertius reputetur eadē psona cū partibus, vt quia sit hæres , vel successor. & sic debet intelligi,φ no. Inno.j.de eo qui fur.or.recepit.c.ii. inquātum dicit tales præsumptiones pꝛiudicare partibus,& aliis,quia non debet intelligi de omnino aliis.

10 ¶ † An autem si appareat testem descriptum in testamento nec apparet an fuerit rogatus, an præsumatur. dic,quod non:quia hæc est solennitas extrinseca quę non præsumitur nisi de illa fiat mentio in instrumento.vt etiam notat Bar.in d.l.sciendum. & Cy.in l. hac

11 consultissima.C.de testa.¶ † An autem notarius præsumatur rogatus. tangit Inn.in c.ii.s.de fide instru.& ibi dixi de quo etiam per Barto.in d.l.sciendum.& ibi etiam tangit.an pro solennitate relationis nuntii præsumitur,inquantum autem dixi,solennitatem præsumi.intellige hoc verum secundum Inno.in dicto.c.ii. de eo qui fur.or.te.nisi ius expresse dicat formam pro bandā.allegat.j.de senten.excom.sacro.Item fallit secundo,φ ius præcepit scripturam interuenire : quia intelligitur precessisse,vt sic per scripturam probetur, de ap.cordi.lib.vi.& de sententen.excom.c.i.eo.lib. & facit,quod notat Inno de accu.super his.¶ Sed aduerte quia istud non videtur contra istum tex.nam ius vult quod de sententia appareat scriptura de re iudi.c.si lib.vj.& l.j.& ij.C.de senten.ex peri.reci.& tamen videtur valere dictum testis si dicat mandatum fuisse,licèt non appareat scriptura. ideo quidam intelligunt, quòd testis debet adiicere in testificatione sua , quòd sententiam fuit in scriptis.sed istud videtur diuinare quo ad istum tex.vnde potest dici,quòd hoc sit speciale propter autoritatem rei iudicatę , & per prædicta an pro solennitate sententiæ præsumatur. Et similiter an in contractibus præsumatur pro solennitate contractus. An autem præsumatur pro his quæ facit iudex in iudicio dicit Inno.in dicto.c.ii. quod parum præsumitur nisi quatenus constet ex actis.s.de proba. quoniam.fallit in arbitris. quia in illis præsumitur p facto iudicis.An autem præsumatur pro fundamento potestatis.tangit Inno.in dicto.c.ii.& in dicto.c. quoniam.& de offi.deleg.cum in iure. & de electio.c.i. in verbo absentiæ.lib.vi.sed Bar.plenius tangit in l.licèt C.de procu.vbi concludit,quòd si a principio fuit disputatum . An agens habeat mandatum, & admissus fuit cum cautione rati,quòd præsumitur,quod habeat mandatum nisi aliud probetur l. inter quos.§. alieno. ff.de dam.insec.idem si fuit disputatum an habeat mādatum, & pronuntiatum fuit pro ipso agente , quia præsumitur pro sententia. vt hic patet, & hoc quo ad præiudicium eius cum quo litigat, domino autem ab senti cuius nomine agit non præsumitur.vt notatur in dicta.l.licèt.per Bar.& Cy.& per Ioan.Andr.in c.super literis.post glo.supra. de rescrip. Si autem nō fuit aliquod discussum super mandato . tunc si apparet in actis,quòd instrumentum mandati fuit productum , & non apparet cōtradictum,præsumitur pro ipso agēte donec aliud probetur, vt voluit Innocen. in dicto. c.quoniam. Si autem omnia prædicta cessant,tunc si lis non est contestata non præsumitur pro ipso agente.saluo nisi alleget mandatum,& appareat pœnes eū esse instrumenta causæ:quia tunc saltem debebit admitti cum cautione de rato propter præsumptionem facientem pro eo ex quo habet instrumenta penes se.s.de offi.dele.coram.cum ibi notatis.si autem lis sit cōtestata,& cessant pdicta.Inn.videtur velle in c. quoniam.φ ex quo lis est contestata tanquam cū procuratore præsumat pro eo.arg.l.Pōponius.§.rati.ff. de procurato.nisi probet contrariū forte probando reuocationem

tionem mandati,& videtur sentire gloss.in dicto.§.rati.& idem Innocen.in dicto c.i.de electio. in 6. & etiã glo.ibi.sed Bart. videtur velle oppositum in dicta. l.li-
quo ad aliqualem præsumptionem.l.a sententia.ff.de
11 appel.¶†In eadem glo.ibi, vel potest poni banc opi-
nio.in qua residet glo.sequitur hic Inno.sed Accur. te
nuit contra in l.sæpe.ff.de re iud.Bar.in d.l.sæpe.con-
cor.in effectu.opinio.quia aut venditor succumbit ex
eo:quia non probat se dominum:& tunc nocet sentē-
tia emptori:quia tunc videtur dixisse se dominum tē-
pore intentatæ actionis per ipsum uenditorem, & sic
non uidetur deduxisse omniuo dominium, q habuerit
ante venditionem.& iō si succumbat, qa non probat
dñium scd̄m tp̄s intentati iudicii, non debet nocere
ipsi emptori:quia nō est disputatum de iure ipsius em
ptoris:si autem succūbat ex eo: qa re⁹ iu se assumpsit
se onus probandi dominium, & probauerit se domi-
nū tunc quia bene est disputatum in effectu de domi-
no emptoris:quia duo non possent esse dñi insolidum
eiusdē rei.l.si vt certo.§.si duob.ff. cōmoda. & supra.
de fid.instr.inter dilectos.& si reus est dñs per ꝯsequēs

sequitur

sequit, q emptor non est dominus. facit. l. Pōponius. §. si is. ff. de procurato. & ideo, tunc si emptor hoc sciuit, & tacuit, qa passus est autorem suū disputare de iure suo sit sibi præiudiciū. & per id, quod habetur in tex. isto, & in scd'o casu fallentiæ. & in d. l. sæpe. & hoc casu saluetur opinio huius glos. & Innocen. sed in casu præcedendi potest procedere opin. Accur. ¶ Et aduerte. quia Bart. dicit hoc verum, quando sententia lata est contra venditorem, quando vero disputatū est de iure emptoris nocet emptori: si ipse venditor simpliciter egit rei vendicatio. & sic nomine suo. Sic secundum eum non habet tunc locum ista materia, nec. c. istud. nec dicta. l. sæpe. sed potius tunc sumus in regula, quòd non videtur tacēs approbare nisi agēs vtiliter egerit, & sic obtinuerit. alias potius intelligitur probare per ea quæ habentur in l. ex parte. ff. famil. hercis cun. & in l. iij. §. in hac. ff. iudica. solui. & in l. j. C. manda. Innocen. tamen hic videtur velle contrarium, ex quo ille qui agit est ille a quo habet' cām ipse tacens per istum tex. qui loquitur indistinctè. secus si non haberet causam etiam si esset coniuncta persona, q tunc nō præiudicaret illi cuius nomine agit nisi haberet ratum tacitè, vel expresse. l. ij. C. quibus rea iudi. non nocet. sed aduerte, quia ipse Innocen. in c. ex parte decani. §. de rescrip. videtur velle contrariū. nam ibi dicit, quòd eo ipso, q quis scit alium agere nomine suo. & non contradicit, quòd videtur tacitè approbare per ea quę habentur in dicta. l. sępe. & illud dictum sepissimè allegatur. etiam sic videtur in hoc fuisse sibi contrarium nisi dicas, qđ illud, quod hic dixit debeat intelligi secundum illud, vt inquantum hic dicit, quòd non sit præiudicium ei cuius nomine agitur nisi expresse, vel tacitè ratum habeat. Intelligatur, quòd satis tacitè videatur ratum habere si scit, & tacet, tamen hoc non bene videtur de mente Innocen. hic, qa vř velle, quod aliud sit tunc, q̄ in casibus huius decre. & sic eum in casu decre. sufficiat taciturnitas conscientia videtur velle, qđ in dicto casu non sufficiat: sed requiratur, q per alium actum tacitè appareat de consensu. Ang. tñ in d. l. sæpe. tenet dictū Innocen. in c. ex parte decani. de rescrip. reprobata opinione Barto. non facta mentione de dicto Innocē. hic posito potes concordare opin. vt tetigi in dicta. l. sępe. nam ille qui agit nomine alieno est autor illius cuius nomine agit. & tunc videtur, q procedat dictū Innocen. in c. ex parte decani. per istū text. qui loquit indistinctè. & sic etiam voluit Innoc. hic in glos. magna. ver. ideo autem. licèt Bart. in hoc velit contrariū in dicta. l. sæpe. sed uidetur, qđ nō bene per pdicta: aut nō est autor eius cuius nomine agit, & tunc aut aliàs fuit eius pcurator super eo super quo agit, sed fuit reuocatus. & tūc si postea agit nomine domini ipso sciente, & tacēte vř reuocasse prohibitionem. & sic etiam potest intelligi, qđ habetur in dicto. c. ex parte decani, qđ etiā loquitur in procuratore reuocato. facit, q hř in l. semp qui non prohibet. ff. de reg. iuris. Idē videtur si procurator excedit mandatum dño sciēte, & tacente, quia tunc ēt vř tacite approbare per ea quæ habentur. §. de offi. delega. cum olim Abbas. Idē videtur secūdū Cy. in l. inuitus. C. de procura. si sit coniuncta persona quæ agit nomine alterius, quia ratione coniunctionis facilis præsumitur consensus. argu. eorum quæ habentur in l. quæ dotis. ff. solu. matrimonio. & ēt in l. si seruus cōis. ff. de dona. inter viru. & vxorē. & isto casu pōt intelligi dictū Inn. in d. c. ex parte. & idē videt velle Cy. in d. l. inuitus. si sit amicissimus ille qui agit. hoc tamē nō bene vř probare. sed Innoc. hic ēt te net contra. in coniuncta psona. & forte hoc de iure verius, qa nō reperitur hoc de iure cautum licèt opi. Cy. sapiat equitatem. Item secūdū dñm Ant. in clemē. j. de procu. vř posse saluari dictū Inn. ex parte. si ille cuius nomine agitur inchoauerat iudiciū, quia tunc cogit psequi reo instante: vt in auth. qui semel. C. quomodo, & qñ iudex. & sic secundū eū si alius noīe suo psequatur, vř q si hoc fiat eo sciente, & tacente vř ratū ēt hře ratū, ex quo tenebatur proseq, forte tamē hoc dictū nō est rutū: quia non apparet in isto actu iudicia li, an utiliter egerit, vel non, nisi ex euentu. voluit glo. in d. l. ex parte. ff. familiæ hercis. & ideo forte de iure non procedit hæc limitatio. extra casus aūt prædictos procedat Barto. & dictum Innoc. hic, nec obstat etiā l. sæpe. videlicet, quia ex quo potest prohibere, & nō phibet vř cōsentire, qa illa ratio hēt locū in casibus positis in d. l. sæpe. sed nō in casu isto in quo sumus in actu iudiciali qui fit noīe alterius quo casu ita demū tacendo intelligitur cōsentire si reperiatur vtiliter gestum, & aliter non per ea quæ habentur in d. l. ex parte. & in d. l. 3. §. in hac. ff. iud. solui. & qđ dixi de emptore, & vēditore. Idem dicas de socero, & vxore respectu mariti, eum eadem fit ratio: sed aduerte, qa dubiū est qd iuris de proprietario, & vsufructuario de quo terigit Bart. in d. l. sæpe. & aliquid tāgit Inn. hic, de dño aute, & emphyteuta, vel feudatario tetigit hic glo. & uidet æqparari illos emptori, & uēditori. sed Bar. æqparat eos proprietario, & usufructuario. & puta, q melius dixerit q̄ glo. quia uēditor non hēt aliqđ ius, sed bene hēt ius proprietatis, seu directū dñiū, sed emphyteuta, & feudatarius utile. ur no. gl. s. eo. Bart. in glo. fi. & ideo potius equiparatur fructuario, & proprietario quia quilibet ipsorum habet aliquod ius in re est ergo videndū, an sententia lata contra fructuarium noceat proprietario. & similiter contra si fuerit lata contra proprietarium noceat fructuario, primo casu scilicet, quādo fertur contra fructuarium concludit Bart. quod si fertur contra fructuarium cōuentū rei uēdi. non nocet sententia domino proprietario, quia secundum eū snīa lata contra naturaliter possidentem, vt cōtingit in fructuario qui naturaliter possidet. l. naturaliter. ff. de acquiren. posses. non habet præiudicare ciuiliter possidenti. l. Pomponius si is qui præcario. cū ibi nō. ff. de acquiren. possess. ¶ Si autem feratur cōtra fructuarium agentem, tunc dicit idem dicendum, qđ dictum est. s. eo. in simili in creditore agente: qa si vsufructuarius succūbit, qa non pbat cōstitutū vsumfructū, vel non probat cōstituentem dñm. & pp hoc absolutus reus, & tūc nō nocebat sentētia proprietario q postea aget ad alium finem. per id, quod habetur in l. Iulianus. ff. de conditio. indebi. secus si succumbat. quia reus assumpsit in se onus probādi se dominum, & probauit, quia tunc præiudicabit proprietario si sciuit de hoc disputari. per id, quod dictum fuit in simili. supra. de debito. & credito. cum eadem sit ratio vtrobiq;. & per consequens idē ius. supra. de trāslatio. in c. 2. Si autē snīa est lata cōtra pprietariū, & tūc si lata fuit cōtra pprietariū cōuētum rei vendicatione: tūc nocebit fructuario si sciuit, & tacuit. p id, qđ hř in d. l. sępe. si autē fuisset lata cōtra pprietarium agētē, & tunc si lata fuit ex eo, quia non probauit se dominum non præiudicabit vsufructuariu qui postea agit cōtra aliū per id, quod habetur in d. l. Iulianus. secus si sit lata contra proprietarium agentem ex eo, quia reus probauit se dominum, quia tunc pṛaiudicabit sententia vsufructuario qui sciuit de hoc disputare, & tacuit. per ea quæ habentur in dicta. l. sæpe. sed aduerte, quia Innocen. hic aliter loquit in materia ista. & ēt non uidetur Bar. perfectè dixisse: quia sicut sententia

lata contra fructuarium qui naturaliter tantum possi-
det non nocet secundum eũ proprietario.ciuiliter pos
siden.Ita eadem ratione sententia lata contra proprie
tarium ciuiliter possidentem non deberet nocere ipsi
vsufructuario naturaliter possidenti. præterea glo. quã
sequitur Cyn.& Butr.in l.ij.C. vbi in rem actio. tenet
quod sñia lata contra fructuarium præiudicat domi-
no scienti, & tacenti. potes dicere declarando dictũ
Innocen. hic positum. & dicta Bart.quod aut ille qui
agit contra fructuarium solũ intendit aduocare vsum
fructum etiam possessionem naturalem: quia forte pe
tit se declarari vsufructuarium:sibi rem restitui ratio-
ne vsusfructus, & tunc hoc casu si succumbit fructua
rius conuentus non nocebit proprietario quo ad suã
ciuilem: qa agens non intendit illam acquirere, sed
solum habebit naturalem. & hoc casu potest saluari
dictum Barto.præiudicabit tamen quo ad quid, vt uo-
luit Inno. qa cogeř pati vincentem vti iuribus vsusfru
ctus: vt uoluit Innnoc.ex quò sciuit, & tacuit in iudi-
cio agitato contra fructuarium habentem causam ab
eo: si autem agens contra fructuarium prætenderet se
dominum. tunc considera, quòd agit tanq̃ cõtra fru-
ctuarium, seu prætendentem se fructuarium, & tunc
qa vř solum aduocare possessionẽ naturalem non fiet
præiudicium dño ciuiliter possidenti in sua ciuili. &
sic etiam loquitur dictum Bar.facit, quod notat in si-
mili in l.vna.C.vti posside.per glo.& doct.de illo qui
ingreditur possessionẽ ꝓtestãdo, ꝙ solũ vult acqrere
naturalẽ hoc tñ casu non poterit prohibere vincentẽ
quo minus habeat cõmoditatem vtendi, & fruendi, si-
cut iudicium agitandi contra fructuarium qui ab eo
habebat causam.& tacuit, vt uoluit Inno.Si autẽ agẽs
simpliciter diceret se dominum:& peteret rem sibi re
stitui, nec appareret quod ageret tanq̃ contra fructua
rium:sed simpliciter tanq̃ contra possessorem:tũc, qa
agit obtinere rem quo ad omnẽ possessionem: tunc si
proprietarius scit, & tacet, præiudicabit sibi sententia,
vt uoluit gloss.in d.l.ij.arg.C.vbi in rem actio.& arg.
per id, quod habetur de patrono, & liberto in l.sæ-
pe.ff.e.& prædicta procedũt, qñ sentẽtia lata fuit cõtra
fructuarium agentẽ.tunc tene, vt dixi post Bar.ꝙ sen-
tentia non ꝑiudicat domino: nisi reus probauerit se
dominũ, & tunc bene præiudicat, quia reus tunc asse
rit simpliciter se dominum:licèt fructuarius solũ age-
ret pro vsufructu.& ideo cum per talem sententiã in-
tendat reus habere plenum dominium hẽt præiudica
12 re ipsi proprietario qui sciuit, & tacuit.¶ †Quid aũt si
sentẽtia sit lata contra proprietarium: an noceat fru-
ctuario.potes dicere, ꝙ si proprietarius conuenitur so-
lum ratione ciuilis, quam habet; & illam solam in
tendit agens aduocare: tunc videtur, ꝙ non fiat præiu
dicium fructuario qui naturaliter possidet per id, qđ
dixi. s̃. quãdo econtra fertur contra fructuariũ cõuẽtũ
ratione suæ naturalis, quia eadem ratio uideř esse vtro
bique.& per consequens idem ius arg.l.illud. ff. ad le.
aquil.& s̃.de constit. translato. & hoc casu bene dixit
Barto Si autem agens simpliciter intendat rem aduo-
care non autẽ solam ciuilem possessionem, quia sim-
pliciter narrat conuentum possidere, & petitũ condẽ-
nari ad rei restitutionem, & tunc vř, ꝙ sentẽtia lata cõ
tra prioprietariũ cõuentũ hẽat nocere ipsi fructuario:
quia tunc videtur ẽt de ipsius iure disputare: ex quò
simpliciter rem restitui petat agens. & hoc casu possit
procedere opin. Bart.& gloss.& l.2.C.vbi in rẽ actio.
& hoc quando vsufructuarius sciuit, & tacuit: aliàs se
cus, vt d.l. sępe. Si autem lata sit sententia cõtra ꝓprie
tarium agentẽ:tunc tene quòd non nocet regulariter
fructuario. fallit, quando reus probauit se dominum

per id, qđ dixi.s̃.in simili, quãdo fertur cõtra fructua
13 rium agentẽ.¶ †Tangit etiam Bar.in d.l.sæpe. Quid si
sententia sit lata contra colonum, an ꝑiudicet domi-
no.& remittit ad nota.in l.peregre.§.quibus.ff.de acq
ren.possess.ibi non videtur clare dicere. sed ipse idem
in l.ij.C. vbi in rem actio.Innoc.s̃. vt lite non conte-
testa.in c.quoniam.§. quod si super. videtur velle, ꝙ si
colonus nominat dñm ĩ iudicio, & ferř sñia cõtra eũ,
ꝙ nõ hẽt dño ꝑiudicare, qa nõ intẽdit iudex facere ꝑ-
iudiciũ, tertio ꝑ suã sñiam.facit.s̃.de of.dele.sup eo.&
ꝑ ꝯñs nẽ vř voluisse præiudicare dño qui possidebat,
nã colonus nõ dř possidere, sed detinere.s̃.de restitut.
spoliatorũ.cum venissent.& l.j. C. cõia de vsucap.nec
obst.l.qui vniuersas.§.itẽ, qđ prętor.ff.de acquirẽ.pos-
sess.quã Bar.allegat in §.qbus.qa ibi dicit sñia nocere
quo ad possessionẽ contra illũ ꝯtra quẽ est lata, nõ au
tẽ dicit de tertio.nec etiam.obst.l.celsus.§.j. ad exhibẽ
dum. quam Bart.similiter allegat in §. quibus. qa ibi
diciř, quod rei vendicatio potest dari etiam contra ci-
uiliter possidentẽ, sed nõ dicit, ꝙ sententia lata contra
colonũ habeat domino absenti præiudicare. & istud
dictum cõiter cõsueuit teneri. & videtur etiã seq hic
domi.Anto. quia secũdũ eũ non videtur data licentia
colono disputandi de proprietate.seu deducendi rem
in iudicium ad præiudicium domini.facit.l. j. C. si per
vim, uel alio modo. & hoc quo ad proprietatem: an
autem noceat domino quo ad possessionem. Bartol.
videtur sentire, quod non in d.l.ij.C.vbi in rem actio.
sed Innocen.s̃.eo.cum super. uidetur velle, ꝙ noceat
quo ad possessionem si dominus sciuit sententiã latã,
& nõ appellauit per tex.in d.c.cum sup. secus si igno
rasset, qa tũc secũdũ aliquos non fiet præiudiciũ ẽt in
possessione. refert tamẽ alios tenere, ꝙ noceat in pos-
sessione si facta sit executio. & fortè, vt tetigi in d. c.
cũ super.hæc opin.de iure verior: quia licèt iudex di-
rectè non agat pręiudicare tertio, agit tamen, vt fiat re
stitutio rei agenti:& sicut cõuentus illã tradat ipsi agẽ
ti. & ideo videtur, quòd transeat possessio in ipsum
agentem: sicut quãdo aliàs colonus alteri tradit.l. 3.§.
quod si seruus.ff.de acqui.pos.& qđ hř in d.l.peregre.
§.quibus.sentit tñ Inn.ꝙ succurratur tunc dño, vt pos
sit recuperare per officium iudicis, vel cõditione ex.l.
j.C. si per vim vel alio modo. sed melius dixisset con-
ditione.ex.l.fi.C.de acq.pos. per quã succurritur dño
qñ colonus malignatur: vel aliàs negligenter se hẽt in
possessione ad præiudiciũ domini.¶ Item aduerte, qđ
licèt cõis.sit opi.quam dixi, quòd nõ præiudicet sñia
lata contra colonum dño etiam scienti in proprietate;
tñ forte de iure põt defendi cõtrarium: quia ad ipsum
principař spectat defensio sup dño rei: & iõ vř qđ si
patiř ipsum colonum qui hẽt ab eo causam de hoc di-
sceptare, quod habeat sibi nocere.per id, qđ hř in d.l.
sæpe.& in tex.isto.& quia vř eadem rõ, quæ est qñ de-
bitor patitur creditorẽ disputare de proprietate: licèt
posset tunc dici, quod vř data licentia ipsi creditori ꝓ
iure suo defensando disputandi de proprietate. facit.l.
si pignori.& quod ibi notatur.ff.fam.herci.& qđ hř in
14 l.i.in fin.ff.vsufruct.quemadmo.caue. ¶ †Quid autem
si sententia feratur contra libertum, an noceat patro-
no.in c.cum super.s̃.eo.refert opinio.contrarias. nam
vna fuit opinio scilicet Rogerii secundum eum, qđ nõ
præiudicat.alia lo.quod præiudicet. & tenet opinio. ꝙ
non præiudicet in dicto c.cũ super ꝑ illud capitulum.
sed gl.& Bar.in l.sępe.tenent opinionẽ cõtrariam. est
cõis opinio legistarum. & sic intelligunt illam.l. sępe.
& ſm hoc colligi põt vna rła. videlicet, ꝙ vbi autor
penès quem aliquod ius remansit patitur successorẽ
habentẽ causam ab eo disputare de iure suo sibi no-
cet.&

cet.& est aduertendum quòd non posset, tunc succes-
sorem prohibere, seu remouere a prosecutione cãæ:
quia principaliter causa spectat ad ipsum successorẽ,
facit.l.principaliter. la. ii.C. de liberali causa. vnde
tunc oportet dici, quod potest contradicere ad finem
ne sibi fiat præiudiciũ:& vt non videatur ex uoluntate
sua disputare de iure suo.aliàs autem si non contradi-
cit:nec protestatur, quod non vult sibi fieri præiudi-
cium:sed si scit,& tacet præiudicabiẽ sibi quasi ex eius
voluntate disputatum sit de iure suo,nec obstat prædi
15 ctis.c.eum super. quia ibi loquitur, quando † senteñia
fertur cõtra subiectum qui non habet causam ab ipso
cui subest:sed nec fortè ab alio puta a Papa. & ideo se
cũdũ dñm Ant.tunc sententia non nocet superiori,
quando fertur contra subiectum,& fuerit sciẽs:& hoc
quãtum ad proprietatem ipsius iuris subiectionis: li-
cèt noceat quo ad possessionem si sciuit latam sentẽ-
tiam,& non appellauit. & istud voluit Innocẽ.in illo.
c.cum super.videlicet, quod sententia lata contra su-
biectũ non præiudicet superiori etiam scienti quantũ
ad proprietatem. hic tamẽ in hoc capitulo videtur ali
qualiter sensisse oppositum: quòd videtur velle, quòd
tunc spectet primo loco defensio subiectionis ad ip-
sum superiorem.& ideo si scit,& tacet præiudiceẽ sibi.
tñ in c.auditis. de præscriptio.videtur velle, qđ æquè
principaliter spectat ad subiectum, per ea quæ haben-
tur in l.principaliter.la.ij.C. de libera. cau. & sic videẽ
quod remaneret opinio Innocen. in c.cum super. præ
terea etiam hic videtur se restingere ad præiudicium
possessionis. & hanc partem sequitur etiam domi. An-
ton.hic uidelicet, quod sententia lata contra subie-
ctum non præiudicet superiori etiam scienti quo ad
proprietatem.& hæc opinio.fortè seruaretur in practi
ca: licèt alia opinio fortè posset etiam probabiliter
defensari, & responderi ad c.eum super de quo latius
tetigi in dicta. l.sæpe.¶ Item aduerte,quia ex illa.l.sæ-
pe.& ex hac decreta. plures rationes possunt colligi,
quare sñia nocet in casibus illius,& istius decreta. vna
est. quia vr̃ imputãdum illi qui potuit prohibere aliũ
disputare de iure suo, & non prohibuit. & hæc ratio
potest habere locum, quando quis patitur autorem
suũ a quo habet causam agere, vel defendere: quia pos
set prohibere si vellet: sed non videtur habere locum,
quando creditor agit hypothecaria, quia non posset,
tunc prohibere debitor quo minus ageret: tamen tũc
potest esse ratio: quia ille qui est autor apud quem ali
quid iuris remansit, patitur per successorem disputa-
ri de iure suo: ideo tunc nocet sicut dixi in patrono
& liberto. Item secundum Anto. licèt non possit pro-
hibere creditorem agere: tamen posset prohibere ne
disputaret de dominio.nam ſm eum posset dominus
comparere, & illam disputationem in se assumere cũ
ad ipsum primo loco spectet: licèt creditor posset ei
assistere secũm.l.si suspecta. ff. de inoffi.testamẽ.sed cer-
tè nõ video: ex quo iudicium est inchoatum cum ip-
so creditore: quare non possit prosequi in ipsa hypote-
caria, & etiam probatur de dominio ad defensionem
hypotecę: quia etiam hoc a principio intelligitur sibi
concessum. argumento eorum quæ habentur in lege
si pignori.ff. familiæ hercíscũ.& in l.j. in fin.ff.de ope
ris noui nuntiatio. & ideo potius fortè pôt dici, ꝙ pôt
dominus tunc prohibere.ne ipse solus creditor dispu
ret de dominio: & ideo si ipsum solum ꝑmittit disputa
re fit sibi præiudicium, & hoc modo possit hæc ratio
habere locum in creditore. ¶ Secunda ratio est, q̃a q̃n
ad aliquẽ principaliter spectat actio, vel defensio, si pa-
titur alium agere, vel defendere. tunc fit sibi præiu-
dicium, quia videtur sibi tunc imputandum. ¶ Ter-
tia ratio est, quando quis patitur eum a quo habet
causam agere, vel defendere, vt hic etiam colligitur.
tamen huius ratio præcedentis videtur esse, quia im-
putandũ tunc uideẽ, ꝙ non prohibuit. ¶ Quarta ratio
est quam tetigi. quãdo aliquod ius remãsit apud auto-
rem disputare de iure suo, vt contingit in liberto,
& patrono. ¶ Quinta ratio etiam videtur colligi ex d.
l.sæpe. scilicet. quia ex uoluntate patientis videtur in
dicatum de iure suo. & videtur a principio hoc con-
cessum, vt contingit in creditore, & fructuario q̃bus
uideẽ data licentia disputandi de iure domini.l.1. in si
ne.ff.vsufructu.quẽadmodũ caue.& dicta. l. si pigno-
ri. sed tamen hoc est intelligendũ, quod videtur con-
cessum, quod possit deducere ius domini pro defen-
sione iuris sui, vel in fauorem domini, sed non ad eius
præiudicium nisi ipso consentiente. vel saltem tacitè
tacendo. & non prohibendo, vt dicta.l.sæpe. ¶ Quan-
do autem,& qualiter debeat fieri hæc prohibitio. con-
clude, ꝙ si uult ad finem remouẽdi ex toto illũ q̃ agit,
vel defendit, eo casu quo pôt debet fieri ante litẽ cõ
test.s.eo.inter. Si autem ignorasset contestationem li-
tis, tunc posset prohibere ad finem ne sibi fiat præiu-
dicium, sed non quo minus possit procedi cum illo,
cum quo est facta contestatio, vt uoluit Innoc.in c. cũ
super.s.eod.& videẽ etiam de mente Bar.in l.sæpe. cir
ca finem,& sic etiã debet intelligi, quod notat Bart.in
l.si perlusorio. de appell. si autem quis velit prohibere
vel contradicere eo casu quo non posset ex toto re-
mouere, sicut contingit in aliquibus casibus: vt s. dixi.
& tunc sufficit, quòd protestetur, ꝙ non sentit illum
disputare de iure suo.& idem si faciat aliũ actũ ꝑ quẽ
hoc appareat, vt si vsufructuarius agat contra possesso
rem rei. & etiam ipse proprietarius dirigat libellum
contra illum non satis per hoc videtur velle, ꝙ iudi-
ciũ, qđ agitaẽ cũ fructuario nõ præiudicet sibi.l. si pari
ter.ff.de libera.causa.& notat Bart. in d.l. sępe. & plus
notabiliter voluit Ange.ibi, ꝙ sufficiat etiam iudiciũ
de hoc protestati.& non intendit sibi fieri pręiudiciũ
per iudicium agitatum cum tali. & pro hoc faciat, q̃a
sicut etiam extra iudicium potest præsentari consessus
in actu exercendo in iudicio.l. honores.§.fin. ff.de de-
cur.& no.Bar.in l.cum non solum.§.necessitate.C. de
bo.quæ libe.ita eodem modo videẽ, ꝙ possit declarari
voluntas extra iudiciũ per quã appareat, ꝙ non inten-
dit sibi fieri præiudiciũ ꝑ actum iudicialem ꝑ aliũ exer
citium. ¶ Vltimo pro declaratione materiæ posses di-
stinguere reducendo materiã istam ad aliquas regu-
las prout tangit Cyn.in l.2.C.qui res iudi. non nocet.
& Rayne.de Forli.in l. ij. ff. de libe.agnoscen. sed ego
plenius dixi ĩ d.l.sæpe. vbi ꝓsequor duos principales,
q̃a aut agiẽ de iure publico. aut de iure priuato. & hoc
secũdo casu subdistinguo. q̃a aut est sñia interlocutoria,
aut declaratoria.& hoc vltimo casu subdistinguo. q̃a
aut est declaratoria facti, aut iuris. & si facti: aut facti in
troductorij obligationis, aut facti criminalis ad effe-
ctũ criminalẽ. aut facti ciuilis ad effectũ ciuilẽ. Si autẽ
sit declaratoria iuris, subdistinguo. q̃a aut est declarato
ria iuris realis dñij rei. Aut iuris seruitutis realis. aut iu
ris alterius seruitutis. aut iuris nullitatis. aut iuris qua
litatis, seu status ꝑsonæ.& õibus p̃dictis plenè prose-
quor q̃d iuris. & ꝓcedũt ĩ actibus iudicialibus, in ex-
traiudicialibus similiter procedit regula, qđ res inter
alio acta,&c.C.res inter alios acta.in rub. o, & nigro.
An autem præiudicet in casibus hic exceptis. Innoc.
s.de p̃scriptio.auditis.dicit, ꝙ licèt in casibus istis p̃iu
dicet sñia, non tamẽ præiudicabit trãsactio, vel pactũ.
sed de hoc est dicẽdũ, vt plenè notat Bar.in l.facta.§.si
hæres.ff.ad trebellia.& in l.si.de transact. & not. ẽt in
Io.ab Imo.in j.super ij.Decr.

casibus hic positis, q̃ sola sententia sine citatione p̄iudicat. vt voluit Innocen.

*SVMMARIVM.*

1 *sententia delegatorum vbi sunt contraria in potestate superioris est approbare quam velit.*
2 *Sententiæ arbitrorum si sunt contraria neutra valet. & num. 4.*
3 *Ordinarius, & inquisitor hæresis si discordant in contrarietate sententiarum quid iuris.*
5 *Ordinarius, & delegatus si concurrat cum collega ordinarius, & discordent in sententia quid iuris.*

a Se summat. super. hoc. vide d. Fel. q ponit hic vndecĩ declarationes quibus visis habebis intellectũ. huius. c. & eius materiam.

a DVobus. Se summat, a & transeunt dicta q̃ patent. ¶ Nota, q̃ vbi feruntur sententiæ cõtrariæ ab ordinarijs sup eo dẽ negotio valet sententia lata pro reo nisi cã actionis sit fauorabilis. Et nota quatuor causas hic expressas q̃ fauorabiles appellanẽ scilicet mr̃imoniũ, li
1 bertas dos, & testm̃. ¶ †No. q̃ vbi sentẽtiæ delegatorũ, sunt contrariæ in potestate superioris est approbare q̃
2 velit. ¶ †Nota, q̃ vbi sñiæ arbitrorum sunt contrariæ neutra valet. quomodo autem possunt esse duo ordinarij eiusdem causæ tangunt hic docto. de iure ciuili ponũt exẽplũ in duobus consulibus. l. j. ff. de offi. pro consul. & in duobus comitibus, notat Bar. in l. Pomponius. ff. de re iudic. Item in duobus doctoribus eiusdẽ scolaris scd'm auth. habita. C. ne filius pro p̄re. sed in duobus iudicibus ecclesiasticis nõ vr̃ de facili hoc cõtingere. q̃a vna ciuitas, vel diœcesis nõ dẽt hẽre duos Episcopos. s̄. de off. or. q̃m. tñ posset esse de dispensatione Papæ. vii. quæstio. i. nunc aũt. & tunc posset hr̃e locũ, q̃ hic dr̃. Itẽ correctio clericorũ, & cognitio causarũ posset simul pertinere ad archidiaconũ, & præpositum, & ad vtrunque eorũ insolidũ. Itẽ possent esse duo vicarij eiusdẽ Epi, & secundũ cõem opinionẽ vicarius habet ordinariã. de offi. vica. c. i. lib. 6. & sic in ordina-

b De appellationibus. d. Abb. continuat hãc rubricã. ipseque. & do. Feli. sup ea multa elegãtia, & vtilia scripserũt q̃ enarrare hic nõ est operæ p̄tium, quia charta non caperet poteris eos videre.

3 tiis ecclesiasticis põt hẽre locũ decre. ¶ †Quid aũt si discordans ordinarius, & inquisitor hr̃sis. habetur. j. de hæreti. c. pro hoc. lib. vj. vbi debet recurri ad Papam. & eadem ratione videtur idem si concurrant ordinarius, & delegatus Papæ in contrarietate sententiarum. per illum tex. intellige quãdo ordinarius haberet potestatem in causa. hoc dico. q̃a Papa delegando videreẽ eximere causam a iurisdictione ordinarij. s̄. de offic. deleg. studuisti. ¶ In gl. j. ibi pastoralis primo responsio. & quæ sit ratio specialitatis ibi tãgiẽ per gl. ¶ In eadẽ gl. in causa criminali Episcopi. de hoc etiam hr̃. s̄. eo. non potest. ¶ In glo. fina. ibi: non est superior. supple a quo immediate dicãtur ordinarij habere iurisdictionem. quia habent illam a lege mortua secundũ ea quæ habentur. ff. de iurisdi. omnium iudi. l. minorem. l. & quia. & quod no. s̄. de offi. ordina. cum ab ecclesiarum prælatis. & hoc modo potest saluari ratio glo. licet Hostien. videtur eam reprobare. dicens, quòd imo reperitur superior si Papa. vel Imperator ad quem potest haberi recursus, & ideo dat aliam rationem, q̃a secundũ eũ iurisdictio ordinaria est magis fauorabilis q̃ sit delegata quæ est extraordinaria. facit, quod notat gl. in c. j. de rescriptis. in 6. & ideo magis fauetur sententiæ ordinariorum. sed certè ratio glo. etiã potest saluari per ea. quæ. supra. dixi, q̃a licèt reperiatur non tamẽ immediate habet ordinarius iurisdictionẽ a Papa, vel Imperatore: sed potius a lege mortua. sed delegati hñt iurisdictionẽ a superiore delegante ad quẽ potest, tũc

c Collatio bñficij. idẽ summat. hic. domi. Abb. hoc. c.

4 haberi recursus. ¶ †In eadem glo. ibi: nec habẽt iurisdictionem a lege. nam arbitri non habent iurisdictionem quæ non potest dari per priuatos. l. priuatorũ. C. de iurisdictio. om. iudi. & supra de offi. deleg. significantibus. sed habent quandam notionem ex potestate sibi data a partibus. l. ait prætor. ff. de re iu. & l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. & ideo si ad aliquem deberet recurri ad ipsas partes deberet recurri. quæ cum sint discordes verisimiliter nõ concordarẽt. & ideo non valet tunc aliqua sententia ipsorum arbitrorum. quia sibi habent imputare partes quæ voluntariè tales elegerunt. argumento. l. diem. §. stari. ff. de arbitris. & quia cõpromissum est stricti iuris: vt supra. de arbitris. cũ dilectus. cũ ibi notaris. lõ non suppleẽ a iure, sed omissum habetur pro omisso. facit, quod habetur in l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obliga. & quod habetur de rescriptis. susceptum. libr. vj. ¶ Quid autem in arbitris electis ex necessitate iuris. dicit idem, quod in delegatis per ea quæ habẽtur de of
5 ficio delega. ab arbitris. libr. vi. ¶ †Quid aũt si concurrat ordinarius, & delegatus collega ordinarij, & discordent in sententia. dicit Ioã. And. quòd si per ordinariũ fertur sententia pro reo, vel pro actore in causa fauorabili videtur, quòd illa debeat valere, vt sic non impediatur eius effectus per contrariam sentẽtiã delegati collegæ sicut etiam non impediretur per contrariã sententiam ipsius collegæ. Si autem ecõtra delegatus collegæ ferat sententiam pro reo, vel etiam pro actore in causa fauorabili. tunc dicit, quod utraque non ualet, cum vtraque videatur lata a pari potestate cum nõ sit casus determinatus a iure: sed omissus, facit, quod habetur in l. commodissimè. ff. de lib. & posth. & de rescriptis. susceptum. libr. vi. Vnde secũdum eum si hæc decreta. non emanasset de iure fuisset dicendum neutram sententiam valere. quando iudices discordant in pari numero. siue fuissent ordinarii, siue delegati. & ideo necessaria fuit positio huius decreta. quæ in casibus suis seruari debet.

## b De appellationibus. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata post appellationem legimam est nulla.*
2 *Collatio beneficiorum in ecclesia collegiata de iure spectat ad prælatũ, conuentum, seu capitulum.*
3 *Legatus non de latere licèt sit legatus natus non habet potestatem conferendi beneficia legationis suæ spectantia ad collationem alterius ordinarij.*
4 *Obedientia subiectorum priuari, non debet prelatos pendente lite.*
5 *Denuntiationis actus, an promulget excommunicationem.*
6 *Appellans cui opponitur nõ esse appellatum, vel non ritè, an de hoc debeat fidem facere in curia, an vero poterit petere fieri remissionem ad partes.*

c DIlecti. Collatio beneficii c facta post & contra appellationem legitimã non tenet. h. d. Et primo ponit impetrãtium querelam. secundo dat iudices. secunda ibi: super q̃bus. ¶ In tex. ibi: & infra. sub isto infra deciditur manifestum grauamen, videlicet quod contulerat ecclesias spectantes ad collationem prioris, & canonicorum cõtra formã iuris. & huic parti decisè tantummodo r̃ndetur. & sic inepta fuit decisio, sicut & illa quę hr̃
1 supra de rescriptis. c. veniẽs. ¶ †No. i. q̃ sñia censeẽ nulla si lata est post appellationem legitimã, de quo. infra de sen. excõ. per tuas, & eo. ti. licet. lib. vi. & supra de of.
2 dele. cũ contingat. ¶ No. q̃ † collatio bñficiorũ in ecclesia collegiata de iure vr̃ spectare ad prælatũ, & conuentũ, seu capitulũ de quo. s̄. de elec. cum ecclesia vulte-
3 rana. ¶ †No. legatum nõ de latere, licèt sit legatus natus, vt est Archieps̄ Eboracensis, & q̃dam alij de quibus p gl. in c. i. de offi. leg. in vi. & supra de officio leg. in c. pẽ. nõ habet potestatẽ cõferẽdi bñficia legationis suæ

suæ ad collationem alterius ordinarii spectantia: nisi ex negligentia ad eum deuoluatur potestas, de quo in d.c.j.de officio lega.in vj.& j.de concess. præben. c.
4 ij.¶†No.quòd prælatus non est priuandus obedientia subiectorũ lite pendẽte, anteq̃ sit lata snia priuationis.
5 facit.viij.q.iiij.nonne.¶†No.ꝙ per solum denuntiationis actũ videt̃ promulgari excõicatio,ꝙ videt̃ esse contra ea quæ habent̃ in c.pastoralis.§.j.Ideo Hostiẽ.dicit tex.intelligẽdum esse, quòd prius fuerat lata snia excõicationis aliàs sola denuntiatio non ligaret.vt in d. c.pastoralis.¶No.ex tex.dum dicit,& formã. si exponat̃,& pro,vel prout videt̃ fiendum, qa sufficere vr̃ ꝙ per idoneas psonas cõstet fine fama.vt hic dicit gl.qa fama videt̃ plenè probare.sed dic secũdũ Host.ꝙ fortè hic respicit consuetudinẽ Angliæ scd̃m quã creditur. xli.iuratis asserentibus se credere aliquid esse. & talẽ esse vocem,& famã patriæ,quæ tñ consuetudo nõ toleratur in sententiis ferendis.s.de consuetu.c.ii.& de probationibus.c.ii.& c.ad nostrã:qa talis nõ est plena probatio,vt ex se patet.¶Item no.ꝙ inferior Episcopo vr̃ posse ordinare,ꝙ intellige conferendo, vel præsentando.facit,ꝙ habetur de officio Archi. vt nostrũ. & de institutio.c.i. & ii. nõ aũt videtur posse ordinare autorizabiliter instituendo de quo.s.de officio Archi. cũ satis.ꝙ intellige nisi fortè ex cõsuetudine pscripta. vt voluit pau.in cle.i.j.de excessi.prælato.licèt Hosti. velit non valere consuetudinem in gl.i. in fi.& adde etiã,ꝙ habet̃ de iure ciuili in l.iudicibus.supra.de ap-
6 pel.¶†Extra gl.tãgit Io.An.si opponatur nõ esse appellatũ, vel nõ esse rite appellatũ.an debeat appellãs fidẽ de hoc facere in curia.An verò potetit petere fieri remissionem ad partes.concludit,ꝙ si opponatur an te litem contestatam de hoc fienda est fides in curia. facit.j.eo.Romana.§.si verò.lib.vi.secus si post litis cõtestatio.opponatur non in vi declinatoriæ,sed peremptoriæ.vt si forte facta positione per appellantẽ,ꝙ appellauit.intra decem dies,& illa negata formet articulos,& petat remitti ad partes pro probatione. tũc dicit,ꝙ bene dabitur dilatio ad probationẽ fiendã etiã extra curiam,& imputet sibi qui ante litis contestationem non opposuit.nam de stilo curiæ est,ꝙ pro dilatoriis pbandis non datur dilatio extra curiã.sed peremptoriis sic,vt notat Specu.de dilatio.§.i.versi.sed,& si. & p dominos de Rota.sua cõclusione.cc xiii. facit ẽt, quod notat Io.mona.& Archid.de exceptionibus.pia. lib.vi.dicit tamen Host.quòd de mẽte tex.in c.i.de electio.in vi.& c.eordi.de appell.eo.lib.videtur esse,ꝙ ẽt super peremptoriis quis debeat ad curiam cõparere, & sic portare instrumenta necessaria.vnde fortè de iure etiam in peremptoriis, quando prohibitio habet fieri per instrumenta non deberet dari dilatio extra curiam, qualiter autem informabunt se commissarii de quibus in litera.Io.An.post Tancre.& Hostien. videntur velle, quòd informabunt se secundum formam iudicii, & secundum iuris ordinem,facit supra. de iudi. exhibita.Sed do.Anto.hic dicit,quòd satis putat, qđ poterunt ex officio mercennario se informare. quia hic agitur per viam attentati quę est via summaria iõ videtur sufficere attentatum esse post appellationem legitimam.facit,quod notatur.j.eod.noo solum. libr. vi.& j.co.consuluit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio generalis non valet.*

1 **INter cætera.** Appellatio generalis in omni eã non valet.h.d.¶†No. qđ non ualet appellatio generalis.hodie uerò nõ ualet ẽt specialis nisi fiat cum eã probabili.j. eo. c.ut debitus. An autẽ a futuro grauamine appelletur satis hic innuitur, quod nõ fallit si sit cõminatũ.infra eo,c.cum cessante.¶No.redarguendum in illũ, qui facit contra ius,facit quod hr̃ supra.de auto.& vsu pa.ni si.& in c.vel non est Compo. supra de temp.ord. ¶In gl.i.ibi solue, vel ibi supple. quia hic fuit generalis in omni eã.ibi in vna tantum.tamen illa etiam hodie nõ valet per c.vt debitus.Infra eod.¶In ea.gl.ibi argumẽtum contra.dic ꝙ regulariter tantum valet aliquid generaliter fieri quantum specialiter. fallit in casibus in quibus reperitur cõtrariũ,& in quibus rõ suadet opposituũ,de quo.in c.si sacerdos. & xxiii. dist.q̃q̃.& facit ẽt. quod habetur in l.omnes.C.de quadr.præscrip.

SVMMARIVM.

1 *Abbas habet iurisdictionem in monachos.*

**AD nostram.** A correctione non appellatur. hoc dicit. Et primo præmittit eãm mandati.secundo ponit mandatum.ibi:mãdamus.¶ No.ꝙ introducta ad vnum effectum non debent trahi ad oppositum.facit quod habetur in l.legati inutiliter.ff.de lega.j.¶ Not.ꝙ appellatio, quę fuit introducta pro releuatione iniquitatis nõ debet fouere iniquitatẽ.¶†No.
1 ꝙ abbas habet iurisdictionem in monachos quo ad ea quæ sunt de regula de institutione ordinis, de quo supra de officio ordi.c. quanto. astringuntur etiam monachi in his,quæ sunt præcepti in regula:non in his,q̃ sunt consilii.de quo per dominum Anto. supra de cõstitutio.nam concupiscentiam.& ibi tetigi.¶ No.vlt.a pœna iuris,non appellari.facit.infra eo.qa nos. & qđ habetur.ff.de verbo.sig.in l.si qua pœna.¶In glo.1.in fi.hoc verum regulariter, fallit vbi non vtitur re etiam ad illum vsum in c.quamuis. de pœnis. in vi. & in cle. quia contingit.de religio.domi.¶In gl.fi.ibi extra formam iudicii.vnde dicebat.Vincen.quòd si in forma iudicii prætenderetur ad correctionem tunc bene posset appellari.Innocen.vero hic dicit, quòd olim poterat esse differẽtia inter regulares,& seculares,qa olim vix,aut nunquam audiebãtur regulares: sed seculares facilius. sed hodie non est differentia secundum eum inter regulares,& seculares. quia vtrique appellant,si grauantur aliter non. Item secundum eum licèt olim esset differẽtia,an appelletur a correctione,an ab aliis. tamen secundum eum hodie non est differentia. sed attenditur,an grauatur appellans,an non. sed Host.nõ placet dictũ Inn.qa ẽt hodie dĩa est inter regulares, seculares.j. de simonia.c. per tuas.§.fi.vnde dicit,qđ siue sint seculares, siue regulares, siue grauãtur, nõ appellant.& in hoc conueniunt:sed in alio est differẽtia:quia facilius grauantur seculares, quàm regulares ex eo. quia a iure magis laxantur habenę in procedẽdo contra regulares, & magis remittuntur solennitates iudiciarię in religiosis, quàm in secularibus.facit quod habetur in d.c.p tuas.ad finem. vnde sm eũ, & olim & hodie est differentia inter correctionem regularium,& correctionẽ secularium clericorũ. vt infra.eo.cum speciali.& de accusatio.c. qualiter. el ij.ad finem.de quo ẽt in Spec.de accu.§.in quibus. ver.ii.xi. ¶Item aduerte qualiter:quia in correctione nihil põt consuetudo ne quis corrigatur.sed in aliis causis, & iurisdictionibus bene potest consuetudo operari.facit.s. de consue.c.ii.& de foro compe.c.cum contingat.

SVMMARIVM.

1 *Appellans potest sibi præfigere terminum ad appellationem prosequendam.*
2 *Desertionis appellationis effectus quis sit.*
3 *Deserens appellationem non auditur reiecta omni contradictione ab appellatione.*
4 *Appellans habet annum ad prosequendam appellationem, vbi non est terminus*

*terminus statutus a parte nec a iudic̃. & ex causa biennium.*
5 *Deserens appellationem, & non comparens, an cogatur stare iudicio iudicis a quo: an iudicis ad quem.*
6 *Terminus statutus a iudice a quo an possit abbreuiare per iudicem ad quem.*

a Si appellans. Idem est summarium istud cũ summario d. Abb.

a PErsonas. Si appellans a infra terminum
statutum a iudice a quo appel
lauit, vel a scipso statutum appellationem nõ
prosequitur sententię, vel iudicio illius a quo
appellauit stare compellitur. h.d. sunt duo dicta quæ
1 patent secundũ ibi: si aũt. ¶ No. j. † quòd appellãs põt
sibi præfigere terminum ad prosequẽdã appellationẽ,
quod intellige dũmodo statuat minorẽ terminũ iuris.
¶ No. ꝙ vbi appellãs statuit nimis prolixum terminũ
ad appellationem prosequendã iudex potest illud mo
2 derari, & restringere. ¶ † No. effectum desertionis ap-
pellationis per lapsum termini statutum ab appellan
te, & moderari a iudice, vel etiã non moderari si con-
gruus fuit assignatus. quia cõpellitur stare iudicio iu-
dicis a quo appellauit si ab interlocutoria, vel graua-
mine appellauit, vel si a sentẽtia diffinitiua cogitur pa
rere sententiæ: & sic loquitur ver. si autẽ. sed principiũ
loquitur de appellãte ab interlocutoria. ¶ Itẽ in prin-
cipio terminus fuit moderatus per iudicẽ, sed in ver.
si autem. nõ fuit moderatus. ¶ Item scd̃o potest dici, ꝙ
in principio fuit statutus terminus ad se præsentandũ,
sed in ver. si aũt. videtur statutus termin⁹ ad prosequẽ-
3 dum. de quo tangitur. j. c. proxi. ¶ † No. ꝙ talis deserẽs
non auditur reiecta omni contradictione ab appella-
tione, & sic uidetur, quòd deserens appellationẽ tanq̃
verius contumax non audiatur appellãs de quo dic,
vt dicet̃ infra. e. c. directè. ¶ Et no. ẽt ex tex. isto iuncto
principio cum fine, ꝙ hæc videntur equipollere siue
dicantur procedas omni cõtradictione cessante. vel ꝓ
4 cedas omni appellatione cessante. ¶ † In gl. j. in fi. vbi
aũt non statuit̃ terminus a ꝑte, nec a iudice, tũc habet
appellans terminũ iuris ad appellationẽ prosequendã
videlicet annũ, & ex cã biẽniũ. j. c. ꝓximo. ¶ In gl. ibi:
ad p̃sentandũ se. qñq; verò datur ad iter arripiendũ',
de electio. c. j. in vi. quandoq; ad prosequendũ. j. c. pro-
ximo. & an inter ista sit differentia tangã. j. in c. sequẽ-
ti. de quo etiã per Io. An. in Spec. eo. titu. §. tunc breui
ter. circa finem. in additio. Spec. ¶ In gl. fi in fi. Aduer
te, quia iura variè vident̃ loqui in hac materia. q͞a hic
5 dicit, quod † deferens, & non comparens in termino
cogit̃ stare iudicio iudicis a quo, sed j. c. proximo. ver.
si autem. secundum vnã literã dicitur, ꝙ cogitur stare
iudicio iudicis ad quem. sed j. e. repræhensibilis. dicit
appellantẽ condẽnandum appellato in expensis. sed
in c. sępe. j. ex text. aliter loquit̃, & dicit, ꝙ habet̃ ac si
peremptoriè fuisset citatus, & videt̃ intelligere per iu
dicem ad quẽ. sed glo. ista uidetur intelligere per iudi-
cem a quo, quid tenendum dicitur in c. sæpe. ¶ Itẽ ad-
uerte, q͞a dicunt, ꝙ si appellatum est a diffinitiua, licèt
sit lapsus terminus statutus ab homine nõ tñ remane
bit firma sententia nisi labatur terminus iuris, sed cer
tè est contra istum tex. vt voluit etiã hic Inn. nã aper
te litera hic uult, quòd lapso termino illa sententia re-
maneat firma. & sic poterit mandari executio non po
terit appellari. nisi modus excedatur. s. tit. proximo, ꝙ
ad consultationẽ. ¶ Sed quid si appellatus infra termi-
num prosequatur appellationẽ, an audietur appellans
lapso termino inuito appellato si nõ vult plus ꝓsequi
Spe. eo. ti. §. nunc breuiter. uersi. sed pone. tenet, quòd
non ex quo ipse non fuit prosequutus infra terminũ
per istum tex. dicit tamẽ, ꝙ si terminus est statutus ad
se præsentandũ sufficit se pręsentare in termino. licèt
non incipiat aliter ꝓsequi intra terminũ. facit, ꝙ nota

b Appellãs ad ꝓsequẽdã ad intellectum huius c. vide Spe. ti. de app. §. restat videre. & d. Hen. Boy. hic ponẽtẽ distĩ. pulchrã super materia huius cap.

tur. j. c. proximo. fatetur tamen, quòd appellatus post
terminum posset prosequi, & petere confirmationem
sentẽtię per id, ꝙ habetur. j. eo. oblatę. & sic indirectè
tũc compelleret̃ appellans etiam posset appellatio-
nem prosequi de quo etiam in c. j. j. eo. li. vj. An autem
6 iudex † ad quem possit abbreuiare terminum statutũ
a iudice a quo, posuit Spe. in versi. seq. dicto ver. sed po
ne, & finaliter tenet, quòd non, quia non est iudex pẽ
dente dilatione, & quia etiam appellans possit renun-
tiare, facit, quod notatur de electio. quamuis. in vi. &
in l. si quis prouocatione. C. de appella. licèt aliqui cõ
tra secundum eum.

*SVMMARIVM.*

1 *Terminum appellationis prosequendæ potest iudex a quo abbreuiare statuendo tempus appellanti, intra quod prosequatur appellationem.*
2 *Appellationem non prosequens qua pœna veniat puniendus.*
3 *Appellari potest de iure canonico a quocunq; grauamine ante litis ingressum, & etiam ante sententiam: sed secundum leges secus.*
4 *Appellari potest extra iudicium.*
5 *Deserens appellationem a diffinitiua videtur verus contumax.*
6 *Appellans in causa criminali auditur nisi delictum sit notorium.*
7 *Sententia potest promulgari in absentem non citatum quãdo delictum est notorium.*
8 *Dilationes quæ dantur a lege, an possint per iudicem abbreuiari.*
9 *Iudex a quo potest statuere terminum appellanti ad iter arripiendum.*
10 *Iudex a quo non potest statuere terminum appellanti ad finiendam appellationem.*
11 *Comparere non tenetur quis, licèt alter sibi dicat appello te, vt venias ad curiam, vel ad iudicem, vt faciat mihi iustitiam de tali re.*
12 *Excommunicari non potest quis propter crimen notorium nisi monitione præmissa.*
13 *Condemnatio nimis accelerata est odiosa.*

b CVm sit Romana. Appellãs ad
ꝓsequẽdã b
appellationẽ habet annũ, & ex causa biẽ-
niũ, nisi iudex breuius tempus moderetur
si intra tempus non prosequitur rata, & firma manet
sententia, & redit ad primum iudicẽ si ante sententiã
fuit appellatũ. & qui de crimine impetit̃ seu accusatus
appellare potest nisi crimen sit notoriũ. Et primo po-
nit terminum appellationis prosequendæ. Scd̃o ponit
pœnã non prosequentis illã. Tertio ponit an de crimi
ne delatus appellet. scd̃a ibi: intra quod, tertia ibi: præ
terea. ¶ No. terminũ datũ a iure ad appellationẽ ꝓse-
1 quẽdum. q͞a est annus. & ex cã biẽnium. ¶ † No. ꝙ iu-
dex a quo põt abbreuiare terminum appellationis ꝓ
sequendæ statuẽdo tẽpus appellanti. j. qd̃ prosequat̃
2 appellationẽ. ¶ Et no. † pœnã nõ prosequẽtis appella
tionẽ intra tp̃s datum: q͞a si est appellatum a diffiniti-
ua cõpellit̃ stare sniæ latæ, si ab interlocutoria cõpellit̃
stare iudicio illius a quo appellauit. facit, qd̃ habet̃. s.
3 eo. c. personas. & qd̃ dicetur. j. c. sæpe. ¶ † No. quòd an
te litis ingressum, & etiã ante sententiã de iure cano-
nico põt a quocunq; grauamine appellari sicut a diffi
nitiua. secus tñ scd̃m leges. quia secundum illas regu
lariter ante sententiam non appellatur. l. ante senten-
4 tiæ. C. quorũ appellatio. non recipi. ¶ Et no. ꝙ † potest
ẽt extra iudiciũ appellari. tñ talis appellatio extraiudi
cialis non propriè dicitur appellatio, sed prouocatio
5 ad cãm. & ad hoc sæpe allegatur. ¶ No. quod † deserẽs
appellationem a diffinitiua videtur verus contumax.
vt non audiatur amplius appellans. secus si appella-
tum fuerit a grauamine, quia tunc videtur audiri ap-
pellans si nouiter grauetur. ꝙ intellige, vt dicetur in c.
6 directè. infra. c. ¶ No. † quòd in causa criminali audit̃
appellans nisi delictum sit notorium. facit, qd̃ notatur
secundum vnum intellectum in l. constitutiones. ff.
7 de appel. ¶ † Not. quod sententia videtur posse pro-
mulgari

mulgari in absentem non citatum,qñ delictum est no
torium.de quo dicendum , vt tangetur in gl.fi. & sup
ea.¶In gl.j.ibi:& triennium hoc intellige , vt dicet in
c.ex ratione hic allegato:quia non eodem modo om-
nino datur triennium quo datur biennium,vt dicetur
in dicto c.ex ratione.¶In glo.ij.in fine.& plene de ma
8 teria in l.ij.hic allegata. vbi per glo.& Barto.¶†In glo.
tertia ibi,de dilationi.præterea.cum gl. concordat Ho
a stien. si iudex vellit abbreuiare a vel elongare. quia ex
ea potest. sed etiam poterit dilationes datas a l.ex to-
to denegare.& addit etiam duos alios casus in quibus
non potest iudex abbreuiare vltra casus gloss. vt quan
do vellet abbreuiare tempus semestre datum ad diri-
mendum animal morbosum.ff.de ædil. edicto.l. cum
sex.vel ad conferendum beneficia ex concessione præ
ben.c.ij.Item addit alium casum,quãdo vellet abbre-
uiare tempus.lx. dierum,qui dantur ad accusandũ vxo-
rem iure mariti.l.muliere.§.sex.ignrã.ff.de adulteriis.
& 4.q.4.§.aliter.ratio autem dictorum casuum est se-
cundum aliquos:quia in prædictis casibus tempus da-
a lege sine ministerio iudicis . facit quod notatur p gl.
& Cy.in auth.offeratur.C.de li.cõtestatio.secus si datũ
tur a l.ministerio iudicantis.quia tunc possunt abbre-
uiari.l.ad peremptorium.cum sequenti.ff. de iudiciis.
facit quod notatur per Cyn.in l.j.C.de dilatio. &in au
then.qui semel.C.quomodo, & quando iudex.Barto.
notat.in l.a.ff.de re iud.tenet quod siue dilatio detur a
lege siue ministeriu iudicis posit,ex cã abbreuiari p-
bat dictum suum ex eo , quia videmus quod tempus
statutum a iure ad proponendas exceptiones.qđ est tẽ
pus ante litis contestatio.in dilatoriis, & ante senten-
tiam in peremptoriis de exceptionibus in c.exceptio-
nem,cum ibi notatis potest abbreuiari , vt patet in c.
pastoralis.de exceptionibus.& facit quod notat Dyn.
in regula indultum.de regulis iuris.in vi. & tamen ta-
le tẽpus datur a iure sine ministerio iudicis . ¶Itẽ sm
eum patet in tempore dato ad petendam , & fiendam
restitutionem,in integrũ.nã licèt detur a iure sine mi-
nisterio indicantis . tamen videtur prorogari ex causa
p iudicem.l.intra vtile . secundum vnam lecturam.ff.
de minoribus. Item patet secundum eum in tempo-
re dato ad adeundum hæreditatem , nam licèt detur a
iure sine ministerio iudicis. tamen potest abbreuiari
per iudicem.ff.de heredit. institutuen.l. si quis institua-
tur.& l.quandiu.ff.de acquiren.hæredita. oportet ta-
men secundum eum quòd adsit causa legitima . facit,
quod habetur in l.iiii.§. si quis condemnatus.ff.de re
iud.& inter cæteras causas causa legitima est consue-
tudo fori per id,quod habetur in l.iii. in fin.ff. de testi.
& quod notatur in authen.qui semel.C.quomodo, &
quando iudex.¶Item si iurisdictio esset modico tem-
pore duratura,supra de officio delega.c.cõsuluit.¶Itẽ
si est causa modicę quantitatis in auth. nisi breuiores.
C.de senten. ¶Itẽ si res est tempore peritura . vt si est
quæstio de rectoratu temporali. supra de iudiciis.c. si.
Item si est cã alimentorum,ne forte alias quis pereat
famæ. facit quod notatur in d.l.ii. Est etiam interdum
iusta causa breuiandi ex qualitate rei de qua agitur.vt
si est quæstio de equo,vel alio animali quo casu pro-
pter dilationes posset tanta expensa fieri, quòd ascen-
deret ad valorem equi.facit, quod habetur in l. medi-
terraneæ.C.de anno.& tribu.lib.x.potest etiam esse cã
elõgandi.si forte sit causa valde grauis in qua magna
exigatur deliberatio.facit,quod habetur.s.de dilatio.
exposuit.& sic transit hic dñs Ant. Sed certe cõis opi-
nio cũ est gl. q dilationes, quæ danĩ a iure,sine mini-
sterio iudicantis,non possint abbreuiari. quod intelli-
go,nisi in casibus in quibus reperiĩ expressum cõtra-
rium.& per hoc cessant cõtraria Bart. & hoc ẽt voluit
gl.in regula.indultũ.de regulis iuris.in vi.& facit, qđ
notat gl.in decre.cupientes.§.qđ si per viginti.in ver.
xv.dierum.de electio.in vi.& quod notat etiam glo.in
authentica.offeratur de litis contestatio . de quo ple-
9 nius dixi in l.ii.ff.de re iudi.¶†In eadem glo. ibi:vel ,
quod arripiat ite.tnota bene ex gloss. quod quandoq;
statuitur tempus appellanti per iudicem a quo ad se
præsentandum coram iudice ad quem est appellatũ ,
quandoq; statuitur ad iter arripiendum . vt hic tangit
glo.& facit,quod habetur s.c.proximo.Est tamen du-
bium an hoc casu in quo statuitur tempus ad prose-
quendum sufficiat intra tempus iter arripere.Spe. eo.
ti.§.nunc breuiter.circa finem.videtur velle, qđ sic. p
id,q habetur.supra.ti.i.c.cum cãm. ¶Sed certè,vt tan
git Io.And.in additione Specu. in loco præallegato.
potest dici,quòd in dicto.c.cũ causam , dicitur, quod
non arripuit iter ad ostendendum maiorem negligen
tiam.vnde videtur ibi velle,quòd diuersa est forma in
prædictis sic diuersus fuit effectus.& ideo, quando sta
non per hoc renuntiatur appellationi , quia ipse ap-
pellans nihil agit coram iudice a quo, & licèt iste
intellectus etiam in se sit verus,tamen notabilior est
intellectus glo.vt etiam ipse appellans possit via ordi
naria petere possessionem sibi reformari,quia licèt pē
deat appellatio super proprietate rei,tamen si appel-
lans

a Si appellans summarii istud & do Abb. sunt eiusdē tenoris nihil differētes.

b In gl. secunda vide do. Abb. in j. colū. in versic. opp. contra tex. nu. iiij.

lans fuit pendente appellatione spoliatus ab appellato,& petat appellans se restitui corã ipso iudice a quo hæc est noua cã separata a principali,q̃a diuersa est cã possessionis proprietatis. l. naturaliter.§. nihil cõe.ff. de acquirend. possessio.& ideo non per hoc intelligitur renuntiare super proprietate, & licet appellans possit iudicem recusare in alia causa si tamen non vult non cogitur,cum illud sit in eius fauorem inductum,de reg.iur.quod ob gratiam lib.vj.Et si dicatur, quod restitutio possessionis hoc casu videtur annecti articulo appellationis qui posset retractari per viã attentati per iudicem ad quem,dicas quòd illud verum quando per viam attentati fieret reuocatio,nam tunc illud spectat ad iudicem ad quem, secus quãdo via ordinaria petitur reuocatio,quia tunc bene potest peti coram iudice a quo,vt hic est casus notabilis, & singularis, & non reperies meliorem,plus tamen dixit. Inn.quod, licet per viam attentati appellatione pendente non possit iudex a quo reuocare,tamen tanquã attẽtatũ lite pẽdẽte ꝑ titulum s.vt lite pẽdente. videtur posse reuocare sine libello,nam secũdum eum potest dici satis lis pendere propter spem quam habet:quia poterit esse, quòd reassumet iurisdictionem j.eo.vt debitus.primum tamẽ dictum magis sibi placet scilicet,quòd via ordinaria,& non per viam attentati retractare, & istud videtur tutius per istũ text.& prædicta dicit vera do.Anto.si iudex a quo vult retractare per viam attentati.Sed si vellet reuocare aliq̃d, quod ipse iudex attentasset,tunc bene posset facit,q̃d habetur.j.eo.cum cessante,& alle.ẽt,quod not.Fede. in suis consilijs consil. ccxxiij.& adde ẽt, quod not.in c.cum appella.infra eo.in vj.vbi tangit gl.An iudex q̃ detulit appellationi possit statuere terminum appellanti.



5 ¶ † Et no. præcipue:quia do.Ant.hic facit vnam regulã,quòd iudex a quo pendente appellatione potest se intromittere de his, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis,ad quod allegat,quod habetur in c.a.de ma.contracto contra interdic.eccle.& s.eo. personas & c.cum sit romana,& facit etiã, quod not. in Specu.de appellatio.§.penul.in prin.vbi ponit aliquos casus in quibus potest aliquid innouari appellatione pendente,& videtur dictum do. Ant.intelligendum,quando via ordinaria aditur ipse iudex a quo,facit,quod dicetur infra e.qua fronte,& c.solicitudinẽ. ¶ Et adde prædictis,quòd licet iudex detulerit appellationi, tñ vr̃ posse inhibere ne aliq̃d attẽtet in p̃iudiciũ appellatiõis,vt vr̃ ꝓbari in c.ij.de ma.cõtracto cõtra interdi.eccle.vt videtur voluisse Eed.in loco præalleg.& sequit̃ hic do.Ant.vbi etiam videtur dicere, quod si pendẽte appellatione super quæstione instrumenti prouuntiati non vsurarij, quod dicebatur vsurarium per ipsum iudicem ecclesiasticum poterit ipse iudex mittere inhibitoriam iudici seculari,ne exequatur interim instrumentum super quo lis vsuraria pendet,licet sit appellatum ab eo nã nihilominus potest dictam inhibitoriã facere per prædicta.

6 † Nec ob. quod lite pendente non debet pars prohiberi vti iure suo, quia illud verum nisi tendat in faciliorem exitum appellationis id,quod agere vult per ea, quæ supra sunt dicta, & plus dicit,q̃ si in sententia diffinitiua reuocasset inhibitoriam prius factam iudici seculari debebit illam reuocare appellatione pendente, quod est valde notandum,& sequitur hie do. Ant.allegans etiam ad prædicta, quod no.in c.tuã.de ordi. cog.Sed fortè istud vltimum non est sine dubitatione, quia ex quo lata est sententia diffinitiua videt̃ functus officio suo.s.de offi.dele.io literis & ff.de re iud. l.iudex.Et ideo non videtur, q̃ possit reuocare id, q̃d fecit in ipsa diffinitiua sententia tene tu menti dictũ do.Anto.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio,an valeat certo grauamine non expresso.*

2 *Appellatio extraiudicialis non suspendit penitus potestatem partis sicut in iudiciali.*

3 *Attentatum post, & contra appellationem extraiudicialem non est ipso iure nullum,sed venit irritandum.*

a Consuluit. Generalis a appellatio si fiat in oĩbus causis nõ ualet. Secus si fiat in vna cã tm̃.h.d.Et primo ponit̃ decisa ꝯsultatio,Secũdo rñsio.ibi:cõsultatiõi q̃ h̃et duo mẽbra,& scd̃m ibi : si uero.

1 ¶ † In gl.ibi istud tenet.supple hodie ꝑ iura, quæ infra allegantur etiam cum gl.concor.Inn.in appellationibus iudicialibus,sed in extraiudicialibus dicit,quod ẽt hodie valebit appellatio certo grauamine non expresso: dum tamen aliquid dicatur, vel fiat ex quo probabiliter grauamen timeri posit,& grauamen postea subsequatur,nam extra iudicium potest appellari a futuro grauamine si probabiliter de illo dubitatur, facit, quod dicetur.infra eo.c. bone. fatetur tamen, quòd si aliquid paratum præcedat, quòd ad illud restringitur appelllatio,vt si peto aliquid extra iudicium, & appellas ne te grauem restringitur appellatio ad grauamen occurens occasione illius petitionis præparatę,seu cõtinuatæ facit infra eo.ad audiẽtiã. & c.dilectis.Io.An. dicit,quòd etiam in iudicialibus appellationibus potest hodie procedere decre.in duobus casibus. ¶ Primo, quando appellatio interponitur expresso certo grauamine subiecta clausula generali, vt si appello a iudice, quia me grauauit in tali facto, & timens plus in futurũ grauari appello ab omni grauamine ꝑ ipsum inferẽdo,facit, q̃d h̃r.s.de dilationi.ꝑterea. ¶ Itẽ secundo potest intelligi de appellatione generali interposita in causis maioribus in quibus non est necesse causam exprimi,infra eo.vt debitus.tractat etiã hic Inn.de practica libelli super attentatis, & concludit, quòd non debet simpliciter peti,vt reuocetur quicq̃d factum est post, & contra appellationẽ, vel quicquid fit ei annexum per id,quod habetur supra de elec.cũ nobis olim, & de procuratoribus auditis.Nec ob.supra de iudiciis.exhibi ta.& infra.eo.ex parte,vbi dicit̃ reuocato in irritum quicquid post appellationẽ fuerit attentatum,quia debet intelligi,scilicet contra ipsam appellationem ꝑ iura prææallegata,sed Host.hic dicit,q̃ quicquid dicit Inno.q̃ nec ius, nec cursus iudiciorum admittit hanc subtilitatem,nam quicquid fit post appellationem legitima.retractatur infra eo.dilectis, & tota die admittitur talis libellus,peto attentata post appellationem retractari,fatetur tamen, q̃ tacite intelligatur talis petitio de eo, quod contra appellationem,vel contra iura fit actum per c.audita.de resti.spo.& infra ad hoc.c.solicitudinem, sed do.Anto. hic dicit,q̃ opinio Inno.potest intelligi in appellatione extraiudiciali,sed secundum Host.in iudiciali. &

2 ratio diuersitatis est † quia extraiudicialis non suspẽdit penitus potestatem partis de elec.considerámus. & c.bene, & est quædam prouocatio ad causam supra eod.cum sit romana,sed appellatio iudicialis suspendit potestatem iudicis, & aonullatur, quod, fit postea ex defectu potestatis dicit tamen aduertẽdum, vt no.Archi.ij.q.vj.c.quoties.† q̃ attentatum post, & contra appellationem extraiudicialem venit irritandum,q̃a nõ est nullũ ipso iure. Sed attẽtatum post appellationem iudicialem, si est interposita ex causis in iure expressis est nullũ. Sed si ex causa nõ expressa venit irritandum, de quo in præalleg.c.quoties. ꝑ Arch,

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Nuntiỹ relationi creditur. & nu. 6.*
2 *Citatio facta sine expressione certe diei, an valeat.*
3 *Citatus ad maius tribunal si non comparet licèt vocetur ad minus censetur contumax. & nu 5.*
4 *Citatus vt se præsentet coram Papa potest per nuntium seu procuratorem comparere.*
6 *Nuntio Papæ creditur circa citationem. & nu. 9.*
7 *Nuntio non creditur de commissione sibi facta, nisi, & illa appareat.*
8 *Nuntius si dicat se non retulisse id, quod dixit notarius, vel non retulisse, prout scripsit an credetur nuntio an notario seu scripturæ.*

CVm parati. Sub obtentu [a] appellationis nõ dẽt qs cõtẽnere citationẽ legati. Et primo ponit, qđ opponebat cardinalis Episcopo. Secundo excusationẽ Episcopi. Tertio responsionem cardinalis ad illam. Quarto citationem episcopi, secunda ibi. cũque. tertia ibi: cardinalis quarta ibi: nos attendẽtes. ¶ In tex. ibi infra deciditur, q̃ Eṗs dicebat se applicasse anteq̃ esset excommunicatus, & allegat, quod sequtur ibi aduocationem, fortè aduocabat eum ad concilium. ¶ No. q̃ excommunicatus petens aliquid a Papa non debet audiri, & videtur hoc procedere etiam si extraiudicialiter fiat petitio, vt hic videtur probari. ¶ No. q̃ videtur admittendum fore ad opponendum de excommunicatione, & illum contra quem nõ dirigitur petitio excommunicati, facit ad notata de rescriptis nonnulli. super glo. fi. & ex hoc potes notare, q̃ in casibus in quibus iudex ex officio potest supplere potest etiam admittere opponentem, licèt eius nõ
1 intersit. ¶ † No. q̃ statut relationi nuntij de his, q̃ asse-
2 ruit, vel fecit de quo in gl. ¶ † No. q̃ videtur valere cita
b tio etiam [b] si facta sit sine expressione certę diei, quia intelligitur tacitè dies, videlicet q̃ compareat quã citius potest, argu. l. si peculium. §. fi. ff. de statuliber. & supra de do. contu. cum dilecti, & de elec. cupiẽtes. primo responso. lib. vj. & hoc etiam sequitur Io. And. hic & tenuit Spe. in titu. de cita. §. sequitur. ver. quid si nõ præfixit, & sequitur etiam hic do. Ant. licèt Pe. & Cy. teneant cõtra in l. fi. C. de ferijs per l. ita stipulatus. de verb. obliga. vbi non valet stipulatio sine die. Sed certè illud contingit, q̃a errore facta fuit omissio, vt ibi plenè no. per Bar. aliàs esset secus, vt l. de die. ff. qui satisda. cogã. & l. si finita. in prin. ff. de dam. infec. Sed aduerte, q̃a Bar. in l. liber homo. §. decem. de verb. obli. videtur tenere opinio. Pet. p̃ l. aut qui aliter. §. j. ff. qđ vi aut clam. vbi videtur, q̃ citatio debeat certum tempus continere. Ang. ibi videtur concordare opi. q̃a si quærimus, an valeat citatio sine die quantum ad hoc, vt possit iudex punire cõtumacem si non veniat quã primum potest, & tunc dicit, quòd sic, & intelligatur iste text. & opinio Spec. ¶ Aut quæritur nunq̃d valet talis citatio, vt possit procedi in causa ad sententiã, vel alium actum expediendum, & dicit, quòd nõ ex quo nõ habet certum diem per ea, quę habẽtur. in d. l. aut qui aliter. §. j. & sic possit intelligi opi. Pe. & Bar. quod no. q̃a do. Anto. hic non tãgit prædicta, sed trãsit sim-
3 pliciter cum Io. An. ¶ † No. q̃ vocatus ad maius tribunal si non comparet licèt vocetur ad minus tribunal censetur contumax, quia debet superiori parere facit
4 l. contra pupillum. §. is qui ff. de re iud. ¶ † Not. q̃ citatus, vt se præsentet coram Papa videtur posse comparere per nuntium, seu procuratorem, facit, quod habetur in c. Episcopus. xviij. distin. & sic trãseat Io. An. & do. Ant. hoc videtur intelligẽdum nisi qualitas causæ requireret præsentiam personalẽ, facit, quod habetur supra de dilatio. c. exposuit, & l. iter artifices. ff. de

solu. in gloss. ij. vbi exemplo Petri, vt habetur Lucæ. v.
5 c. & t. q. 2. §. verum. ¶ † In ea. gloss. in fi. Conclude pro declaratione glo. si quæritur, quando quis vocatur a duobus superioribus cui magis sit obediendum, q̃a aut vtrique potest obediri, & tunc vtrique est obediẽdum: vt hic voluit Host. & facit, quod habetur in c. 2. supra de maio. & obed. & in l. si q̃s in graui. §. si cum omnes. ff. ad sillenia. ¶ Si autem nõ potest vtriq; obedire, vt quia pro eadem die vocatur, vt personaliter se præsentet, & tunc aut mandantes sunt pares, & obediendum est illi cui magis astringitur, argu. j. de testa. cum in officijs, & in d. §. cum omnes. ¶ Si autẽ vtriq; pariter astringitur parendum est illi qui est in maiori necessitate per prædictum. §. si cum omnes, & vbi est equalis necessitas parendum est primo vocãti. arg. supra, de rescrip. cæterum. ¶ Si autẽ non sunt pares, sed vnus est superior, alter inferior, & tũc in his quæ sunt iurisdictionis tam superioris, quàm inferioris parendum est superiori, facit d. l. contra pupillum. §. t. ff. de re iud. in his vero, quæ spectant ad iurisdictionem inferioris, & non superioris parendum est inferiori. supra de offic. ordi. Pastoralis, & per hoc potest inferri ad id, quod tetigit glos. videlicet, an prius sit parendũ Regi, quã alteri prælato si prius a Rege fuit vocatus, quia certè non si non tenet ab eo regalia, vt etiã sensit gl. quia tunc non censetur subiectus Regi, sed tantum superiori prçlato. ¶ Si autẽ tenet a Rege regalia tunc Host. uidetur tenere, qđ parendũ est prælato tanquam maiori. de maio. & obedien. c. solite, & hoc q̃ñ non potest utrique parere, sed Inno. uidetur uelle hoc uerũ, q̃ñ cõstat prçlatũ uelle mãdare ꝯ mãdatũ Regis: q̃a tunc sibi prius quam Regi est obediendũ arg. d. c. solite. & quia fortius est uinculum spirituale quã carnale de transla. c. ij. sed non cõstat prælatum uelle excludere mãdatum Regis præambulum obediendum est tũc Regi prius requirenti, q̃ñ ab eo tenet regalia, quia non intelligitur in dubio prælatum mãdasse ad prçiudicium Regis nisi hoc exprimat arg. de offi. ↄdele. super eo. & hçc uera in prælato inferiore a Papa, sed ubi Papa, uel eius uices gerens uocat, tunc sibi p̃ omnibus est obediendum, ut uoluit hic glo. & per prædicta uidetur, q̃ licèt malè faciat prælatus ecclesiasticus superior mandans inferiori, quòd non obediat mandato Regis præambulo, sed compareat coram eo, quãdo non subest iusta causa faciendi tale mandatum si
6 pur ipsum faciat ei obediendum. ¶ † In gl. nuntius. ibi fideliter exequẽti quòd in dubio præsumitur si aliud non apparet per ea, quæ habẽtur in c. ad audientiam. de præscriptio. & in c. uno. de scrutinio. ¶ In ea. gl. ibi: alias nõ crederetur, ut si fortè referat delictum aliqđ esse commissum, facit, quod habetur in l. diuus. ff. de
7 custo. reo. & in l. 1. C. de decurio. lib. x. ¶ † Et no. bene hanc glo. cuius opi. communiter tenetur, & practica
c tur uidelicet, q̃ nuntio [c] Papæ credatur circa citationẽ licèt gl. aliàs dicat supra de probatio, quoniam contra de quo etiam per gl. lxxxii. dist. proposuisti. 4. q. 3. §. itẽ in criminali. uer. item testes. Spe. uero in tit. de citatione. §. sequit̃ uer. sed nunq̃d credet̃ tenet, qđ credit̃ nũtio saluo nisi ille qui dr̃ citatus afferat cõtrium cum iuramento. Hostien. uero dicit hoc arbitrarium inspecta qualitate causæ, & personarum arg. c. fi. de iureiut. Archi. in c. proposuisti p̃ hoc allegato, quia graue ur̃ esse, qđ uni nuntio forsan uili contra Episcopum iurantem contrarium credatur, cũ Episcopus sic posset damnari absens, & non audiretur appellans si censeretur contumax. 2. q. vj. §. sunt quorum. de quo etiã remittit ad summam de contumacia. §. qualiter. uers. q̃d si absens. Io. And. in additio. Spec. super dicto ver. sed nunquid

a Sub obtentu. vide hic casum longum in terminis p̃ do. Abb.

b Citatio etiã an valeat sine commissione vide per pau. de cast. ff. de in ius voc. l. ad opinionem. §. p̃mr. nu. xxj. fol. xxiiij. ĩ impssione Lugdunẽ.

c Quod nũtio. An nũtio. referẽti credatur vide hic per d. Hẽ. Boy. in princi. c. & per do. Ab. in iiij. col. ver. q̃ro etiam & reuoco. nume. xij.

nunquid credetur. tenet in effectu opinio. Hostien. videlicet, quòd sit arbitrarium: ex qualitate personarũ, & causæ, & si iudex malè arbitraretur posset appellari, facit, quod habetur. ff. de verborum significa. l. si qua pœna. de offic. delega. ab arbitris. lib. vj. licèt secus sit in casu c. statutum. de rescrip. eo. lib. vj. §. assessorẽ Bar. in extrauaganti ad reprimendam in verbo nuntium. per illum tex. tenet opinio. gl. & sic seruaretur, & practicaretur: quia creditur nisi probetur cõtrariũ, quod posset fieri saltem indirectè. Sed id, quod habetur supra de testib. ex tenore, & in l. optimam. C. de contrahen. & committenda stipulatione, & sic quicqd sit iu
4 ris seruatur, quod dixi. ¶ †An autem de commissione facto nuntio credatur sibi. Concludit Ioan. And. in dicta additio, quòd non nisi appareat de illa, facit, licèt non alleget, quod habetur in l. fi. C. de exhiben. reis, & ideo dicit, quod debet commissio iudicis facta nuntio scribi in actis, quod dicit esse contra multas curias in quibus non scribitur nisi relatio nuntij, nec scribitẽ commissio: sed solum scribitur, retulit talis nuntius se de mandato talis iudicis talem citasse, nam de iure ralis relatio non probat commissionem seu mãdatum. & ideo non valeret citatio per id, quod habetur in d. l. neminem cum ibi nota. p Bar. sed fortè tales relationes possunt sustineri si consuetudo diutius obseruata illud habet per id, quod habetur in l. de quibus. ff. de legi. & supra. de consuetu. c. fina. Sed vbi non appareat de consuetudine non valeret pcessus, q diligẽter no.
9 quia sæpe vidi in hoc errari. ¶ †An autem crederetur nuntio referenti de verbis citanti, vt quia refert citatum dixisse se non venturum, seu quòd non vult venire, dicit Ioan. An. in additio. prædicta, quod non: quia sicut non creditur nuntio super commissione: vt est dictum, sic non creditur super responsione facta p partem: & quia etiã non crederetur sibi si diceret se iniuriarum a citatio, & si dicas, quòd talis responsio citati videtur annexa citationi dicti id non esse verum: quia certum est citationem esse perfectam etiam citato tacente, & ideo oportet aliter probari dictam respõsionẽ, facit, q no. de sen. excom. c. venerabilis. §. secus lib. vj. & quod superius dixi tenuit Ioan. And. in rit. de cõ
10 tumacia §. j. in magna additione. ¶ †Quid autẽ si nũtius dicat. se non retulisse id, quod dixit notarius, vel non retulisse prout scripsit, an credetur nuntio, an notario, seu scripturæ notarii, de hoc tangitur p Cyn. in l. si quis decurio. C. de fal. & per Io. An. in tit. de instr. edit. §. restat. super ver. qd si vnus, & ibi cõcludit post Cy. hoc esse arbitrarium ex qualitate personarum, cũ vterque gerat officium publicum, vnde si tabellio est suspectus propter alia prius gesta per eum tũc nõ credetur sibi ex quo tali suspicioni addicitur dictũ vnius testis, scilicet nuntij: quia duo imperfecta faciunt vnũ perfectũ. C. de testa. l. sancimus. & facit, quòd no. Bar. in l. admonendi circa fi. ff. de iureiuran. & quod habetur in l. rationes. C. de probationi. aliàs in dubio stabitur scripturæ tabellionis per id, quod habetur in l. pci bus. C. de probatio. & facit, quod no. Bar. in l. j. ff. quẽadmodum testament. aperi. & quod habetur in l. legitimos. ff. de legitimis tutoribus. facit etiam ad prædicta, quod no. supra de probatio. quoniam. ¶ Adde hic quæ dixi circa notabilia si vis tenere simpliciter opinio. Io. An. & Spec. quòd citatio facta sine die teneat, quã etiam tenuit Bald. in l. qui ante calendas in qbus dam additionibus. ff. de verb. ob. quas fecit super digesto nouo. licèt non alleget dictum Io. And. nec Spe. pores respondere ad legem aut qui aliter. §. 1. ff. q vi aut clam. per quam mouetur Bar. & ibi non loquitur in citatione facta per iudicem, sed in denuntiatione

a Summatur. sup hoc c. & quæritur. num plus accipitur ad iurandũ vtilque hic secundũ dom. Henri. boych. in pun.

quam fecit pars de opere, quod intendit facere, q debet esse certa, vt ibi dicit, & ratio diuersitatis esse pôt vt tetigi in d. l. qui ante calendas, quia vbi iudex citat in dubió debet intelligi, quòd compareat citatus quã primum potest, vt sic lis citius expediatur, & non prorogetur nã, & ad eius officium spectat lites abreuiare. l. properandum. C. de iudiciis. & s. de do. & contu. c. finem litibus, sed i d. l. aut qui aliter §. r. pendebat a mera volũtate partis, quãdo vellet facere opus, nec arctabitur illud certo tempore facere, ideo si denuntiat se velle opus facere debet illa denũtiatio esse certa, & tempus certũ cõtinere in quo vult facere opus, aliàs non nocet aduersario si non intersit, quando fit opus, cum probabiliter tempus illud potuerit ignorare: & sic videtur posse defensari opinio Spe. & Io. An. propter tamẽ opiniones vitandas tutius est, quòd apponatur tempus illud: quia potuerit ignorare: & sic videtur posse defensari opi. Specu. & Ioan. And. pter tamen opi. vitandas tutius est, quòd apponatur tempus in citatione.

SVMMARIVM.

1 *Appellans cogitur prosequi appellationem intra tempus sibi statutum a iudice a quo, vel parere mandatis ipsius iudicis.*
2 *Tempus appellationis prosequenda currit a tempore appellationis interposita.*

D Hæc. Qui iurat stare mandato ecclesiæ, & cõtra iuramentum appellans si nõ grauat nõ potest appellare. h. d. cum sequen. ¶ In tex. ibi: præstãt. fortè tempore quo absoluuntur ab excommunicatione. Facit, quod habetur. infra. de senten. excom. c. ex tenore, & c. cũ desideres. ¶ Not. q appellans a quo minus impleatur iuramentum non debet audiri, facit infra
1 c. proxi. ¶ †Not. quod appellans cogitur prosequi appellationem intra tempus sibi statutũ a iudice a quo, vel parere mandato ipsius iudicis, facit, quod habetur
2 s. e. sup eo. & c. peruenit. ¶ †No. q tẽpus appellationis p sequendæ currit a tempore appellationis interpositæ de quo. s. eo. ex ratione, & in cle. sicut appellationem. de appellatio. ¶ No. q iuramentum præstitum iudici videtur habere promptam executionem sicut sententia. ¶ In gl. t. ibi: secundum qd iurauerat. supple: quia seruari debet iuramentum, quod seruari potest sine interitu salutis æternæ. s. de iureiurã. si vero & c. cum contingat.

SVMMARIVM.

1 *Absolutos semel non reincidit in excommunicationem licèt reincidat in delictum.*
2 *Actio semel extincta non resuscitatur.*
3 *Sententia excommunicationis non ligat inquantum implementum præceptireducatur ad impossibile.*
4 *Criminosus non potest testificari, & non admittitur ad præstandum iuramentum.*

a

Væstioni. Summatur a cũ præcedenti. Et primo ponit consultatio. Secundo responsio, secunda ibi: tibi. ¶ No. i. q in absolutione ab excõmunicatione præstari debet iuramentum. ¶ No. q hoc videtur inductum ex consuetudine ecclesiæ: & sic videretur, q nõ sit de substantia absolutionis. Host. tamen tenet contrarium dicẽs, quòd non licèt transgredi consuetudinem sicut, nec legem de quo. s. de senten. excom. cum desideres. & communiter tenetur, quod non precisè est de substantia quin absolutio valeat sine illo, licèt. Hostien. contra de quo plenè dicendum, vt ibi. ¶ No.

pellatio contra iuramentum, vel præceptum executiuum iuramenti inquantum cõtineat iustum, & nõ contra ius nõ tenet nec eis debet deferri.¶ No.quòd non parens mandato facto ad executionem iuramẽmenti præstiti in absolutione ab excommunicatione non reincidit ipso iure in excommunicationem nisi
1 iterato actualiter ĩ illa reducatur.¶†Et ex hoc not.q̃ semel absolutus non reincidit in excommunicationem licèt reincidat in delictum pro quo fuit excommunicatus nisi de nouo reducatur in illam ab homine, vt hic patet, vel a iure, vt in casu decre.eos de sen.exc.in vj.vel nisi reducatur ex vi absolutionis condi
2 tionalis.Et est ratio prædictorũ.†quia actio semel extincta non resuscitatur.l. qui res.§.arena.ff.de solu.& de cõsecratio.distin.iiij.quæris.¶ No.quod semel cõtumax post absolutionem in parendo mandatis ecclesiæ non videtur absoluendus solummodo cautionem præstando, sed ita demum si incipiat parere manda-
3 tis.¶† No.arg.q̃ sentẽtia excommunicationis non ligat inquantum implementum præcepti reducaẽ ad impossibile de quo dicendum, vt no.Inn.ĩ.de offi.de-leg.p.& g.& per gl.in c.ii.s̃.de testi.cog.quia istud nõ videtur procedere, quando præceptum habet in se errorem expressum, vt notaẽ.in iuribus præall.¶ In gl.i. in fi.& sic effectu vult glo.q̃ in c.præcedenti appellauit ex iusta causa, hic secus, & hæc vera solutio licèt Ro.t.q.vii.c.si q̃s. faciat differentiam, an quis iurauerit stare mandatis ecclesiæ, & tunc non possit, & sic ꝑcedit hoc.c.Sed certè hæc solutio non est bona inter prædicta non est in effectu differentia, vt no.per gl.ĩ.
4 de sen.excõ.ex tenore.¶ † In gl.penul.ibi: nõ potest. ibi videtur dici, quòd criminosus non potest testificari, & sic non potest admitti ad præstandum iuramentum de quo plenè.in c.testimoniũ.s̃.de testi.¶ In ead. gl.ibi: præter iuramentum intellexit fortè Tan.& sic videtur etiam intelligere.ĩ.gl.q̃ ista dictio præter, stet exclusiuè:& sic excludat iuramentum qualiter tamẽ debeat accipi.in c.literas.de præsump.ibi dictum fuit. ¶ In e.gl.in fi.Host.dicit, q̃ licèt iuret, & etiam fideiubeat non debebit absolui nisi saltem inceperit implere mandatum iudicis argu.huius.c. per istum tex.fatetur tamen, q̃ etiã a periurio in absolutione ab excõmunicatione debet exigi iuramentum:quia illud est de forma absolutionis per ea, quæ habentur.in c.cum desideres.ĩ.de sen.excom.& facit, quod habetur.in c. cũ in ecclesijs.alle. in gl. & quia nõ debet esse melioris cõditionis ille qui nõ paret mandatis iudicis, quã qui paret.arg.ĩ.de præben.eum qui li.6.& ff.quod vi aut clam.l.seruus.¶ Item aduerte, quia litera hic loquitur, quãdo post factam absolutionem appellatur, vt hic patet, & sic non habet commune cum c.solicitudinem.ĩ.eo.nec cum c.qua fronte in quibus appellatum fuit ante absolutionem, an eo casu quo appellatum est absolutionem per excommunicatũ possit pendente appellatione petere se absolui a iudice a quo, tangit hic Inn.de quo dicetur in d.c.qua fronte.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio eximit appellantem a iurisdictione iudicis a quo solum respectu causæ in qua est appellatum.*

Ræterea. Appellans ab ordinario puniri potest ab eo delicto, quando postea committit.h.d.
1 Secunda ibi:duximus.¶†No.q̃ appellatio eximit appellantem a iurisdictione iudicis a quo appellatur solum respectu causæ in qua est appellatũ.facit, quod habetur.s̃.eo.super eod. el.i.& c.ad hæc in vna.No.q̃ inuenta ad releuandam iustitiam non debent fouere iniquitatem.facit, quod habetur supra de exceptio.cum inter.& supra eodem. suggestum.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta post primam appellationem, quæ est nulla valet etiam prima aliter non cassata.*
2 *Electio si pronuntietur a pluribus, & etiam per verba pluralis numeri valet.*

Onstitutis. Qui detulit appellatiõi aduersarij de sua postmodum appellatione non poterit contra aduersarium excipere.h.d. Et primo decise narrat factũ.Secũdo
1 dat iudices.secũda ibi:ideoq;.¶†No.q̃ electio facta post primam appellationem, quæ est nulla valet ẽt prima aliter non cassata de quo plenè s̃.de elec.auditis, & c.cõsiderauimus.¶ No.q̃ vbi quis non defert appellationi alterius non est etiam suæ appel-
2 lationi necessario deferendum.¶†No.quòd valere videtur electio si pronuntietur a pluribus, & etiam per verba pluralis numeri, sed de hoc dic, vt hodie habeẽ in c.cum ab vno.de re iud.in vj.per quod c.deciduntur no.per Innocen.& Host.¶ No.q̃ in electione Episcopi videtur, q̃ nedum debeat interuenire consensus canonicorum, vel maioris partis eorum:sed etiam cõsensus cleri totius Episcopatus, vel maioris partis, & sanioris partis eorum, quod posset procedere, quãdo hoc haberet consuetudo.facit, quod habetur s̃.de causa pos.cum ecclesia, sed de iure communi videtur spectare ad collegium canonicorũ ipsius ecclesiæ de quo plenè in c.j.supra de elec.¶ In gl.j.in fi.supple: q̃a ibi loquitur de suspenso a participatione propter participationem loquelæ cum excommunicato, & sic de suspensione minori.Secus de suspensione ab officio, & sic de suspensione maiori ĩ.de re iudi.c.j.lib.vj.& de senten.excom.c.j.eo.lib.¶ In gl.fi.ibi: c.auditis.in q̃bus videtur probari, quòd non valet secunda electio facta post primam non cassatam:sed responde, vt sequitur, quia illud verum, quando prima fuisset aliqua.Secus, quando prima fuisset nulla, vt hic fuit multis de causis, vt hic per glo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ex viribus appellationis non suspendit iurisdictionem iudicis a quo in causa separata posset tamen talis iudex ab appellante recusari ex quo semel fuit grauatus.*
2 *Recusatio iudicis non habet locum notoriis, & nu. 5.*
3 *Iudex a quo appellatum est recusari potest in alia causa.*
3 *Graue delictum, quando dicatur.*

a Ropo suit. Appellãs a ab ordinario in vna causa in aliis coram eo conpellitur respondere potest tamen eum recusare si vult nisi graui, & manifesto crimine conueniatur.h.d.Secunda ibi super quo.ibi.compellere supple si ille vellet eum recusare. a Appellãs. nihil differt hoc summa nõ summario d. Abb.
1 ¶†Not.j.quod appellatio ex viribus appellationis nõ suspendit iurisdictionem iudicis a quo in causa separata, posset tamen talis iudex ab appellãte recusari ex
2 quo semel fuisset grauatus.¶ † No.quòd in notorio non videtur habere locum recusatio saltem, quando delictum nedum est notorium, sed etiã graue de quo tãgetur cum gl.fi.¶ No.quòd in notoriis videtur posse quem damnari absque alia declaratione facti, facit quod habetur supra eo.peruenit, & per istum tex.dicebat hic Vincen.quòd in notoriis nõ obstabat agẽti exceptio spoliationis licèt illa habeat obstare in nõ notoriis.supra de ordi.cogni.c.ij.& c.fi.& non est secundum eum, quia sicut non potest opponi dicta exceptio post litem contesta.cum sit dilatoria, per id, q̃d habetur supra titu.j.inter monasterium.ita secundum cum

cum nō debet opponi in notorijs cum plus videaȝ aliquid esse notorium, quàm litem esse contestatam per id, quod habetur.in simili in hoc tex.¶ In gl.ij.ibi.est in pendenti.contrarium tenet hic Ioan.Andr.& do. Anto.post eum, quia si appellans vult probare grauamen in causa recusationis: & illud probet licèt pendeat appellatio: quia adhuc non ꝓbauerit grauamen, & ille poterit recusare etiam pendēte ipsa appellatione per id, quod dictum fuit supra in c.ad hæc.ꝓbationes factæ in causa recusationis videntur proficere in causa appellationis cum sint factæ ad aliū finem arg. supra de testi.veniens.e.ij.& ideo erit necesse, qđ iterato fiāt in causa appellationis: vt dictum fuit.in c.ad hęc.¶ Aduerte tamen, quia Gof.dicit,ꝙ iuste causa recusandi iudicem ex eo: quia fuit ab eo appellatum in alia causa propter ea, quia iudices a q̃bus appellatur solent ꝓuocari ex appellatione allegant.l.iij.C.de Episco.audien.aliàs.C.de summa.trini.sed melius facit, quod habet.in l.in minoribus.C.de appel.& l.fin.ad fi.C.quando prouo.non est necesſ.propter quam prouocationem solent se velle vlcisci, facit, licèt non allegct, quod habetur.in l.qui cum maior.§.si libertus.ff.
3 de oper.lib.& ideo secundum eum poterit † iudex a quo est appellatum recusari in alia causa, & hoc etiā no.ipse Gof.in summa.de iudi.circa finem.ver.in his ergo casibus,& hæc opi.multum conformatur tex.in c.ad hęc si in vna.§.eo.vt ibi etiam dixi, licèt tunc nō viderim istam opi.sed Ioan.And.& do.Ant.nituntur hanc opi.reprobare ex eo, quia iudex non debet prouocari ex appellation, cum appellās vtatur iure suo. facit supra de electio.in c.cum ecclesia vulterana, & ff.de iniu.l.iniuriarum, & iō secundum eum non erit sufficiēs causa ipsa appellatio ad recusandum nisi aliter constaret iudicem iniuriatum esse parti.facit, qđ habetur supra de offic.deleg.cum super in parte decisa, & quod ibi notatur.in prima gl.Tu potes attentare, quod sine dubio secundum hæc tempora sufficiēs erat causa recusandi ipsa appellatio pānibula ꝑ text. in dicto.c.ad hæc si in vna non violanda, quia sicut se eūdum hæc iura de facili admittebatur appellatio.ij. q.vj.ad romanam,& quod ibi notatur, & quod no.in summa dictæ quæstionis,& ꝑ id, quod habetur.j.eod. peruenit.etiam de facili admittebatur recusatio.arg. eius, quod habetur.in c.super eo.el.ij.ver.in causis.s. eo.quinimo plus videt posse dici, quòd etiam hodie sit iusta causa recusandi pendentia dictæ appellationis eum non reperiatur hoc correctum per id, quod habetur.in c.cum expediat.de electio.in vj.& in l.sancimus.C.de testa.nec obstat hoc, qđ dicit domi.Ant. videlicet.ꝙ si a iudice appellatur non debet prouocari ex appellatione: quia licèt illud sit verum, & ꝑpter hoc non possit agere actione iniuriarum, vt notatur in dicta.l.& in maioribus,& in dicta.l.fin.C.quando prouo.non est necesſ.tamen aliqualis iniuria videtur inferri ipsi iudici appellādo: quia videtur pars dicere, quod malè se habuit in taliter iudicando, & ideo præsumi potest, ꝙ aliqualiter sit prouocatus, & pro tanto videtur, quod possit recusari per ea, quæ habenī.in dicto.c.ad hæc si vna,& quod habetur.in dicta l.fina. C.quando prouoca.non est necesse, & ideo fortè de iure opi.Gof.ꝓcedit q̃cq̃d dixerit Io.An.& d.An.Fateor tamen, quod vbi probaretur grauamē a quo dicitur appellatur, vt voluit Ioan.And.& tunc clarum esset,ꝙ posset recusari, sed secundum Gof.sufficeret pēdentia appellationis.¶ In glo.fi.ibi: non notorijs, & sic stricto sumpto vocabulo, differt manifestum a notorio lato sumpto vocabulo, licèt quandoque sumaȝ pro notorio de quo.in c.vestra.j.de cohabi.cler.& mulierum.& ij.q.j.c.manifesta.vel potes dicere secūdo secundum Hostien.quòd hic loquitur in manifestis,
4 & grauibus, sed contrarium loquitur, quando est manifestum, sed non graue,& dicetur † graue secundum Host.de quo plurimi scandalizātur, & quod quasi vniuersam commouet vrbem.xxvj.q.vj.c.fina.vel relinquitur arbitrio iudicantis.j.de sent.excommu.cum illorū.ver.nisi excessus,& secundum hoc videretur, qđ notorijs non grauibus admittatur recusatio, sed hic videtur contra notata per Inno.j.de censi.venerabili. & de verb.signi.ex parte vbi videtur dicere, quòd in notorijs iudex nō debet dici suspectus: quia nihil habet cognoscere, sed solum exequi, & propter hoc melior
5 videtur solutio glo.¶ † Aduerte tamen, quia quod dixi in notorijs non habere locum recusationem est verum in quantum iudex vellet imponere pœnam a iure determinatam quo casu non posset etiam appellari: secus si aliā vellet imponere, & tunc grauaret.¶ Si autem pœna non esset a iure determinata, & sic relinqueretur arbitrio iudicātis secundum notata de offi. delega.de causis.tunc quia in arbitrio posset grauare partem potent tunc postea recusari si sit suspectus, & sic potest intelligi.e.quia suspecti.allega.in glo.secundum alium intellectum de quo ibi etiam per Arc.& sic etiā debet intelligi, quod habetur in c.nouit.j.eo.& quod no.gl.de offi.deleg.c.j.lib.vj.in gl.magna circa fi.& secundū prædicta etiam limitari debet dictum Inno.in locis de quibus.s.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem iuris peruertens, & contēnens canones videtur indignus gratia sedis apostolicæ.*

2 *Electio vbi debeat fieri.*

3 *Spiritualia exercenda non sunt in domibus laicorum etiam si sint principes.*

4 *Excommunicatus pro contumacia, vel alia causa potest per excommunicatorem absolui præstita cautione de parendo mandato iudicis ad quem appellatur non obstante appellatione, & contradictione partis aduersæ.*

5 *Causa appellationis regulariter nō defertur ad curiā, ut ibi tractetur.*

6 *Excommunicationis sententiam iniustam coram superiore excommunicantis allegans debet ante ingressum iudicij absolui præstita debita cautione.*

7 *Appellatio non admittitur in his, quæ non capiunt dilationem.*

8 *Excommunicatus si appellauit, & postea petat se absolui ab excommunicatore, an excōicator poterit eum absoluere.*

9 *In absolutione ab excommunicatione, an pars sit citanda, & an satisfieri debeat de expensis ante absolutionem.*

10 *Iudex pro excommunicato supplere potest si vult in his quibus iudex ex officio supplere potest de facto.*

Va fronte. Absoluitur excommunicatus cautione recepta: licèt aduersarius, vel excommunicator ne absoluaȝ appellet.h.d. & primo reprehendit quærentem.Secundo duplici eius quæstioni respondet.Secūda ibi: sanè. Secūda quęstio.ibi.de his.¶ No.
1 primo,ꝙ peruertens † ordinem iuris, & contēnēs canones videtur indignus gratia sedis apostolicæ: sic ēt dicimus de excommunicato,& inobediente.§.de offi. ordi.ꝙ sedem,& supra eo.cum parati.& facit, qđ habetur.supra.de tempo.ordi.vel non est. vbi etiam in simili redarguitur faciens contra canones.¶ Not.lo-
2 cum in quo confirmari potest † electio,& debet, quia debet fieri in ecclesia, vel palatio Episcopali, vel in camera proprij Episcopi,& ex hoc videtur argui, qđ cōfirmatio electionis fieri pōt extraiudicialiter ex quo non habet fieri necessario in tribunali, ex quo consueuit ius reddi, & hoc videtur satis posse tolerari secundum ista iura, secundum quæ poterat fieri confirmatio,

tio,quæ habebat vim interlocutoriæ,& non diffiniti
uæ,vt voluit Inn.j.e.constitutus.ij.& no.gl.j.de elec.
c.fi.in vj.facit, qđ no.Inn.s̃. de do.& cōtu.c.cū olim.
& de elec.cum dilecti.vnde poterat fieri etiam parte
non vocata:vt no.in iuribus pręalleg.sed hodie neces
sario vocanda est pars secundum formam dicti.c.fi.de
elec.in vj.& sic videretur,quòd hodie deberet fieri in
tribunali: vbi redditur ius.facit.l.penul.ff.de iusti.&
iure.Archi.tamen.in c.si Episcopus.de offi.ordi.in 6.
videtur velle,per illum text.ꝙ possit in quolibet loco
suę diœce. dūmodo honesto reddere ius,& secūdum
hoc videreť, quòd etiam hodie in camera ipsius Epi-
scopi posset facere cōfirmationem si illum locum eli
geret pro iuridico,tutius tamen est, quòd fiat in loco
3 tribunalis.¶†Nota,quòd in domibus laicorum etiā
si sint Principes non sunt exercenda spiritualia: quia
in hoc videtur detrahi dignitati ecclesiæ, quæ maior
est regali.s̃.de sacra.vnctio.c.vno.dicit tamen.Innoc.
hic: ꝙ licèt non debeat fieri confirmatio in talibus lo
cis si tamen fiat tenebit.facit,quod no.s̃.de elec.cum
4 terra.quòd no.¶†No.ꝙ excommunicatus pro cōtu-
macia, vel alia causa potest absolui per excommuni-
catorem præstita cautione de parendo mandatis iudi
cis ad quem appellatur,vel eius delegati non obstan-
te appellatione, & contradictione partis aduersæ, &
intellige,quod dixi pro alia causa, quando excōmuni
catus esset pro offensa dubia.nā si esset manifesta non
absolueretur pręstita cautione:sed plus deberet satis-
facere.vt j.de uerb.sig.ex parte.& de sen.excōmu.ve-
nerabilibus.§.secus.lib.vj.saluo nisi esset offensa ma-
nifesta commissa in Deum: quia tunc absolueretur p̃
stita cautione de parendo mandatis ecclesiæ:ut hic est
casus secundum unum intellectum,quod no.pro li-
5 mitatione dictorum iurium. ¶ Not.quòd † causa ap-
a pellationis regulariter non defertur a ad curiā, ut ibi
tractetur:nisi appellatus in hoc consenserit,sed debe
bit delegari extra curiam in partibus.facit, quod ha-
betur.j.eo.Nicolao,& quod notatur per gl.quam om
nino uide in ca.j.j̃.de appel.in vj.& secūdū hoc dum
dicit hic litera si maluerit aduersarius debet intelligi.
i.ipse appellatus,& sic non obst.quod no.in dicto c.j.
¶Si exponas, idest ipse appellans: vt litera videtur
innuere referendo ad superiora,tunc potes dicere,qđ
istud habeat locum secundum hæc tempora: sed ho-
die secus, uel intelligatur,quando appellans proseq-
tur,& non appellatus: sed ubi uterque persequeretur
tunc exigeretur consensus uniuscuiusque in cōmissio
ne fienda.facit, quod habetur.supra.de offi.deleg.cū
inter.R.sed prima expositio planior est, vt exponatur
aduersarius.i.ipse appellatus per ea,quæ habentur.in
dicto.c. j.j̃.eo.in vj.quia ut dixi non est causa tractan
da regulariter in curia.si in hoc non consensit ipse ap
pellatus:sed potius debet delegari cognoscenda ex-
6 tra curiam.¶No.ꝙ † conquerens de iniusta sentētia
excommunicationis coram superiore excōmunican
tis debet ante ingressum iudicij absolui p̃stita debi-
ta cautione non obstante contradictione,vel appella
tione sententiantis,vt hic patet.in versi.de his,& per
hoc patet in quo differat ille ver.a pręcedenti,quia in
præcedenti non quæritur de iniustitia sententiæ, sed
petit se absolui ab excommunicāte,sed in uer.de his,
conquerebatur de iniustitia coram superiore excom
municantis.Item in versicu.de his.fuit lata sententia
ex officio iudicis.sed in ver.præcedenti ad instātiam
partis,& ex hoc etiam sequitur,quia in ver.de his op
ponebat se excommunicans.sed in ver.præcedenti op
ponebat se pars,& nota ex hoc,ꝙ vbi iudex ex officio
tulit sententiam admitti debet,si illam uult desende-
re,& vocandus videtur, vt intersit si sua putauerit in-
teresse.facit.de sen.excom.uenerabilibus lib.vj. secus
quando lata fuit sententia, & processit iudex ad instā
tiam partis:quia tunc non est necessario vocandus,vt
defendat processum,ut no.Inno.s̃.de transac.de cæte
ro.& supra.de procura.in nostra.¶ In gl.iij.ibi: cōsen
su, sed certè ut dicit Ioan.And.iura hic alleg.solum
dicunt de consilio,& adde etiam, ꝙ de consuetudine
præscripta etiam sine consilio posset per.c.ij.&.iij.de
consuetu.li.vj.& c.cum ex eo.per glo.de elec.libr.vj.
¶In glo.decedant.ibi : quæ dilationem non capiunt.
7 Nota bene,quòd † in his,quę capiunt dilationem nō
admittitur appellatio.de quo in Specu.de appel.§.in
quibus.ubi ponuntur multi casus tales.& in uersi.viij.
ponitur casus, de quo hic facit etiā, quod habetur in
l.vlt.alle.ī gl.& No.ēt ex Gl.illud, qđ dixi.in prin.ui-
delicet, ꝙ pp peccatum uerisimiliter dubitādum est
ne homo citius moriatur, & ideo peccator sibi proui
dere debet per pœnitentiam salutarem.facit, qđ ha-
betur.j.de pęni.& remis.ca.omnis.& c.cū infirmitas.
¶In glo.cautione.ibi:sufficienti cautione, & uult gl.
quòd in casu isto ultra iuratoriam cautionem præstē-
tur pignora,uel fideiussores, sicut quando restituitur
possessio data pp cōtumaciā,in aliis aūt excōicationi
bus sufficit regulariter iuratoria cautio in absolutio-
nem,ut in c.cum desideres.de sent.excommuni.& fa
cit, quod not.in l.si mandato Titii.§.si per glo.ff.man
8 da.¶†In gl.fin.in fi.& ibi de hoc in glos.quæ incipit,
sed quare extra glo.tangit hic Inno.& Ioan.And.qd
ille qui fuit excōmunicatus appellauit, & postea pe-
tat se absolui ab ipso excōmunicatore, an poterit: &
an excommunicator poterit eū absoluere.de quo ēt
tāgit Inn.supra.c.q̃stioni.& ibi concludit,quòd si pe-
tit se absolui absque protestatione uidetur recedere
ab appellatione.per id,quod habetur.j.eo.solicitudi-
nē.& supra.de offic.deleg.gratū,qa uř,qđ hoc nō spe
ctet ad iudicē a quo:sed ad iudicē ad quē.ut infra.de
sent.excōi.p tuas.secus si petit se absolui cū protesta-
tione,qđ nō intēdit ab appellatione recedere: qa tūc
nō recedit ab appellatione, & hoc opereť protestatio
propter periculū moræ:& pp periculū cōmunionis:
uñ tenebit absolutio licèt principale negotiū sit dela
tū ad superiorē p uiā appellationis.ut hic.& infra.de
sent.excōi.sacro.cum ibi no.in gl.penul.& super ea,
& hoc tenet Hosti.dicēs:qđ iste est specialis casus in
quo iudex a quo se intromittit absoluendo,& cautio-
nē recipiendo sine alio mādato ipsius iudicis ad quē.
Inn.tamen.in d.c.q̃stioni refert alios tenere, q si nō
renuntietur appellationi iudex a quo non poterit ab
soluere per id, quod habetur.infra.eo.solicitudinem.
circa fi.& sic residet do.Ant.hic.& in d.c.q̃stioni.di-
cit: qđ si iudex sine petitiōe ptis uelit reuocare sñīam
excōicationis,ꝙ poterit p ea,q̃ hñr.infra c.cū cessan-
te.& supra.de rescr.ab excōicato.& idē si p viā absolu
tionis si excōicauit post appellationē quasi retractan-
do a se attētatum.d.c.cū cessante.idem si uelit absol-
uere,ut legitimet psonā ad prosequēdā appellationē
præstita cautione.de qua hic.& hoc uideť tendere in
faciliorē exitū appellationis. facit,qđ dixi.supra.c.cū
teneamur, & hoc si si uelit cognoscere de articulo ap
pellationis.secus si absoluendo vellet cognoscere de
illa per ea,quæ hñr in.d.c.solicitudinem, sed fortè ue
rior est opi.de iure:ꝙ non debet admitti petens abso
lutionē si ptestať,ꝙ nō uult recedere ab appellatiōe p
ea, quæ habētur in d.c.solicitudinē.nec iste tex. loq-
tur hoc casu:nec similiter.c.q̃stioni.si qs tñ cōsideret.
9 ¶ Vltimo tractat hic Io.And.an † in absolutione ab
excōicatione sit pars citanda, & concludit, ꝙ sic post
Hosti.

a Non defertur. hoc bene seruatur i regno francorū,et si appellatus vellet cā nō deferretur ad curiam.

Host.nisi periculũ sit in mora.de quo ẽt.xj.q̃.iii.c.ex
cõicatos.per gl.& in Spec.de contuma.§.fi.versic.sed
potiẽ excõicatus.& seq.dicũt tñ,ꝙ si nõ vocet̃ pars ni
hilominus tenebit absolutio licèt pars hoc grauetur,
& possit appellare,qñ ad petitionẽ partis fuit lata sen
tentia excõicationis,secus si ex officio, qa illã põt tũc
tollere ex officio sicut tollit,& facit ẽt ꝓ prædictis:qa
etiã sñia excõicationis:licèt non debeat ferri sine mo
nitione præambula j.de sent.excõi.facto.si tñ feratur
valet:ergo eodem modo in absolutione.facit, qđ no.
Inno.s̃.de rescrip.ab excõmunicato.in regula.i.j̃.de
reg.iur.¶ Sed iuxta prædicta occurrit dubiũ qđ si ad-
uersatius citatus petat primo sibi satisfieri de expen-
sis anteq̃ fiat absolutio: & econtra petens absolutio-
nẽ excipiat contra illum de excõmunicatione:& offe
rat se paratũ ꝓbare,an faciẽda erit absolutio añ satis-
factionẽ expẽsarũ nõ obstãte dicta exceptione excõi-
catiõis:videret̃,qđ sic,qa excõicatus nõ põt agere de
iud.intelleximus,& sic vr̃, quòd ẽt non possit petere
expensas.Guil.naso.tenuit cõtra.qa iste petens expẽ-
sas nõ agit,sed excipit non prius fiendam absolutionẽ
q̃ sibi satisfaciat de expensis.& hoc est sibi licitum de
excep.cum inter.Et,qa etiam si diceretur agere cum
expẽsæ veniẽt officio iudicis.C.de iud.l.sancim⁹.põt
tamen iudex ex officio cõdẽnare s̃m eũ, qđ est dili-
10 genter notandũ. nã ex hoc habes † ꝙ iudex ꝓ excõi-
cato potest supplere si vult in his in quibus iudex ex
officio supplere potest de facto.facit,quod hr̃.s̃.de iu-
reiur.debitores.& qđ no.supra.vt lit.nõ cõtesta.qm̃.§.
in aliis, vbi tãgitur q̃stio de reo q vult recuperare pos
sessionem cui opponitur excõicatio.de quo ẽt p Bar.
in l.de pupillo.§.q remissionem.ff.de ope.no.nun.&
facit,qđ no.Io.And.in c.exceptionẽ.supra.de excep.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus non habet proprium.*
2 *Relatio si non potest fieri ad proxima fit ad superiora.*
3 *Monitio præcedere debet excommunicationem, vel suspensionem.*
4 *Sententia excommunicationis si a canone profertur ipso iure potest prælatus subditum excommunicare monitione non præmissa.*
5 *Iudex a quo potest statuere terminum appellanti ad prosequendam appellationem.*
6 *Appellans non prosequens appellato prosequente condemnatur in expensis.*
7 *Monachum corrigere,an posit prælatus secundum regulam sine consensu sui capituli.*
8 *Puniri debet in corpore qui luere non potest in ære.*
9 *Episcopus contra dominum feudi committens feloniam priuari debet in vita sua feudo.*
10 *Appellatione deserta quis habeat condemnare in expensis.*

a Prelati.super hoc c.ii quæras i q bus criminibus necessaria est & i quibus sufficit monitio & quota ad hoc vt superior habeat potestatem excõicandi excõicationem ferre possit, vt de dilin d. Hẽ. boych. j. de feu. excõ. c. sacro.dis.j.

a REprehensibilis. Prelati a excõicare,vel
suspendere non debent nisi monitio-
ne præmissa.hoc primo,nec subditi p̃-
cipuè regulares contra disciplinã ap-
pellare hoc secundo, & statui debet
terminus appellãti intra quem si non prosequitur iu-
dex procedit.h.d.tertio appellans qui nõ ꝓsequit̃ ap-
pellato prosequente condemnatur in expensis.h.d.vl
timo.Et sunt quinque partes,sicut sunt quinque dicta
principalia.secunda ibi:nec subiecti.tertia ibi: si vero.
quarta ibi:si autẽ.quinta ibi:præcipuè.¶ In tex.ibi:ne
cessitate fortè,quia reputabat se grauatũ.¶ In tex.ibi
vt.itur,& hoc,quando appellatus non comparuit co-
ram iudice appellationis:si aũt comparuit tunc habet
locũ,quod sequitur.¶ Ibi hoc in religiosis,nõ referas
1 ad proxima : quia † religiosus non habet ꝓpriũ.j.de
sta.mo.cũ ad monasterium.circa fi.vnde potius refer-
tur ad dicta supra in versi.nec subiecti , & ex hoc not,
a quod vbi † relãtio non potest fieri ad proxima fit ad
superiora.facit,qđ hr̃ in c.indemnitatibus.§.sed cum
ea.de elec.in vj.& quod habetur.in l.si idem cum eo-
dem.ad fi.ff.de iurisdi.om.iudi.vbi vero referri posset
ad oĩa ad illa debet referri.l.talis scriptura.cũ ibi nor.
3 ff.de leg.j.¶ No.quòd prælatus non debet ferre sentẽ-
tiã excõicationis,vel suspensionis non præmissa mo-
nitione aliàs punitur:vt tangit gl.licèt excõicatio re-
neat.& non sit contẽnenda.xj.q.iii.c.i.& facit, qđ no
4 tatur.j.de sen.excõ.facto.&.ii.q.i.in summa.¶ † No-
ta,quòd ab ipso iure a canone profertur sententia ex-
cõmunicationis põt p̃latus ẽt tunc subditũ excõicare
monitione nõ præmissa:nec incurrit aliquam pœnã,
per hoc dicit hic Abbas se aliàs excusasse quendã ab-
batẽ.q sine monitione excõicauerat subditum ꝓ eo,
quòd sine licentia exiuerat claustrum cum fuerit po
stea repertum , quod in eodẽ monasterio erat de hoc
statutum excomunicationem ipso facto imponẽs, &
ideo non exigebatur tunc alia monitio per istũ text.
in ver.nisi.& idem videtur velle Ioan.Andr.si fiat de-
nuntiatio talis excõicationis:vt etiã tũc nõ exigat̃ ci
tatio.secus dicit do.Ant.Si aliã executionẽ facti vel-
let facere:vbi oporteret factum declarari a quo surgit
pœna ipso iure illata:qa tunc oportet , ꝙ citetur pars
in declaratione talis facti ad finẽ executionis p̃dictæ.
j.de hære.c.cũ secũdũ.lib.vj.¶ ¶ No.ꝙ sicut cõtra pœ
nam iuris nõ appellatur.ff.de ver.sig.l.si qua pęna.ita
nec contra disciplinam ecclesiasticam,& præcipuè re
5 gularem.¶ † No.iudicem a quo posse statuere termi-
nũ appellãti ad prosequendã appellationẽ.de quo.s̃.
eo.personas.& c.cum sit romana.¶ No.pœnam appel-
lantis nõ prosequentis appellato prosequente: qa cõ
demnatur in expẽsis,& fiet hæc cõdẽnatio condictio-
ne ex hac decre.non officio iudicis tantum secũdum
do.Ant.facit,qđ hr̃.supra.de rescrip.ex parte.scilicet,
qđ est notãdũ ꝓp ea,q̃ hñt in l.terminatio.C.de fru-
7 cti.& litis expen.¶ † Nota prælatum non posse corri-
gere monachũ secundum regulam,absque consensu
sui capituli,& ita videtur probari hic,sed contrarium
tenet Ioan.And.ad tex.istũ rñdet, quòd hic verbũ ca
pituli nõ sumit̃ ꝓ cõuẽtu:sed ꝓ titulo regulæ.i.statu-
to,& ordinatione,& sic debet exponi.&.c.disciplinã:
& in c.regulæ cõuẽtũ,vel potes dicere, ꝙ hic nõ loq̃
de disciplina iponẽda a p̃lato,& capitulo: sed de disci
plina imponẽda a p̃lato statuta,& determinata de cõ
sensu prælati,& capituli & dicit Ioan.And.in p̃allega
to.c.Ioannes, ꝙ in regula est expressum solũ prælatũ
corrigere s̃m disciplinam regularem.¶ In gl.i.ibi:de
canonica.sed certè melius dixisset de euangelica : qa
de illa loquuntur iura in gl.allegata.¶ In eadem glo.
ibi nouerit interdictum , & si durante tali suspẽsione
ingesserit se diuinis irregularitatẽ incurrit a qua nõ
potest absolui nisi per Papam.j.de senten.excõ.is.cui.
lib.vj.¶ In glo.2.in fi.& etiam in alijs casibus in q̃bus
ab appellante,vel iudice, & sic a contrario vr̃, ꝙ non
possit appellatus statuere terminũ appellati de quo ẽt
per Io.And.& Inn.in c.cordi.j.eo. lib. vi.& hoc ẽt te-
nẽt do.de Rota sua cõclu.ccxix.& facit,quod not.Spe.
in tit.de appel.§.nunc breuiter.ver.licèt autẽ.Potest ta
mẽ appellatus approbare appellationẽ scd̃m formã.c.
6 sæpe.j.eo.& c.cordi.j.e.li.vi.¶† Not.ꝙ terminus statu-
tus ab hoĩe nõ põt præueniri in impetratione per ap-
pellatũ. nec etiam ꝑ appellãtẽ. vt hic hẽt coniũcta gl.
s.eo.sæpe.non facta mentione de ipso termino , vnde
7 tunc literæ censentus sureptitiæ,& nõ ualẽt.¶†No.ꝙ
vbi nõ est terminus aliquis statutus a iudice , vel a par
te põt appellatus impetrare,dũmodo nimiũ nõ ꝑcur-
rat ita,ꝙ supplãtet aduersariũ.& sic a ɔ̃rio vider̃ , ꝙ ap-
pellanti licitum sit quandocũque intra terminũ iuris
impetrare.de quo in glo.ꝙ appellante non prosequen
te põt appellatus prosequi appellationẽ.de quo plenè
s.eo.sępe.& facit ẽt,quod no.s.de rescrip. ex parte . &
8 aliqd ẽt dictũ fuit. supra. eo.ex ratione.¶†No.ꝙ licèt
iudex a quo non possit statuere terminum ad finiẽdã
appellationem.supra.eod.ex insinuatione tamen hoc
potest facere iudex ad quẽ de cã.vt quãdo est cã q̃ cele
ritatem desiderat,& nota,ꝙ vbi negotium tãgit publi
cã vtilitatem potest etiã superior ex officio se interpo
nere.supra.de elec.cum nobis olim.de postu. p̃la. bo-
næ.¶No:ꝙ eo ipso,ꝙ dar̃ vacatio in ecclesia satis dicir̃
imminere periculuũ.qa deest cura pastoris q possit ha
bere curã animarum,& nota,ꝙ in tangẽtibus publicã
9 † vtilitatẽ nedũ põt iudex ex officio supplere.Imo etiã
dẽt,qñ tãgir̃ præiudiciũ ecclesiæ particularis.facit, qđ
hr̃ in d.c.bonæ.el.j.& j.de institu.cũ venissent.¶Not.
10 ꝙ † literę secũdæ non facientes mentionem de primis
non ualent.de quo in c.cæterum.s.de rescrip.¶ No.ꝙ
11 † ille a cuius cõfirmatione est appellatum interim nõ
administrat. & sic facit ad not.in c. auaritiæ. de elect.
in vj.¶No.ꝙ iudex impetratus ab appellato suꝑ con-
firmatione sñiæ non semꝑ cõfirmabit sñiam,sed pote
sit etiam illã infirmare si viderit eam infirmãdã, & eo
dẽ mõ si appellans impetrauit suꝑ infirmatione sñiæ
poterit iudex illã infirmare si sibi uideatur.facit, quod
no.Innocen.de offi.deleg. cum contingat . & in c. ex
ennquæstione.de resti.spoliato.¶In glos.prorogari. in
fine.dicit tñ Io.An.ꝙ ilud non est propriè prorogare,
sed potius parcitur ei qui intra tempus legimum pro-
pter impedimentum non prosequitur. facit, quod no.
Io.And.in addi.Specu.in titu.de appel.§. nunc breuia
ter ver.illud aũt scias.& in Spe.de deleg.§.fi.ver.Itẽ,ꝙ
12 iurisdictio.& in uer.seq.¶† In gl. appellata.ibi:neutra
pars,&c.& est ratio diuersitatis qualiter terminus ho-
minis a neutra partium põt pręueniri,& terminus iu-
ris sic,quia terminus hominis communiter est breuis.
qa moderar̃,seu abbreuisr legem.supra.eo.cum sit Ro
mana.vel quia homo est magis dedignanns naturæ,q̃
lex,ideo mitius agir̃ cum.l.q̃ cum homine.l.celsus.ff.
de arbi.vel,dic verius sm̃ Io. And.ꝙ ratio est,quia ter-
minus iuris datur ad finiendam appellationem, vt in-
fra sequitur in glo. ideo necesse est ipsum præuenire ,
sed terminus hominis datur ad inchoandum.ideo me
rito non præueniretur.¶ In eadem gl.in fi.& adde,qđ
habetur in cle.sicut appellationem.& in cle. quandiu.
13 de appella.& supra. eo.ex rõne.¶†In gl.præcurrant.in
fine.sed,qñ dicetur nimis præcurrere dicit scd̃m Ioã.
An.ꝙ istud erit arbitrarium inspecta qualitate cãæ , &
conditione ꝑsonarum,& loci distãtia.facit, qđ hr̃. su-
pra.eo.cum sit Romana.& de elec.cupientes.in princ.
lib.vj.nec dicer̃ fieri p̃iudicium appellanti ꝑ ipetratio
nẽ legitimè factã per appellatum.qa potius hẽt regra
tiari appellato qui proprijs expensis impetrauit sibi iu
dicem ꝑ quẽ poterit ipse appellans sententiam infir-
mare si ueniat infirmãda,vt patet ex tex.hic in fi. Alij
tamen dicebant, quod solum in vltimo mense pote-
rat impetrare appellatus per id,quòd habetur. ij.q. vj.
appellatore.¶ Alij etiã dicebãt,quod prius poterat im
petrare,sed non poterat agere nisi in ultimo mense.&
hęc vr̃ uera opi.Io.An.qa per quantum spatium prius
possit impetrari hoc erit arbitrarium,cũ hoc aliter non
sit determinatũ.ar.c.de causis.de offi.dele.& ad id , qđ
dixi,quòd in ultimo mense.potest ꝓseq appellatus .
facit,quod dictum fuit.supra.eo.extante tempore quo
appellans potuisset cõmode impetrare si uoluisset , &
intra quantum tẽpus dicatur potuisse cõmodè impe-
trare hoc hẽbit iudex arbitrari inspectis circunstãtiis.
de q bus.supra.¶ In gl.ꝓseq.ibi:ea prius citata.hoc ve-
rum,quãdo nõ fuit terminus statutus a iudice , vel ab
appellante,& hoc casu loquitur gl.relata.ad tex. secus
si dictus terminus fuisset statutus,quia ille habet vim
peremptorii,vt patet in c.sæpe.supra.eod.in gl. penul.
14 in fine.¶†Quid autem si ageretur de matrimonio car
nali,an poterit iudex ad quem abbreuiare terminum
ad ꝓsequendã appellationem.dic,quod sic secundum
Host. propter periculum fornicationis in mr̃imonio
vitãdum.facit.quod hr̃.supra. vt lit.non contesta. qm̃.
idem etiam dicebat Goff.in alijs quæ celeritatem de-
siderant.argumen.l. 1. ff. de dam.infec.& in l.i. & ii. ff.
de feriis. quod est verum,vt tãgit do.Ant.quãdo tan-
geretur publica utilitas,quia tunc facta ab appellante
officio abbreuiare.sed ubi tangetur priuata utilitas ,
non posset abbreuiari partibus inuitis per id,quod hr̃
15 j.de reg.iur.indultum.lib.vi.¶†An autem in cã prin
cipali electionis sit aliqs terminus a iure statutus ad
illam terminandam.Host.hic videtur velle,ꝙ non. di
cit tamen,ꝙ satis foret ęquum statui ꝙ si nõ termina-
retur intra annum ex tunc superior posit prouidere,
nisi iusta causa subesset per id,quod habetur de iure
pstro.eam te.& c.cum propter.& c.quoniam.& quia
si spectatus per sex menses remoueret̃ ab obtento. vt
infra de cleri.non resi.ex tuæ.fortius impediri debe-
ret ab obtinẽdo.sed Ioan.Andr.dicit ꝙ istud nõ esset
ęquũ.quia per hoc præiudicaret̃ habenti potãtẽ eligẽ
di sine sua culpa.nec obstat.c.ex tuæ.sed Ioan. An.di
cit ꝙ istud non esset ęquum.quia ibi priuatus ab obtẽ
to propter culpam ipsius non cõparentis. sed hic nõ
est in culpa prosequendo litem iuxta posse.Item non
obst.c.eam te.cum aliis præalleg.qa loquuntur qñ est
quæstio inter patronos.& sic videntur esse in culpa ,
si non procurant litem finiri intra tempus.de quo in
iuribus ꝑallegatis,sed hic erat quæstio inter electos .
& sic in diuerso casu loquuntur,vt etiam no.Io.And.
in c.cum vos.in prin.ti.de offi.ord. hodie vero serua,
quod in c.j.& c. cupientes. & c.si postq̃.de ele.in vj.
16 ¶†In gl.fi.in fi.no.bene ex gl.iuncto.tex.ꝙ etiam ap-
pellatus in impetratione debet facere mentionem de
appellatione,& similiter etiam ipse appellans , & sic
vterque tam appellans , q̃ appellatus tenetur facere
mentionem de appellatione in impetratione.& istud
etiam voluit Inno.supra.de maio.& obe.dilecti.& fa-
cit etiam quod ipse no.supra de offi.dele.ex literis.&
infra de his qui fi.a mai.par.ca.c.i. licèt alites dixerit
17 Inn.in c.ii. supra de rescrip.¶†Extra gl.aduerte, quia
dicunt domini de Rota sua conclusione.vii.ꝙ decr.
ista inquantum dicit nõ posset impetrari ante termi
num statutum ab homine habet locum, quãdo impe
tratus iudex extra curiam. sed vbi impetratur iudex
in curia . quia ibi cognoscere debet , tunc non ha-
bet

bet locum iste text. qa valebit commissio facta etiam
ante terminum etiam non facta mētione de termino.
vt etiā voluit Io.mona.§.rubri. de rescrip. lib.vj. & est
ratio diuersitatis, quia in curia dat iudex ex officio, &
non ad petitionē partis. iō tunc secus. ¶ Quid aūt si ap
pellatus impetrauit intra terminū hominis facta men
tione de termino, dic, q tūc videlicet impetratio, vt sic
innuit. Sed an tunc possit cōpellere appellantē ad pro
sequendum durante termino iuris, dic, q non nisi cir-
ca finem termini temporis per mensem. vt etiam vo-
luit Spe. de appel.§. nunc breuiter. vet. licèt autem. &
Fede. in suo consi. cvii.

*S V M M A R I V M.*

1 *Lite in causa principali contestata potest in causa appellationis contra absentem procedi etiam lite alter in causa appellationis nō contestata.*
2 *Litis contestatio facta in principali non rescinditur per appellationem, sed potius durat.*
3 *Absens citari debet vbi in causa appellationis contra eum proceditur.*
4 *Procedi potest ad diffinitiuam si iudici liquet de causa, & fuit lis contestata.*
5 *Iudex appellationis si pronuntiet benè appellatum poterit expedito articulo appellationis procedere in causa principali.*
6 *Missio in reali quando fit contra reum post litem contestatam ipse reus non auditur de possessione quandocunq; reuertatur.*
7 *Lite non contestata an, & quando procedi possit ad diffinitiuam.*
8 *Litis contestatio, an sit necessaria in appellatione ab interlocutoria, quando contra præsentem proceditur.*
9 *Libellus, vbi sit necessarius in causa appellationis.*
10 *Libellus an sit dandus in appellatione ab interlocutoria.*
11 *Litis contest. an sit necessaria in causa nullitatis.*

Er tuas. Altera parte cōtumaciter ab
sente iudex appellationis po
test diffinire etiam negotium principale si
post litem contest. fuit appellatū. h. d. & est
1 cōis diuisio. lecta ibi. nos igitur. ¶ † No. j. q vbi in prin
cipali causa lis est conte. potest procedi in causa appel
lationis cōtra absentē etiā lit. aliter nō cōtest. in cā ip-
sa appellationis, siue fuerit appellatū a diffinitiua, siue
2 ab interlocutoria. ¶ † No. q lit. cōte. facta in principali
nō rescinditur per appellationē, sed potius durat. & vr
proficere etiam quo ad instantiā causæ appellationis.
facit, q notat per legistas in l. ita demū. C. de procura.
3 & maximè p Bar. ¶ † Nota, q vbi in cā appellationis
proceditur cōtra absentē debet ipse absens citari. facit
q no. gl. antepenul. s. c. proximo. q est verū qn termi-
nus nō fuit statutus appellationi a iudice, vel a parte.
aliàs esset secus, cū talis terminus habet vim peremptorij.
4 rij. supra. eo. sæpe. ¶ † No. qd vbi liquet iudici de cā si
lis fuit contesta. saltē in principali potest pcedi ad dif-
finitiuā. ¶ In gl. 1. in principio. ibi si iudici. supple prin
cipalis causæ, nam processus de quo sequitur in gl. ob
seruari debet in ipso iudice causæ principalis. Sed for
tè de mente gl. fuit intelligere de iudice appellationis
quando appellatū est ante sniam. & tunc intellige gl.
5 qd expedito † articulo appellationis p ipsum iudicē
appellationis poterit si pronūtiet benè appellatū pce-
dere postea in negotio principali per modū de quo se
quitur in gl. q intellige citato tn prius absente, vt hic
colligitur, & plenè dictū fuit. supra. e. sæpe. in glo. quæ
6 incipit. vt si lis, & sup eadē. ¶ † In eadem gl. ibi nisi de
proprietate supple, quia quando fit missio in reali cō-
tra reū post litem contestatā non auditur ipse reus de
possessione qñcunq; reuertatur, sed solum de ppriera
te, vt notatur in l. cōsentaneum. hic allegata. Secus qñ
data esset possessio contra reum ante litē contesta. qa
tunc veniens intra annum audiretur etiam de posses
sione. supra. vt lite non cōtest. quoniam. §. in alijs. ¶ In
e. dem gloss. ibi. confirmare non possunt, hoc verum
nisi in principali causa actor non probauit nec etiam

a Lis nō con
test. sup hoc
vide dist. d.
H... in
pri. c. & ha
betis intel-
lectus hui°
materiæ.

aliquid pbat causa appellationis, quod facere posset.
nam etiam nō probatū in causa principali probari pōt
in causa appellationis. supra. de testibus. fraternitatis.
cum ibi notatis, & de fide instrumento. cum Ioannes.
& de. l. per hanc. C. de tem. appella. Posset ergo confir
mari si probaret actor in causa appellationis, licèt in
principali non probasset, sed ubi nō probauit in prin-
cipali, nec in causa appellationis tunc procedit, quod
sequitur in glo. ¶ In ea gl. ibi: vel dic. hanc regulam vi
detur tenere hic do. Ant. quando iste præsens non of-
fert se ad procedendum, sed vbi offerret se ad proce-
dendum: tunc posset procedere secundum eum, quod
possit fieri immissio propter contumaciā appellantis
si non liquebit de causa, sed certè vr, q simpliciter hæc
secūda practica sit verior, quia iudex appellationis ha
bet confirmare, vel infirmare sententiam. l. eos. C. de
appel. & supra etiam tetigit gl. & sic si non pōt confir-
mare debet illam infirmare. & per consequens tunc
vr in effectu absoluere reū ab impetitione actoris. &
ideo vlterius non est procedendū, & imputet sibi ap-
pellatus qui non probauit de iure suo. & qui etiam p
secutus fuit appellationem. nam cautius fecisset non
prosequi, & permittere desertari appellationē, quia sic
fuisset confirmata prima snia. supra. eo. c. cū sit roma-
na. & ideo non videtur habere aliquod remedium nisi
appellet ab ista scda snia p quā infirmatur prima: qa
tunc poterit in cā appellationis de iure suo probare p
7 dictā. l. per hanc. cū alijs præallegatis. ¶ † Extra gl. dicit
hic Inn. esse cām specialē in qua procedi pōt ad diffini
a tiuā lite non cōtest.ᵃ & dicit esse speciale priuilegiū in
causa appellationis, do. de Rota in conclu. viij. dicunt,
q si lis nō fuit cōtest. in causa principali debet cōtesta
ri in causa appellationis, & hoc satis pbat in isto tex.
a sensu cōtrario. si autē fuit contestatus in principali r
tunc si procedat cōtra absentē cōtumaciter in ipsa cā
appellationis non erit necessaria litis contestatio. sec°
si non fuit cōtumax. per id, q habetur in l. vnica. C. ne
li. in vna eadēq; cā tertio puocare. canonizata. ij. q. vj.
si quis in quacūq;. & idē videtur velle Archid. de sur.
calum. in c. vj. & Spe. de lit. contesta. §. videndum. ver.
sed nunquid. & de sen. prola. §. iuxta. versi. quid ergo si
appellans. & Host. in summa huius tit. §. si quis sit esse
ctus. & hoc in appellatione a diffinitiua: in appellatio
ne vero ab interlocutoria clarum videtur, q nō requi
ritur contestatio. j. eo. interposita. §. fi. & sic videtur ēt
transire hic do. An. sed glo. in c. Raynaldus. in ver. con
testata. j. de testa. videtur velle, quòd quando procedi-
tur contra præsentem in appellatione a diffinitiua sit
necessaria cōtestatio. secus qñ cōtra absentē si lis fuit
contesta. in principali. & idem tenent cōmuniter legi
stæ. & maxime Cy. & Bar. in d. l. vnica. & per eundem
Bar. in l. ab hostibus. §. sed q simpliciter. ff. ex quibus
cau. ma. ¶ Aduertendū, qd vbi proceditur contra ab-
sentem in causa appellationis ex quo semel pars fuit
in iudicio: sufficit citatio ad domum scdm ea quæ no.
de eo qui mit. in posses. c. fi. per Inn. & per Bar. in l. iiij.
§. prætor. ff. de dam. infec. & tunc censeatur hoīe cōtu-
max non comparēs. facit, q no. plenè in cle. si ante. de
do. & contu. & hæc opinio videtur verior. & scdm illā
videtur intelligēda op. do. Ro. & sequacium. pro qua
ēt benè facit tex. in d. c. Raynaldus. licèt Inn. ibi dicat
8 cōtestationē nō fuisse necessariam. ¶ † Itē aduerte, qa
gl. in c. interposita. in §. fi. videtur sentire. quòd etiam
in appellatione ab interlocutoria, quando proceditur
contra præsentem sit necessaria contestatio. vbi autē
9 † libellus sit necessarius in causa appellationis. tan-
git Spe. in tit. de libel. cōcep. §. nūc dicendum. circa fi.
ver. sed nunquid. vbi concludit, quòd in appellatione

catra-

extraiudiciali, quia illa est prouocatio ad causam.s̃.e. cum sit Romana. necessarius erit libellus per c.j. per totum.supra de libel.obla. ¶ Si autem appellatum sit ab interlocutoria,& tũc non est necessarius libellus: sed sufficit qualisqualis petitio.& maxime vbi articulus iuris decidendus esset, vt si appelletur ex eo:q̃a nõ non admittitur opponens, ꝙ pactum de non petendo nõ ĩpedit contestationẽ litis. Nã solũ exceptiones litis finite impediũt:nõ aũt alie cõcernentes merita cãæ in c.j.de lit.conte.¶ Si aũt appellatũ sit a diffinitiua, tũc concludit Spe. qđ dẽt offerri libellus, & sic dicit clementem mandasse auditoribus tp̃e suo seruari, & sic dicit practicari in curia.¶ Sed Io.An.ĩ c.p̃alle.Raynal. dicit ꝙ de iure potius debuisset dici contrariũ, vt in cã appellationis ab interlocutoria dari dẽat libellus:quia ille est articulus separatus a negotio principali. Sed q̃ñ appellatur a diffinitiua agiẽ do negotio principali in quo aliàs datus fuit libellus,& iõ vr̃ qđ tũc sufficiat qualisqualis petitio.sed vt dixi Specu. tenuit contra. & pro ipso etiam facit quia instantia causæ appellationis est diuersa a cã principali,& ideo in ea iteraẽ iuramentum calumniæ.de iura.calum.c.ij. in vj. & in l. ij.in princ.C.de iura.calum. Et ideo eadem ratione videtur libellum de nouo dandum, & potissime, quia habet aliquid petere.s.sententiam infirmari, & de iure videtur, quód debuisset etiam iterari contestatio. p̃ id, quod legitur,& notatur in l.ij.ff.iu.sol.& per Inn. in c.causam quæ.el picolo.supra de testibus. nisi specialiter fuisset statutum opppositum.dicebat etiã Ioã. An.in loco præalleg. ꝙ videbatur per rõnem superiꝰ tactam per eum non esse contestationẽ necessariam, etiam si agaẽ contra præsentem in causa appellationis a diffinitiua.secus si ab interlocutoria. Do.aũt Anto.hic dicebat libellum dandum in causa appellationis eo casu quo contestatio est necessaria,qđ q̃ñ sit superius est dictum.aliàs secus. Tu potes tenere, qđ dixi.§.post Spe.in appellatione a diffinitiua videlicet,ꝙ in illa dandus sit libellus, ex quò instantia est diuersa, & si procedatur contra absentem,& sic non sit necessa
10 ria contestatio, si prius fuit facta in principali.¶ † In appellatione aũt ab interlocutoria. licèt Spec. dicat, qđ sufficit qualisqualis petitio s̃m formã cle.sæpe.de verbo.sig. Tamẽ forte de iure, quia instãtia est diuersa videretur dandus libellus per id, quod superius dixi in practica.tamen forte seruaretur opinio Specu.quę satis
11 tis est æqua. ¶ † An aũt in cã nullitatis sit necessaria contestatio. Prosequitur hic d. Ant.conclude, ꝙ si deduciẽ nullitas per viam exceptionis, non erit necessaria contestatio, q̃a tunc summariè proceditur.l.iii.§.ibidẽ.ff.ad exhi.quod p̃cedit si opponaẽ cõtra executionẽ s̃niæ.vt etiã voluit Bar.in l.4.§. cõdẽnatio.ff.de re iud. Nã in illa summariè p̃cediẽ.vt ibi notatur. idẽ tñ vr̃ si aliàs opponatur exceptio nullitatis, vt non sit necessaria contestatio:quia in exceptionibus de necessitate non est fiẽda. vt no.de offi.dele.prudentiã.§.sexta.¶ Si vero deducitur nullitas incidenter in causa appellationis, quod fieri potest iuxta id, quod nr̃ in l.Cornelia.ff.de iur.patro.& no.j.eo.dilecto.per Inn. & Host.& per gl.& legistas in l.j.C.quando p̃uo. nõ est necesl.& tunc non exigit cõtestationẽ eo casu quo non exigitur in causa appellationis, illa sufficit etiam pro incidenti nullitatis cũ attendi debeat, qđ principaliter agitur.l.si quis nec causam.§. res pignori.ff.si cer.pet.& infra de reg.iur.accessorium.lib.vj.¶ Si aũt deducitur nullitas principaliter in iudicio, tunc si est notoria non exigiẽ contestatio. dẽt tñ pars vocari ad s̃niam audiendã.per id, qđ nota. de iureiuran. ad nostram.el tertio.¶ Si aũt nõ est notoria tũc exigitur cõtestatio.per.c.fi.s̃.de offic.iudi.& quia sentẽtia lata super illa habet vim diffinitiuæ facit, ꝙ nota.in cle. cũ a repulsione. de app. ad quam diffinitiuę non cõsueuit deueniri regulariter nisi lit.cõtest.supra.de lit.cõte.§.vnico.& hoc tenuit Specu.in ti.de lit.contest.§.q̃ñ autẽ.versi.quid de causa.ꝙ intelligit do.An. q̃ñ procedi tur parte præsente:sed vbi p̃cedereẽ cõtra absentẽ dicit non exigi contestationẽ:quia nihil petitur a parte, sed a iudice.facit, quod no.per legistas. in auth. si omnes.C.si vt se ab hæredi.abstineant.& in auth. qui semel.C.q̃uo,& q̃ñ iudex. Et ex p̃dictis patere põt an libellus sit dãdus, quia videẽ ꝙ sic q̃ñ deducitur principaliter per viã actionis.per c.fi.de offi.iud.aliàs secus & hoc videretur procedere, q̃ñ deducitur nullitas corã alio iudice: sed si coram eo qui tulit s̃niam, non videẽ exigi libellus:nec cõtestatio p̃ id, ꝙ habeẽ. supra. de rescrip.ab excõicato.& ꝙ no.Spec.in tit.de senten. pla.§.iuxta.ver.quid ergo appellãs.& adde ẽt, qđ no. Bar.in l.si vt proponis.C.q̃uo, & quãdo iud. & in l.si expressim.ff.de appel.& qđ non exigatur libellus nec cõtestatio quãdo corã eodem iudice deducitur nullitas ex eisdẽ actis. benè facit, quia notoriũ dicitur esse, ꝙ ex actis cõstat. vt voluit Inn. supra.eo.ex insinuatione.& s̃.de testi.per tuas.j.de coha.cleri.& mulie.c.fi.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, vt, quandoq; ponitur causatiuè quandoq; modaliter.*
2 *Pro sententia iudicis præsumitur si nõ est appellatum.& numero. 6.*
3 *Causa in appellatione debet exprimi coram iudice a quo.*
4 *Itineris arreptio aut transmissio nuntij ad superiorem non suspendit iurisdictionem iudicis inferioris.& nu. 10.*
5 *Appellans an possit prosequi aliam causam quàm expressam in appellatione ante sententiam.*
7 *Litis contestatio facta coram iudice incompetenti est nulla.*
8 *Appellari non potest ante sententiam a quocunq; iudice idoneo nisi ex causa rationabili expressa in appellatione siue sit scripta in iure siue non.*
9 *Clausula appellatione remota an aliquid operetur,& quid.*
11 *Iudex qui non defert eo casu quo debet deferre puniri debet non tamẽ punitur si defert vbi deferre non tenebatur.*
12 *Recusare iudicem inimicum non potest is qui fuit causa inimicitiæ.*
13 *In appellatione deficiens punitur in expensis,& illam sententiam exequetur primus iudex ad quem fit remissio.*
14 *Appellatione non iustificata negotium remitti debet ad iudicem a quo quando per eum non fuit delatum appellationi.*
15 *Causæ maiores quæ dicantur.*
16 *Appellatio ab interlocutoria ad hoc, vt valeat quæ requirantur.*

2 T debitus. Qui appellat [a] ante s̃niam debet cãm p̃babilẽ exprimere corã iudice a quo appellat, nec est p̃babilis cã exceptio de nuntio misso, vel l'r̃a impetratis q̃ nõ sunt præsentatę: & si falsa erit appellationis causa remittetur appellãs ad iudicẽ a quo & cõdẽnabiẽ in expẽsis.si aũt erit vera tũc iudex appellationis in cã principali p̃cedet. h.d. Et diuidiẽ in tres partes principales. In prima duplex constitutionis cã. In sc̃da constitutio. In tertia quædam p̃testatio. Sc̃da ibi: statuimus. Tertia ibi: saluis. sc̃da subdiuiditur. nam primo prohibet ante s̃niam appellari absq; causa rõnabili,& ipsius non rationabilis causa duo ponit exẽpla. secundo ibi: cum autem. approbat appellationẽ ex causa rationabili expressa corã iudice dicẽs iudicẽ appellationis de ipsa debere cognoscere. In tertia ibi,& si minus instruit ipsum iudicẽ in p̃cessu, & hoc dupliciter. Primo si non repetit rõnabiliter appellatũ in remittendo,& in expensis condẽnando, secũdo si repe-
1 rit legitimè appellatũ in p̃cedẽdo, ibi: alioquĩ. ¶ † No. primo de dictione, vt, q̃ hic poniẽ cãsatiuè, licèt cõiter ponatur

[a] Qui appellat. Hoc est solẽne c. & alle. l in finitis locis per Doc. & in eius tũmatione cõuenit oẽs scribẽtes,& si quęras an clausula appellatiõe remota hodie aliquid operet. vide p Hos.l sum. eo.tit.c. vt debitus. & hęc cadit super gl. q̃ incipit sic ergo.

ponatur modaliter.vt no.gl.ij.circa fi.j. de cōdi. appo.
in c.verum.& Accur.in rub.de his quæ sub modo. &
in rub.ff.de cōdi.& demō.Interdū verò ponitur cōse
cutiuè.vt l.si manumissori.& ibi no.C.de obse.patro.
2 præstā.¶†No.honorē debitū esse iudicibus cōseruan
dū.facit,ꝗ habetur.s. de fide instru. cum Ioannes. &
hæc potest esse ratio, qa pro eius sniā præsumitur.s.
de re iud.sicut,ꝗ est verū si nō fuit appellatū. aliàs se-
cus,vt dictum fuit.supra.eo.dilectis.circa fi.& no.glo.
in l.herēnius.§.caia.ff.de euic.de quo ēt in c.in præsen
tia.supra.de renū.& dicta de eā, & ꝑsumiẽ ꝑ iudice in
arbitrarijs.s.de offi.del.de causis.& ꝑ Inn.j. de eo qui
fur.ord.recc.c.ij.ꝑmittiẽ ēt sibi post cōclusionē cāæ in
terrogare partē si sibi vr.de fide instru.cū Ioānes. cir-
ca fi.& ēt permittitur sibi vt cōpellat partē rñdere su-
per negatiua.de cōfes.c.j.in vj.¶No.consulendū esse
litigantibus ne varijs expensis,& immoderatis fatigē
tur.supra.de do.& cōtu.ad fi.Dicit tñ hic Vin.ꝗ quan
doq; fortius ligat pars quā iudex:qa si pars defert iura
mentū nō pōt appellari.secus si deferat iudex.ff. de iu
3 reiur.l.admonēdi.& no.supra.de iureiur.c.fi. ¶† No.
non posse quē recedere a iudice cōpetēti per appella-
tionē ante sniam nisi ex rationabili cā appellet.& no.
ꝗ causa debet exprimi in ipsa appellatione,& corā ip-
so iudice a quo.vt hic patet.debet ēt in scriptis appel-
4 lare.j.e.c.j.in vj.¶†No.ꝗ non videtur hodie transmis
sio nuntii aut itineris arreptio ad superiorem suspēde
re iurisdictionem iudicis inferioris,de quo tāgetur cū
gl.in verbo:si dicat.& tangitur etiam per gl.& Host.j.
eo.c.j.in vj.¶No.quod in literis primis cōtra regulas
videtur etiā posse opponi si ipse primæ non sint iudici
bus præsentatæ.¶No.requisita,vt appellatio ante sen
tentia deuoluat negotium ad superiorem,quæ exigit,
quòd appellatum sit ex causa rationabili,tali videlicet
quòd si esset probata deberet legitima reputari,& qđ
exprimatur coram iudice a quo appellatur requiritur
etiam,qđ in scriptis appellet.vt supra.dixi.¶No.effe-
ctum nō iustificatæ appellationis ante sniam: qa si iu-
dex appellationis non inuenit illā rōnabilem,vel ve-
ram debet remittere appellātem ad iudicem a quo, &
illum in expensis condemnare.¶Si aūt reperiat appel
latum ex causa rōnabili,& vera:& tunc in dicto articu
lo appellationis potest procedere postea in principali.
5 ¶†An autem possit appellans ꝑsequi aliā cām quā ex
pressam in appellatione ante sententiā dic,ꝗ non. vt
habetur in cle.appellanti.eo.ti.licèt secus sit qñ est ap
pellatum a diffinitiua.l.scio.ff.de app.& facit, ꝗ no.j.
eo.cum causam.¶Not.quòd in maioribus causis etiā
si non appelletur causa debet tractari apud sedem apo
stolicam.& quod hic dicitur in ver.saluis.est quædam
protestatio.vbi etiam dicit gl.in c.quamuis.de elec.in
6 vj.¶†In gl.j.in fi.& per hoc etiam,quod habetur in l.
j.siue.ij.C.de offic.ciui.iud.vbi dicitur,ꝗ præsumendū
est in dubio pro facto iudicis.& facit,quod dixi in no.
7 ¶†In gl.ij.in fi.nota benè,ꝗ contestatio facta coram
iudice incompetenti est nulla,& non operaẽ effectū,
& ad hoc sæpe allegatur gl.facit,ꝗ not.in c. illud.s. de
præscri.& in l.si pater.hic alleg.ꝗ intelligit do. An. qñ
ad interruptionē requiritur lit.contest.vbi autem exi-
geretur sola fides:tunc si ex illo actu contestationis in
ducta esset mala fides interrūperetur præscriptio:quia
talia tanquā in facto consistentia operātur ēt sine iudi
cis cōpetentia.facit,ꝗ habetur in c.cum dilectus. cir-
ca finem.s.de ord.cog.¶In gl.iij.ibi quia dicit coram
idoneo iudice.& sic vult gl.vt colligiẽ ex ver. & ita pa
ter,ꝗ hodie,&c.& per hāc constitutionē hodie de no
8 uo ēst inductū,ꝗ non pōt appellari ante sniam a quo
cunq; iudice idoneo nisi ex causa rōnabili expressa in

appellatione,siue sit scripta ī iure,siue nō.& sic vr vel
le,quod scđm antiqua tempora erat secus: sed in con
trarium facit.supra.eo.cum in ecclesia.vbi videtur, ꝗ
etiam scđm antiqua tempora non posset appellari nisi
ex legitima causa.Potes soluere dupliciter. Primo, ꝗ
ibi loquitur quando appellabatur ad inferiorem a Pa
pa.hic autē qñ appellabatur ad Papā, quo casu scđm
antiqua tempora sufficiebat,ꝗ appellatio nō esset ma
nifestè frustratoria: licèt causa aliqua non exprimere-
tur.supra.eo.c.peruenit.vel potes dicere secundo, qđ
loquitur de amissione fienda,vel non fienda per iudi-
cem ad quem:qa ēt de iure antiquo nō debeat admit-
tere nisi reperiret appellatum esse ex rationabili cau-
sa quā poterat deducere corā iudice a quo, sed hodie
debet exprimi coram iudice a quo per hāc decreta. ꝗ
loquitur in appellatione iudiciali q̄ debet fieri a gra-
uamine illato:sed appellatio extraiudicialis potest fie
ri ēt a futuro.vt dictum fuit.supra.eo.bonæ.& c. cōsu-
luit.& no.quod hæc decr.loquiẽ qñ inter partes ꝑce-
ditur:sed quando proceditur ex officio loquiẽ.e. cum
speciali.§.j.j.e.qualiter autem debeat exprimi causa.
dubitat Inn.j.de oper.no.nun.c.fi.Cōclude,quòd suf
ficit exprimere ī genere in appellatione ab interlocu
toria.vnde nō sufficit dicere interlocutoriā iniquā. &
ideo appellare,vel dicere appello:qa me grauasti, sed
debet specificare causam grauaminis,licèt non sit ne
cesse,quòd exprimat cām causæ. vnde sufficit dicere
appello:quia me grauas ex processu in loco non tuto.
Nec est necesse dicere, quia procedis in loco nō tuto
mihi ex eo:qa ibi habeo inimicitias capitales. facit,ꝗ
dictum fuit in c.ex parte.supra.eo. & adde ēt, ꝗ dixit
Paulus in clemē.appellāti.de app.ꝗ inquātum hic di
ciẽ,quod debet exprimi causa in appellatione,hoc de
bet intelligi nisi sit notoria patens ex actis ita, ꝗ non
subijciatur necessitati probandi: sed solum pēdeat ex
allegationibus iuris:sed hoc cōiter nō tenetur.qa no-
torietas etiā ex actis non excusat a propositione quæ
exigitur ꝑ forma in appellatione,licèt excludat a ne
cessitate probandi.vt no.gl.in cle. appellāti. de app. &
ēt Io. An.in c.accedens.el.j.sup gl.supra.vt lit.nō con
test.& plus dicit hic do.Ant.quòd non sufficit appella
re ex aliqua causa specifica,vel ex alia quacunq; patē
te ex actis:quia nō poterit iustificari appellatio nisi ex
causa expressa, & hoc vt iudex possit esse certus.an de
beat dare apostolos refutatorios,vel dimissorios,& ne
pars appellans possit variare appellatum in incerto.
Facit,quod habetur de elect.vt qs duas.lib.vj. Et hæc
procedunt de iure canonico,quando appellatur ante
sententiam. de iure autem ciuili regulariter non pōt
appellari ante sententiā si grauamen est reparabile per
appellationem a diffinitiua.aliàs secus,vt legitur, &
notaẽ in c.fi.infra.e.in vj.& in l.ante finem, & ibi ple-
nè per Bar.ff.de app.reci.vbi autem appellaretur a sen
tentia diffinitiua regulariter nō est necesse causam ex
primere.vt legitur,& notatur.j.eo.c.causam. in gl.fi.
& in l.scio.ff.de app.fallit in casu.c.romana. §. si autē
post sententiā.de app.in vj. ¶ Vbi autē appellatur ab
executione tunc,quia regulariter non admittitur ap-
pellatio nisi modum excedat debet causa exprimi. vt
no.in Spe.in tit.de excu.sen.§.nunc dicēdum.ver. sed
nunquid.Quid aūt si appelletur ab interlocutoria ha-
bente vim diffinitiuę,dicendū.vt in c.peruenit.supra.
eo.vbi ꝑ Io.An.super glo. nā videẽ idem in illa,qđ in
diffinitiua,vt ibi dictum fuit.¶In ea.gl.ibi. & sic non
habet hodie locū.& sic vult gl.qđ decr.super q̄stionū.
in §.si duo.sit hodie correcta quo ad id,quod sequiẽ in
gl.per hāc decr.licèt quo ad alia remaneat in suo esse
sed certè hoc pendet a dubio, an hodie clausula appel
latione

latione remota aliquid operetur. de quo tãgit glo. ĩ. in ver. cum ergo. & recitat duas opinio. Ioã. demũ ponit suam in versi. sed ex vi huius constitutionis. & nota, ꝙ reprobatio primę opinio. Iac. non videtur bona, quia si decreta. ista nõ loquitur in appellationibus ante sententiam. ergo in illis nihil corrigit: & sic in eis debent remanere iura antiqua incorrecta per. l. sancimus. C. de testa. & de ele. c. cum expediat. lib. vj. ¶ † In ea. glo. in fi. & sic concludit glo. ꝙ hodie clausula appellatio-
a ne remota [a] nihil operetur. sed contra opinio. gloss. facit, quia decre. pastoralis. supra. eo. quæ loquiť de clausula appellatione remota est constitutio specialis, qñ est apposita dicta clausula. ista autem est cõstitutio generalis. ergo non debet trahi ad casum illum, qa species derogat generi. de regu. iur. generi. lib. vj. & s̃. de rescri. c. j. & sic videtur, qđ dicta decre. pastoralis. remaneat hodie incorrecta. & pro hoc ẽt facit, quia illa decreta. & multa alia iura loquuntur de ista clausula: ergo non debemus intelligere in dubio, vt illa sit correcta ex quò hic non est expressum, iurium correctio est euitanda, de electio. cum expediat. lib. vj. ¶ Itẽ pro hoc facit. c. inquisitioni. ĩ. eo. quæ fuit post istam decreta. & facit mentionem de clausula, appellatione remota, & sic videtur, quod aliquid debeat operari etiam hodie: aliàs frustratoria fuisset prouisio illius decreta. inquisitioni. Ideo ꝓpter prædicta dicit Hosti. qđ de iure videtur verior opi. Io. secundo loco posita, videlicet, vt clausula, appellatione remota, etiam hodie operetur, quando non appellatur ex causis in iure expressis, licèt appelletur ex causa probabili, quia non suspendetur iurisdictio iudicis tunc per appellationẽ, licèt deferat negotium ad superiorem ad quem est appellatũ. facit, quod no. supra. de offi. ord. ad reprimendã. de quo plene dixi in dicto c. pastoralis. ¶ Secũdus est effectus in quo etiam hodie operatur, quia si delegatꝰ cũ clausula, appellatione remota, committit vices non in totum ad eum debet appellari, & non ad Papã. supra de offi. dele. super quęstionum. §. ꝙ si delegatus. certe hoc procedit secundum opinio. Host. vt ibi tãgit Io. And. sed secđm cõmunem opi. idem esset ibi si, clausula nõ fuisset apposita. ¶ Tertio operať secđm Host. qa si in secundis literis sit mentio de primis, & non de clausula in eis apposita, non valebunt secundæ. de restit. spoli. ex conquæstione. ¶ Quarto operať quia nõ obstãte appellatione a diffinitiua sententia mãdabitur executioni. facit. supra. eo. nouit. nisi appellatio esset iam recepta per superiorem. de offic. deleg. pastoralis. §. præterea. ¶ Quinto operatur quia iudex nõ deferendo quãdo appellatur in casibus nõ expressis in iure nõ patietur poenam. de quo. ij. q. vj. decreto. & C. de appel. quoniam iudices. & facit, qđ no. supra. eo. de priore. ¶ Sexto operatur id, quod habetur in c. j. supra. de rescrip. ¶ Septimo operať id, quod habetur in c. ij. de mut. peti. supra. ¶ Octauo operať, ꝙ qñ causa est cõmissa duobus cum hac clausula, tunc delegatus non cogiť recipere vices cõdelegati ne vulneretur sua iurisdictio. supra. de offi. del. super quæstionũ. §. si verò. ¶ Nono operatur, quia si appelletur a diffinitiua, si appellans vult obtinere effectum suspensiuũ oportebit, quòd exprimatur in appellatione cã in iure expressa. per id, quod hť. supra. eo. pastoralis. Putat tñ do. An. quòd satis erit sufficiẽs causa appellationis a diffinitiua si dicat volo nõ ꝓbatũ ꝓbare, quia ius specifice hoc permittit. l. per hanc. C. de temp. appel. & supra. de testi. fraternitatis. & hæc procedunt de iure: sed de consuetudine, & stilo curiæ seruať opi. gl. vt nihil opereť clausula ꝓdicta: & solũ intelligitur remouere appellationes frustratorias quæ ẽt a iure sunt remotę. vt no. Host. in summa. de offi. dele. §. quis sit effectus. & facit, ꝙ no. Bar. in l. j. §. si. ff. a quibus ap. non licet. & ꝙ no. s̃. de offi. deleg. ex parte. el. ij. ¶ In gl. iiij. ibi. & † ita peruenire aduersatiũ. & sic concludit gl. quòd missio nuntij hodie nihil operetur. & hanc opini. in vna parte videtur tenere Hosti. dicẽs, ꝙ contra talẽ qui misit nũtium, vel iter arripuit potest procedi si non defendat. Nec ob. c. dilecti. supra. eo. & ĩ. de cleri. pereg. c. j. quia loquũtur in attentatis iniustè, & sine debito ordine iuris, vel in indicente sibi ius in causa propria: & sic nõ erit competẽs iudex, deinde ponit aliã opi. vt hæc decre. intelligatur in ordinario, seu quando aditur ordinarius, & non qñ aditur delegatus: & si sit citatus quis corã ordinario non ꝓdest sibi allegare missionem nuntij, secus si corã delegato: sed certe hæc opi. non videtur bona, qa hæc litera loquitur indistinctè in conuẽto coram alio iudice. Vnde ponit etiã aliã opin. quã reprobat do. Anto. ipse. autem do. Ant. concludit, ꝙ si itineris arreptio fit in ꝓpriam personam ex causa legitima, & causa nondum recepta: tunc habet suspendere iurisdictionẽ inferioris iudicis perpetuo. ĩ. de cler. peregri. non ex eo, quod habeat vim appellationis secundum eũ, sed qa ex cã legitima itinerãtes ad Papã eximũtur ab inferioribus iudicibus. ĩ. ti. i. c. i. quinimo, & nuntii pro aliis ex legitima cã missis gaudent hoc priuilegio. per id, ꝙ habetur. ĩ. eo. c. dilecti. qui autẽ sine probabili causa vadũt, non gaudent hoc priuilegio vnde tales possunt citari ad domum, & tenebit sententia contra eos lata. intellige in casibus in quibus potest procedi lit. non contest. secđm ea quæ habẽtur de dolo, & contu. c. si. & per Inn. de eo q̃ mit. in pos. c. si. & facit, ꝙ no. Bart. in l. iiij. §. prætor. ff. de dam. infec. quandoq; autem quis arripiter post causam iam ceptã, & tunc itineris arreptio non iuuat si nullũ præcedit grauamen. Secus si grauamen præcedat, qa tũc itineris arreptio ad Papã, vel ad alium superiorem videtur habere vim appellationis, dũmodo certũ sit, ꝙ propter hoc vadit, vt de grauamine cõqueratur, etiã vt processum cõtra se habitũ petat reuocari, nam tũc talis arreptio itineris habet vim appellationis per. c. cũ causa. de offi. deleg. & de dolo, & contu. cũ olim. & de testi. ſpo. audita. & tñ necesse est, ꝙ iter arripiatur intra decem dies a tẽpe illati grauaminis, quia decem dies dantur ad appellãdum, siue appelletur verbo siue facto aliàs transit sñia in rẽ iudi. s̃. de elec. cum dilecti. & supra. ti. i. quod ad consultationẽ. Itẽ hoc uerũ secđum. Inn. & Host. qñ talis arripiẽs iter nõ habet copiã iudicis, vel de facili hẽre nõ põt, vt sic ab ipso appellet, & petat apostolos ꝓut teneť si copiã iudicis a quo habere põt. ii. q. vi. biduũ. & l. i. §. adeũdi. ff. qñ appel. sit. prudẽter etiã facit secđm Inn. si corã testibus exprimit grauamina pro quibus vadit ad curiã. refert tñ aliquos tenere, ꝙ sufficiat exprimere corã superiore. do. An. hic videtur tenere primã opi. quia concludit, ꝙ debẽt seruari illa quæ adaptari possunt secđm naturã appellationis. sed Arch. in c. i. j. eo. li. vi. videtur tenere secũdã. nã põderat, ꝙ Inno. dixit prudẽter ẽt facit. & sic videtur loqui de cõsilio secundũ eũ, & nõ de necessitate. & sic residet Io. An. in d. c. i. & ꝙ dixi. supra arreptionẽ itineris habere vĩ appellationis, qñ fit post cãm ceptã, & post grauamẽ illatũ, & nõ habet grauatꝰ copiã iudicis. tenuit ẽt hic Host. idẽ dicit, ꝙ si ꝓꝓ metum iudicis nõ audet appellare: dicit tñ, ꝙ vbi non appellatur in præsentia iudicis debet hoc sibi intimari intra decem dies si, hoc fieri potest, vel saltẽ aduersario. arg. c. mãdato. supra. de procu. cõcludit ẽt, ꝙ post talẽ arreptionem itineris reuocabũtur oĩa attẽtata nedum a tẽpore notificationis factę iudici, sed ẽt a tẽpore quo iter arripuit. per id, ꝙ habetur. s̃. eo. dilecti. & s̃. de offi. dele.

a Appellatione remota. Vide supra in i. postilla. vbi remisi. de hac clausula appellatione remota.

dele.cum cã,& plus ẽt dicit,ꝙ grauamina quæ præcesserunt arreptionem itineris propter quæ est iter arreptum reuocabũtur.& sic etiã transit hic do. Ant. fortè hoc vltimum est verũ demum ꝓbata veritate cãr grauaminis.per id,ꝙ habet.infra.co.nõ solũ.lib.vj.& cũ opin.de qua.§.dixi.transit hic do.Anto.& sic videtur velle post Inno. & Host.ꝙ arreptio itineris facta ante causam ceptã nõ habeat vim appellationis,licet arreptionis iter eximatur a iurisdictione iudicis inferioris per id,ꝙ habetur.infra.ti.proxi.sed certè hoc debet intelligi,qñ non suberat iusta causa appellãdi:sed fortè aliàs solum arripiebat iter causa impetrãdi rescriptũ: sed vbi affuisset causa probabilis ꝓpter quã potuisset appellari sc̃dm ea quæ habentur.supra.co.bonæ.non video quare nõ habeat vim appellationis dũmodo cõstet,ꝙ propter grauamẽ,de quo ꝓbabiliter timet iter arripiat ad curiã,quia non est dare bonam rationẽ diuersitatis quare dicto casu non debet habere vim appellationis prout habet,qñ arripitur iter post iudiciũ ceptum,& post grauamẽ illatũ,& ideo cum sit eadẽ ratio idem ius debet esse.per id,ꝙ habet.supra.de cõstit.translato.nec ob.quod dixi tenendo opi.Archi.quod non sit necesse exprimi grauamina per arripientẽ iter quod habetur in l.ij.C.de his qui per me.iud. non appel.nisi qñ pet metũ iudicis in eius absentia appellatur,debent exprimi causæ appellationis,quia illud ꝓcedit,quando quis verbo appellat non arripiẽdo iter. Secus qñ ipso facto appellat iter arripiendo,nam plus videtur esse facto prouocare quam verbo.supra.co.dilecti.& ꝙ quãdo appellatur ipso facto per itineris arreptionẽ non corrigitur ius antiquum tenuit gl. & Inn. infra.eo.c.j.in vj.& pro eo, quod dixi, ꝙ itineris arreptio ante causam ceptam possit habere vim appellationis.benè facit,quod no.Lapus in sua alleg.xxxix.& ꝙ dixi.supra.c.dilecti. & fortè etiã fuit de mẽte Inn.hic, quia non dixit simpliciter,quòd nõ habet tũc vim appellationis:sed dixit,qđ non per omnia habet vim appellationis, & hæc procedunt quãdo iter arripitur in propria ꝑsona.Si autem quis mittat nuntium,tunc cõcludit do.Anto.quòd si mittat ante causã ceptã nõ suspenditur iurisdictio per istum tex.& in hoc dicit iura antiqua esse correcta.idẽ si mittat causa iã cepta grauamine non præcedente, sed vbi mittit causa iam cepta,& præcedente grauamine,tunc dicit post Innoc. & Host.ꝙ habetur pro appellatione si constet,ꝙ ꝓpter dicta grauamina mittit,& hoc faciat intra decẽ dies a tempore grauaminis,& non possit habere copiam iudicis,vt superius est dictum de arripiẽte iter an possit. requirit etiam do.An.qđ seruent ea q̃ seruari debent in appellatione,quatenꝰ fieri potest,& sic videtur velle,quod debeant exprimi causæ grauaminis, sed vt dixi.supra.Inn.sc̃dm intellectum Archi.& Io.An. in c.j. infra.eo.in vj.super gl.videtur velle idem esse de consilio,fortè potest ẽt attentari,ꝙ missio nuntij ante causam ceptam non operetur effectum, quando mittitur pro impetrando,& non suberat iusta causa appellandi.& sic põt intelligi iste tex.sed vbi suberat iusta causa appellandi,qa verisimiliter tenebat grauamen videtur,quod etiam hodie operetur talis missio,& habeat vim appellationis dummodo constet, quòd prædicta de causa mittit.per id,quod habetur.supra,eo.c. dilecti.& quod not.Lapus in dicta alleg.xxxix.& quia videtur esse eadem ratio quæ est, quando mittitur nuntius post causam ceptã,& grauamẽ illatum, & per cõsequens idem ius debet dici.facit,quod dixi.supra. in. simili de itineris arreptione. & pro hoc etiam faciat, qa iurium correctio est euitãda,quatenus fieri põt.de elec.cum expediat lib.vj.Si autẽ mittit̃ nuntiꝰ ꝓ restitutione habenda aduersus sententiã cõtra quã nõ põt inferior restituere.dicit do.An.post Innoc. & Host.qđ habebit vim suspensionis.per id, qđ habetur in l. minor autẽ.ff.de mino.& sic expectabitur nuntius,& nõ prius mandabitur sententia executioni.& maximè respectu illorum qui consueuerunt per nuntios impetrare,vt collegia,maiores ꝓlati,Pricipes,& sĩnes.facit. j.de sen.excõ.c.quãuis.& sic residet do.An.sed hoc videtur intelligendum quando restitutio haberet suspẽdere executionem.de quo in c.suscitata. de in integr. resti.deberet etiam expectari nũtius si esset missus super nouo dubio occurrente,& nõ consueto, nam pro talibus cõsueuit mitti ad Papã.xx.distin.de libellis, & facit,quod hr̃.supra.de electio.c.cũ in veteri. ¶ In ea. gl.in fi.ibi,nisi faciat mentionem de primo,supple, & de processu habito.ꝓ id,qđ habetur in c.inter monasterium.§.titu.j.& no.qđ glo.in effectu concludit, qđ vbi quis peruenitur corã ordinario per citationem factã,vt coram eo cõpareat,vel etiam corã delegato nõ possit opponi de alijs literis impetratis etiã si sint priores in data,quàm aliæ per quas delegatus citauit,& sic videtur,quod quasi tota materia de rescrip.sit correcta per istam decre. contra quod facit quia iurium correctio est euitanda.de elec. cum expediat.in vj.& supra. de elect.cum ecclesia vestra.vbi patet,ꝙ non est verisimile,qđ Papa vnico verbo tollat omnia iura de materia loquentia propter hoc dixerunt quidã,qđ iste tex. debet intelligi tantum quando coram ordinario quis conuenitur. vt sic fauore potestatis ordinariæ hoc sit inductum,sed certè hęc opinio videtur contra tex.qui simpliciter dicit coram idoneo iudice:& sic videtur loqui tàm de ordinario,quam etiam de delegato. vnde alibi dixerunt,quòd hoc debet intelligi,quãdo impetrãti dolus,vel negligẽtia potest imputari:an quia nõ fuerunt præsentatæ intra annum,vel impetrans fraudulenter tacuit illas.facit.supra.de rescri.in c. fina autẽ. & c.plerũq;.& c.ex parte.secus si nõ possit imputari negligẽtia,vel dolus:quia tunc procedit iura antiqua vt stetur prioritati date,& non præsentationis:quia illud procedit sc̃dm intellectum prout hodie vbi videt̃ attendi tempus præsentationis,qa illud ꝓcedit sc̃dm intellectum gl.ibi,& etiã hic. sed non secũdum verũ intellectũ prout est hodie declaratũ in c.tibi.de rescr. in vj.& do. Anto. hic cõcludit,quod si primæ lr̃æ sunt impetratæ de cõmuni consensu non potest tunc fieri præuentio per ordinarium,uel per sc̃das,nisi secundæ faciant mẽtionẽ de primis,& de cõsensu cõi. vt patet. supra.de rescri.cæterũ.quæ nõ reperitur correcta. facit de cau.pos.& proprie.c.cum olim.idẽ dicit si ꝑsente, & sciẽte aduersario suo,vel eius ꝓcuratore sunt impetratæ:qa ille non possunt ꝑueniri sc̃dm eũ.Si autẽ conueniat coram ordinario,vel per secũdas literas,& opponit de literis primo impetratis,& essent quæ ꝓxime dixi,tũc si tãtũ opponit de literis quas nõ ꝑsentauit iudici quẽ impetrauit,& tũc repellitur,vt hic patet.Si aũt illa præsentauerat iudici per eas ꝓcederet,& opponit de literis primis quas dixi se præsentasse iudici ipetratoris,& tunc sc̃dm eũ excludetur iurisdictio ordinaria,& ẽt delegata per secũdas,si nõ facit mentionẽ de primis,& sic dicit limitãdũ istũ tex.& iõ dicit attendendã formã oppositionis:qa si simpliciter opponit de literis primis,quas dicit se ꝑsentasse iudici, & subdit etiã,quòd practica poterit esse,vt citatus per secundas literas præsenter literas corã primis, & demũ corã ipsis sc̃dm is qui citarũt,& opponat se impetrasse literas priores, & illas ꝑsentasse referat se patatũ corã illis iustitiã ꝓsequi.& hoc casu habebit locũ.c.j. de rescr.& alia iura dicentia standum esse prioritati in data & sic

& sic hęc decr.restriget.c.finali.& c.plerūq;.vbi ol im poterat differre vsq; ad annū. modo non poterit imo imputabitur sibi ēt si intra annū nō pſentet, vt proſequať anteqȗā cōpareat corā alio citatus,& hæc est in effectu cōclusio sua,& sic vř velle, ꝙ ad pūentionē nō requiratur citatio.sed sufficit pſentatio.glo. tñ hic, & gl.seq.& ēt alia in verbo assignatis.tenet cōtra. idē ēt vř velle,ꝙ sufficiat præsentatio post citationē, ꝙ nō vř rōnabile ex quo iam est pręuentus per citationē p id, ꝙ hř in c.proposuisti.de fo.cōpe.vñ Inno.hic vř trāsire cū opi.gl.forte tamē de iure pōt dici,ꝙ opi.gl. pcedat saluo nisi impetrās fuerit impeditus pſentare, qa tūc incōgtuū esset, ꝙ sine culpa sua priuaretur iure suo. contra id,ꝙ hř.l vj.dist.c.satis peruersum. & ideo tunc pōt dici habere locū materia quæ habetur.s̄.de rescri. vt stari debeat prioritati datę nisi secundæ faciat sufficientem mentionē de primis,& hoc etiā videtur sensisse gl.magnā.in c.j.s̄.de rescri.& sic potes dicere, ꝙ gl.procedit siue quis conueniatur corā ordinario siue corā delegato.vt non possit opponere de literis impetratis nisi fuerit impeditus illas præsentare.¶In gl.assignare.iuxta si.ibi reduces,&c.vt sic intelligať,ꝙ sufficiat præsentatio:scilicet secuta citatione, & istud etiā videtur hic sequi Inn.tamen do.An.videtur aliter sentire,videlicet,quòd sufficiat sola pſentatio.& p ipso facit tex.iste nō cauillādo eū vnde sorte de iure opi. sua in hoc videtur verior.tamen propter autoritatem glo. & Inno.tutius est tenere gl.¶In gl.causā.ibi:si verò iudex dubius,&c.hoc casu præcipuè debet habere collationē cū sapiētibus,si tamen adhuc remanet dubius pcedit,ꝙ hic dicit gl.Et aduerte,qa si quærit quis habeat æstimare an causa sit probabilis,leu legitima.concludeꝙ si quærit quo ad effectū deferendi,vel nō deferendi hoc est in ęstimatione iudicis a quo:qui si dubitat poterit deliberare cum sapientibus,vt dixit glo. & in dubio debebit deferre.licèt aūt sit in ęstimatione iudicis a quo:quo ad hūc effectū,si tamen ęstimet nō esse probabilem,& per hoc nō deferat,si tñ cā vere est legitima sua nō delatio non impediet effectū dilationis.s̄.eo.c.sæpe.& c.pastoralis.& puniet nisi causa legitima ipsum excuset: vt quia fortè pbabiliter potuit æstimare illud, qđ fecit.facit.j.de sen.excom.c.sacro. quantū aūt ad finem iustificādæ appellationis hoc erit in ęstimatione iudicis ad quē.Si tñ non benè æstimet poterit appellari secūdo, & nō tertio.j.e.c. sua nobis. & no. quòd licèt puniať iudex qñ non defert eo casu

11 quo debet deferre.facit,quod hř.s̄.e.de priorc.†tñ nō punit si deferat vbi nō tenebať deferre.vt no. Arch.in c.j.eo.lib.vj.in verbo delatū.¶In ea.gl.ibi.j. eo. cordi nobis.hodie est c.j.j.eo.lib.vj.requitūr ēt, & alia de quibus per Archi.ij.q.vj.non ista.& per Io.An.in d.c. j.infra.e.in.vj.& tāgetur post gl.¶In gl.rationabiliter. ibi:non fuit probabilis.supple,vel nō fuit vera.facit,ꝙ habetur.j.eo.c.non solū.lib.vj.¶In ea.gl.in fi.nota diligēter gl.quæ videtur velle,qđ nō possum recusare iu

12 dicem inimicū.† si fui causa inimicitię, sed hoc nō vř verum per id,quod habetur in l.timorem.ff. qđ met. cau.& pro hoc etiam,quod no.Inn.in c.penul.j.de ac cusa.& s̄.de re iudi.cum I.& A.ibi vult, quia etiam si quis fecerit ex iusta causa coniurationē contra me.& sicut ego fui causa coniurationis nihilominus repellit a testificādo contra me.ad ide m.j.eo.si iustus metus. vbi in absentia iudicis potest appellari. licèt appellās fuerit causa metus.& hoc etiam tenet Arch.de rescri. statutum.§.cum autem.lib.vj.facit, quod habet in c. quia diuersitatem.de concef.præben.vbi patet, qđ ille qui fuit causa impedimēti potest tollere impedimētū,& per hoc ēt,quia in talibus potius debet attēdi iu

stitia,& æquitas iudicādi,quā factū puocātis.s̄.de excep.cum inter.nec obstat,quod habet in l. si mulier. in princ.ff.quod met. cau. qui de iure poterat inferri: hic autem timetur ne de facto faciat iniustitiam.¶Itē non obstat ratio quam tengit glo. quia potest dici, ꝙ non debet dici iudex suspectus ex quo apparet ipsum non grauasse:& quia non videtur esse pręsumptio, qđ iudex puocetur ex appellatione.si tñ appareret,quod de facto fuisset ex hoc prouocatus:tunc non deficeret recusare quasi tunc esset odiosus parti.facit,quod habetur in c.secundo requiris.s̄.eo.s̄.vt lite non cōtest.c. accedens.el.j.Goff.tñ,& Io.And.hic simpliciter transeunt eum gl.sed do.An.tenet post Arch.quod.s̄.dixi.

terę in d. c. quamuis. tamen forte gl. seruatur in practi-
ca. ¶ Si autem quæritur de alijs appellationibus, tunc
si appellatum est in maioribus causis, quę sui natura
spectant

spectant ad Papam.& tunc dicit Host.in d.c.fin. quod. nō pōt appellās recedere, ex quo sui natura causę sunt tractandæ coram Papa per id, qđ hr̃.s.eo. vt debitus. Si autem quæritur de alijs causis inferioribus, quæ nō sint beneficiales,& tunc, aut appellatus non vult vti appellatione, nec est aliquod ius quæsitū ex illa. & tūc vr̃ q possit renuntiare appellationi antequam cā sit cepta.& sic antequā appellatio sit præsentata superiori. & idem si sit præsentata,& commissa, si nondum citatus est aduersarius: nec hr̃ pro citato, quia ante citationem rescriptum delegationis non est cōe. & pōt illud lacerare impetrās in c.ex conquestione.de resti.spolia. vbi p Io.An.post Host.intellige tñ q condemnabit in expensis aduersario, si quas fecit p hunc tex. Si aūt cā fuerit cepta per citationem, vel quia statutus fuerit terminus, q habeat vim citationis.& tunc nō vr̃ posse renuntiari inuito appellato.p id quod hr̃ in simili in authen.qui semel. C.quō,& qñ iud.secus qñ nō esset facta citatio, licet facta esset præsentatio, vel commissio. vt superius est dictum.& facit quod no.gl.in c.vt debitus.s.e.aut ius fuit q̄sitū appellato ex appellatione, puta, petēdi ɔdēnationē expensarū, quæ fuit omissa p iudicē a quo secundū.l.fi.C.qñ prouo.nō est ne.vel petēdi emendationē sniæ. si forte dicat in minori q̄titate latam fuisse sniam quā ferri debuerit secundum.l.ampliorē.C.de appel.& tunc licet Bar. videatur uelle in d.l.si quis libellos.q non possit renuntiare ad præiudicium appellati: tñ hoc vr̃ limitādū, nisi renūtiet intra decem dies datos ad appellandum sciente appellato: quia tunc non interest appellati, cum possit ipse tunc appellare, ex quo durat tempus decem dierum, & ipse appellans renuntiat.& sic hr̃ pro non appellante. vnde vr̃ quōd possit tunc appellatus appellare, sicut si appellans non appellasset p ea, quæ habent in d.l.fi. Si autē lapsum esset tempus datum ad appellandum: tunc q̄a præclusa esset via appellato appellandi, & etiam fuit impeditus appellare pp appellationē appellantis. vt patet in d.l.fi. ideo non poterit tunc appellans renuntiare appellationi ad præiudicium appellati. quominus possit prosequi appellationem ad finem consequendi cōdemnationem expensarum, & hoc etiam tenuit Io.An.in addi. prædicta pro quo etiam bene facit qđ hr̃ in l.si post mortem.§.fi.ff.de contratab.& in l.petendæ.C.de tem.restu.in inte.secus tñ dicit Io. An.in additio.prædicta. quando appellatus uellet ɔsequi emēdationem sententię: quia non poterit, si appellans renuntiet ante cęptam causam.& imputet sibi appellatus quare non appellauit, quate nus sentiebat se grauatum a sententia, quæ ratio cessat in casu præcedenti: q̄a nō potuit appellatus appellare pp omissam condēnationem expensarum, qñ appellans appellauit a snia. vt patet in d.l.&. sic transit etiam hic d.Ant.sed Barto. in d.l.si quis libellos.tenet etiam hoc casu non posse renuntiari appellationi ad præiudicium appellati. ex quo ius fuit sibi q̄sitū ex illa appellatione. & hæc opinio videt̃ verior de iure per ea, quæ hñt in d.l. petendę.cum ibi no.per doc.& in l.si post mortē.§.fi.de contratabu.& tene menti pdicta. quia plenius habes his hic examinatum hunc articulum, si alibi reperias, & plus dicit Barto.in d.l.si quis libellos. quod non potest appellans renūtiare appellationi inuito appellato quo minus cā principalis sit tractāda coram iudice ad quē, quia secundum eum vr̃ ius quæsitum ipsi appellato.& ideo non vr̃ posse tolli eo inuito per id, quod habet in l.si post mortem.§.fi.ff.de contratab. Sed certe illud dictū nō vr̃ verum, quia quōd causa principalis veniat tractanda corā iudice ad quem, si appareat bene appellatum, fuit introductū in fauorē ipsius appellantis: qui poterat prætendere sibi suspectum iudicē a quo rōne grauaminis.s.eod. ad hæc si in vna. quæ ratio cessat in appellato: quia non pōt dicere se hēre iudicē a quo suspectum, cum ille pro ipso pronuntiauit. facit quod no.gl.ij.in §.præcedēti. Præterea appellatus posset nō probare causam appellations ab interlocutoria. & sic cā esset remittenda ad iudicem a quo: ergo eadem rōne poterit renuntiare appellationi, si voluerit, etiā inuito appellato quo ad hoc vt iudex a quo habeat cognoscere de principali,& prædicta intellige vera si nō fuit delatum appellationi per iudicem a quo. Si aūt fuisset per ipsum delatum, tunc non possunt partes etiā ambæ consentientes recedere ab appellatione, & redire ad iudicem a quo.nisi iudex ad quem cōsentiat, & causam remittit.vt in c.cum appellationibus.j.eod. in vj.

¶Item aduerte quia Host. in c.fi.j. de crimine falsi. vr̃ inhærere verbis huius literę vbi appellatur in alijs causis, q̄ beneficialibus, videlicet, vt ita demum possit appellans renuntiare, quando appellatio nondum est recepta, seu commissa per iudicem ad quem. aliās secundum eum non posset renuntiare, nisi iudex consentiret. sed Inno.hic.& Io.An.post eum tenuerunt contrarium dicentes ad literam supplēdum esse, maximē.& hæc opinio vr̃ verior per rationem etiam quā superius dixi post eos. licèt opinio Host. magis literæ conforme tut.¶Vltimo aduerte: quia domini de Ro. sua conclusione.xlv.tenent, quōd licèt dānādus sit appellans in expensis quas fecit appellatus in prosequenda appellatione, forte in mittendo pcuratorem ad prosequendum, vel aliam expensam faciendo propter appellationem, si appellans ipse non fuerit prosecutus, vt patet.s.eo. sæpe.& c.reprehensibilis.& c. Nicolao. tamen secus dicunt. Si fecerit expensas appellatus in faciendo pronuntiari appellationem desertam: quia tunc secundum eos nō damnabitur in talibus expēsis ex eo, quia sibi licitum fuit appellationē deserere.& illi renūtiare ēt inuito appellato,& contradicente. ideo cū hoc faciat appellans ex iuris pmissione, non debet lædi p ea, quæ hñt.de cle.cum ecclesia vultera. & sic tesidet. d.Ant.hic. Sed aduerte: q̄a hoc videtur posse limitari, qñ appellans non contradixit: sed vbi appellans contradixisset: quia tunc fatigasset aduersarium, nidet, q tūc si succumbat posset in expensis condēnari p ea, q̄ hñt in l.properandum.§.si aūt alterutra. C.de iud.& s. de do.& contu.in c.fi. quod tene menti pro limitatione præallegati dicti dominorum de Rota.

SVMMARIVM.

1 *Procedi non potest in causa appellationis etiam ab interlocutoria contra absent, nisi se absentem contumaciter.*
2 *Lite non contest. in appellatione ab interlocutoria procedi potest ad decisionem, & quare non exigatur litis contestatio.*
3 *Litis contestatio, an necessario fieri debeat super exceptione.*
4 *Appellatus qñ dicatur contumax, ita quōd contra eum procedi possit.*
5 *Terminus iuris, an habeat vim citationis.*
6 *Appellatus an possit prosequi appellationem appellante absente impetrante extra curiam, vel prosequendo in curia, qñ ibi esset tractanda.*

Sanè. In appellatione ab interlocutoria procedi pōt ad decisionem appellationis, etiam lit. non contest. in articulo appellationis: vel in negotio principali.h.d. ¶†No. primo, quōd in causa appellationis, etiam ab interlocutoria, non potest procedi in absentem: scilicet contra absentem nisi contumaciter se absentet.& ex hoc no. q etiam in decisione appellationis ab interlocutoria requiritur citatio.& sic non videtur verum simpliciter, quod dicit Inn. in c. auditis.s. de procu. facit quod dictum fuit supra eo.in c. cū cessante.

2 ¶†Item no. quōd in appellatione ab interlocutoria procedi potest ad decisionem etiā lit. non cōtest.

¶Item

¶Item no.rationem quare non exigitur contestatio. nã ratio est:quia arguitur principaliter iniquitas iudicis:quasi velit,quòd tunc principaliter non agitur de reuocando aliquo iure priuato partis. Sed de reuocando illud,quod iniquè factũ est à iudice.& sic nihil peti videtur a parte:sed potius petitio dirigi contra factũ iudicis.ideo videtur.quod possit procedi lit.nõn contest.facit quod no.per legistas in authẽ.si omnes.C. si
3 vt se ab hæreditate abstineant. ¶†In glo.pen.in fi.Sed certe gl.in d.c.prudentiam.§.sexta.in additio.tenet ꝙ sup exceptione necessario non est lis contestanda. & sic non vr̃ procedere,qđ hic dicit gl. Aduerte tñ qa hic non simpl̃r agit de exceptione:sed agit de appellatione interposita a grauamine ante sñiam . ideo cum sit diuersa instantia ab instãtia causæ principalis. vt patet ex his,quæ habentur in c.ij. de iuramen. calum.in vj. & l.ij.circa principium.C.de iuramen. calum. satis vr̃ quòd a contratio sensu huius literæ.si partes sint præsentes debeat lis contestari.sicut etiam fieri debeat in diffinitiua:quando partes sunt præsentes. licèt etiã lis fuerit contest.in negotio principali. vt no. per Cyn. & Bar.in l.j.C.ne in vna eademq; causa liceat ter.prouocare.& per eundem Barto.in l.ab hostibus.§. sed quod simpliciter.ff.ex quib.cau.maio:& istud satis vr̃ de iure verum.licet Io.And.& do.Anto.hic non declarent. & videatur potius velle , quòd etiam quando partes sint præsentes non sit necessaria contestatio per no.in §.vj. Sed certe ibi gl.non loquitur de cã appellationis. de qua loquitur hic tex.Sed qñ exceptio opponitur in cã principali quo casu vr̃ secus quàm sit quando est appellatum per istum tex.& videtur etiam uelle Bar. in d.§.sed quod simpliciter.¶In gl.fi.in fi.potes dicere.ꝙ licèt glo.in se bene dicat.tamen dici potest,quòd contraria loquuntur quando in negatiua tractaretur de decisione negotij principalis. Sed hic tractatur de decisione articuli appellationis ab ĩterlocutoria,vel grauamine quo casu non exigitur contestatio:quia nil principaliter petit̃ a parte,sed a iudice. vt retractet iniquã sententiam.facit,quod habetur in dicta auth.si omnes
4 C.si ut se ab hæreditate abstineant.¶|Extra gl.potest dubitari quando dicetur appellatus contumax , ita ꝙ possit contra eum procedi . dic quando citatus est per iudicẽ appellationis:vel quando habetur pro citato in
5 termino statuto ab homine.s.eo. in c.sæpe. † Sed dubium est , an terminus iuris habeat vim citationis. & videtur,quòd sic per id, quod habetur in l.fi.§.illud, C.de temp.appellatio .& supra eod.oblate. & qa dies uidetur interpellare pro homine.j.de locato. in c. potuit.etiam hoc videtur tenere Host.dicens,quòd non debebit repente procedi:sed expectari per id,quod habetur supra titu.j.cum Bertol.supra eo.per tuas . dicit ẽt qđ quærendus erit in curia si appellatum sitad Papã & siue reperiat̃,siue nõ poterit procedi ad expeditionẽ negotij appellationis.& damnabit̃ in expensis si fuerit. absens.allegat quod habetur.ij.q.ij. appellatorem. & authen.de his qui ingrediuntur ad appellandum.§.qa etiam.colla.v.& eodem modo secundũ eum examinabit negotiũ apparẽte app ellatore,& absente appellato.ut i auth.vt spõsa.largi.§.hoc quoq; sancimus.coll. ix.& dicit Host.quòd licèt aliqui dicant absentem citãdum esse in partibus,cum hoc optio non videtur uera,qa ius authenticorum præallegatum dicit absentẽ condemnandum in expensis.& sic patet,quòd reputat illum contumacem.¶Item dicit absentem requirendũ non autem dicit citandum: quando non superest nisi vnus mensis de biennio,vel anno.& sic videntur malè dicere:quia aliquis esset in longinquis partibus absens impossibile interdum foret intra mensem nũ tium reuerti,dicit tñ Host. ꝙ in curia etiam erit citandus in ecclesijs,vel locis publicis,antequã procedatur q: forte posset aliquis se offerre defensioni. & si se offerret deberet admitti præstita cautione de iudicato soluendo.l.seruum quoque.§. publicè.§.fi.ff.de procurato.vel vbi esset causa in qua non posset cõmitti cautio de iudicato soluendo.deberet tunc caueri de rato sub certa pœna secundum no.supra de offi.deleg. eo-
6 ram.sed do.Anto.hic dicit clarum esse†quòd appellatus potest prosequi appellationem absente appellante impetrãte extra curiam:vel prosequendo in curia quã do ibi esset tractanda.Sed si dubitatur,an terminus iuris habeat vim peremptorij.ita quòd nõ exigatur alia citatio.dicit quod licèt Host.videatur velle,quòd si facta requisitione in curia de ipso absente , & citatione in locis publicis,tamen ipse dicit.quòd ita demũ terminus iuris habebit vim peremptorij:quando appellatus,vel appellans aliquo casu potest prosequi appellationem post terminum iuri, per ea, quę no.s̃.eod.in c. sæpe.aliès eum terminus iuris detur ad finiendum:non potest habere vim peremptorij quo ad prosequendũ secundum,eum cum postea non possi: fieri prosecutio vt etiam voluit Ioan.An.in d.c.sæpe.& ideo dixi ꝙ requiritur citatio,si procedatur ante terminum iuris . tamẽ potes concordare opiniones.qa aut appellans,aut appellatus vult procedere qñ solum superest vnus mensis de anno,vel biennio.& tunc procedat opi.Host.qa pro illa uidetur tex.in auth.superius allegata. aut appellans vult procedere,ante dictum terminum. & tũc procedat opi.Ioã.An.& do. Anto.quia tunc non poterit nisi faciat citari reum,etiam in partibus.& sic non sufficiat requirere eum in curia per id,quod dictũ fuit supra.eo.in c.sæpe.& etiã per rõnem Io.And.appellatus aũt non videtur posse instare,vt procedat̃,nisi demum quando superest tñ vnus mẽsis ex anno,vel biẽnio,vt ẽt dictum fuit supra eod.in c.ex rõne. Qualiter aũt poterit constare parte absente fuisse appellatũ. dicit Inno.ꝙ bene poterit cõstare per acta,& per instra . & si non constabit decernet̃ appellatio nulla . & si qđ damnum incurrat absens propter defectum probationis,vel allegationum imputet sibi contumax . dicit ẽt quòd poterit apparere de appellatione per testes. ꝙ videtur procedere, quando non esset necessaria scriptura in appellatione .vt quando esset appellatũ a diffinitiua viua uoce.l. litigatoribus.C. de appellatio. & dicit tamen hic Innocen.quòd si non fuit delatum appellationi,appellatus qui non compareret non deberet reputari contumax:quia in hoc casu non reputare tur contumax appellans.si non venit vbi non fuit delatum appellationi. & sic multominus tepuiãdus est contumax appellatus si non uenit.& sic residet Ioan. And.& do.Ant.sed aduerte, quia contrarium videtur uoluisse Inn.supra in §.j.huius decr.vbi aperte uoluit quod licèt non sit delatum appellationi possit tñ procedi ꝯ appellatum contumacem.& sic non comparentem:sed pôt saluate opiniones,ut ibi dixi.quia si nouit ad quem sciuit non fuisse delatum procedat , ꝙ hic dicit.secus ubi ignorauit:quia tunc procedit,quod ibi dicit,ut procedi contra appellatum. si non cõpareat ,ex quo constat de appellatione.Sed ubi compareret non posset procedi in ipsa appellatione in curia inuito ipso appellato.ex quo non fuit appellationi delatum. tũ sufficit tunc mittere procuratorem ad impetrandum , & contradicendum.supra.eo.Nicolao.

*SVMMARIVM.*

1 *Clausula in fine posita uidetur se extendere ad omnia præcedentia, secus quando ponitur in medio.& nu.3.*

2 *Clausula appellatione remota,an aliquid operetur.*

Inquisitioni

**I**Nquisitioni. Clausula apposne remota in medio clausularũ separatarum posita refertur tm̃ ad praecedentia, non ad
1 sequẽtia.h.d. ¶ †No.j.φ clausula in fine posita vr̃ se extendere ad oĩa praecedentia. secus vbi est in medio posita: qa tunc vr̃ respicere pcedentia, & non sequentia. & sic tunc non respicit oĩa posita in rescripto. quod qualiter debeat intelligi tanget in gl. & super ea
2 dicet. ¶ † Vltimo p istum tex. dicit Hos. necessario esse dicendũ clausulam appellatione remota ẽt hodie aliquid operari, qa haec decre. emanauit post decr. vt debitus. & tñ fit mẽtio de ipsa clausula. Si aũt nihil operaret frustratoria esset decisio huius decre. quod non est dicendum, de quo plene dictũ fuit. d.c. vt debitus. alia aũt iura quae praecedunt decr. vt debitus, non sic pbãt. qa posset dici φ illa procedebant secundum sua tpa. ¶ In gl. j. in fi. Ioã. An. dicit φ non põt bene tradi certa regula, vel doctrina in hac materia ex eo, φ secundũ diuersitatem casuum, & materię, φñ clausula respicit oĩa pcedentia, & sequentia. vt in l. si seruus plutiũ. hic alleg. & talis scriptura. in fi. cũ sequẽti. de le. j. Qñ q; illud qđ pmittit intelligit repetitũ in sequentib. vt in c. apostolus. alleg. in gl. & l. Titia. §. idẽ rñdit. ff. de verb. ob. Qñque ẽt medium trahit ad oĩa extrema. l. iij. §. filius. de lib. & post. Spe. in ti. de instrumentorum edi. §. nunc videndum. versi. item excipe. nititr dare certã doctrinã. & Io. Cal. hic post eũ. Tu potes dicere. vt etiam tãgit. d. An. φ qñq; q̃ rit, an qualitas posita in principio intelligat in sequentibus repetita. tũc si q̃rit ĩ vltimis volũtatib' dicẽdũ est, vt hr̃ in l. licet Imperator. ff. de leg. j. & in l. in repetẽdis. de le. 3. & in l. seię. §. caio. ff. de fun. instru. & in l. Iulius Paulus. ff. de cond. & dem. In cõtractibus aũt dic vt hr̃. in l. si ita stipulatus. §. ch ysogonus. vbi & p Bar. ff. de verb. obl. In dispõne aũt legis vel statuti. dic vt per Bar. in l. j. ff. de publicanis. & in l. praetor. §. ex dña. & ibi plenius. ff. vi bono. rapto. Qñq; q̃rit, an clã in principio, in medio, uel in fi. posita referat ad oĩa. & haec ppriẽ est materia decre. quo casu potes dicere, qđ aut apponit in principio, vel in fi. & tũc ĩ dubio dẽt referri ad oĩa si nõ est dare rõnẽ diuersitatis. l. j. C. de lib. praete. & in d. l. talis scriptura. in fi. & leg. j. Sec' si esset dare rõnẽ. quare, magis φ ad alia referret, ut pater in d. l. j. & põt esse diu ersitatis si forte in praecedentibus, uel sequentibus erat specialiter puisum circa id, quod cõtinet clausula: qa ad talia specialiter puisa nõ refertur. l. doli clausula. ff. de uer. ob. & l. quae haeredi. §. qui patrem. ff. de uulg. & pup. Item si praecedẽtia essent contraria clausulae ad illa rõne contrarietatis non refert. l. si idem. cum eo. ff. de iurisdom. iud. Item si ex relatione clausulae ad aliquid praecedens, vel sequens efficeret dispõ inutilis. tunc ad alia non deberet referri clausula: quia hoc non suadet ratio. l. cum vulgari. ff. de dote praelegata, aliàs si non est dare rationem diuersitatis refertur ad oĩa. vt praedixi. licet Spe. & etiam Ioan. cal. dicant. quod quando in principio ponitur solum respiciat proximum, quod sequitur, & non alia: nisi sint connexa. quõd non vr̃ verum. per id, quod habetur in c. olim. ad fi. de resc. & in d. l. j. C. de lib. preteri. vbi in dubio dẽt referri ad oĩa qñ non est dare rõnẽ diuersitatis. Si vero ponitur clausula in medio. & tũc, aut sui natura dẽt pcedere, & tũc hr̃ perinde, ac si procederet. s. de rescr. in c. causam quae. & eadẽ rõne idem dicendum si sui natura haberet sequi: qa habebit petinde ac si esset secuta. Si aũt clausula sui natura nõ hẽt pcedere, vel sequi, & tunc aut ponitur in medio vnius capituli. & sic inter partes eiusdem capituli. & tunc illud solum respicit. l. 3. §. filius. cum ibi no. ff. de lib. & posth. Aut ponitur in medio plurium capitulorũ, & tũc, aut sunt capitula connexa respicientia vnum tñ, seu unũ negotium, & tũc referẽ ad oĩa. s. eo. in c. ij. requis. & hoc etiam tangitur in glo. aut sunt capitula diuersa respicientia negotia. & tunc solum respicit praecedentia: non autem sequentia, ne ut probatur in textu isto, saluo nisi clausula fuerit reiterata in fi. vt hic dr̃ & ad id, qđ dixi. s. quod vbi clausula apponitur in fine literarum respicit capitulum cui adijcitur. si alia hẽant suam determinationem bene facit, quod hr̃. j. de dona. cum dilecti. & de magistris super Spe. si aũt non habeant suã determinationem referẽ ad oĩa nisi nõ esset dare rationem diuersitatis. vt supra dixi. & pbaẽ in c. olim. s. de rescrip. & in pẽalle. l. j. C. de liber. praete.

SVMMARIVM.

1 *Sententia pro vno lata in causa appellationis, quando habeat alijs prodesse.*

2 *Victoria vnius appellantium quandoque prodest alijs.*

**V**Na sententia. Appellatio vnius pdest alteri, si communi iure iuuetur. & sit idem negotium. & eadem defensionis causa. & in eadẽ sententia
1 sint condemnati. h d. Et non diuidit. ¶ † No. j. ex tex. multa requisita ad hoc vt sententia pro uno lata in eã appellationis habeat aliis prodesse, quae patent etiã ex summario. & de materia etiam in l. si quis separatim. in prin. & in §. fi. ff. de appel. & in l. ij. C. si unus ex plu
2 ribus appellauerit. ¶ In gloss. j. ibi: & corporalis. hoc uerbum posuit glo. sequens opi. quorundam. qui dicũt φ in re incorporali non habet prodesse vlteriora: nisi quando ius est indiuiduum pl. loci. corpus. §. fundus. ff. si ser. uen. Sed certe haec opi. non placuit gl. nec Bar. in l. si quis separatim. §. fi. ff. de app. ex eo qa in iurib' incorporalibus diuiduis, vt est usus fructus: magis deberet prodesse sententia lata pro vno, quam in rebus corporalibus. qa in vsufructu habet locũ ius accrescendi & post emolumentum acqsitum, qđ nõ est in aliis. l. j. in fi. ff. de usufructu accrescendo. ¶ In ea. gl. ibi: separationem recipit. supple, & una sententia fuerunt condemnati, secus si diuersa. vt in l. si quis separatim. in prin. ff. de appel. & approbatur hic a contrario sensu Bar. tamen in d. l. si quis separatim. dixit, φ licet plures essent sñię, & non vna. si tamen vna fuit probatio contra omnes, & eadem sit causa defensionis, & concurrant alia hic requisita. appellatio vnius proderit alteri per d. l. si quis separatim. in uerbo, sed cum aduersus. Sed certe ibi non dicitur, φ plures fuerint sententiae. unde põt intelligi, φ una fuit sententia, & sic etiam vr̃ esse de mente gl. in d. l. si qus separatim. & sic communiter etiam uidetur intelligi ille text. unde hoc dictũ Bar. non uidetur tutum licet do. Ant. sic transeat cum illo. ¶ In ea. gl. ibi: omnibus prodest: hoc uerum intellige, quando unus tantum appellauit, secus si alij eriã appellassent: quia tunc uictoria unius non prodesse alteri. ut voluit Bar. in d. l. si quis separatim. §. fi. & bene facit qđ ibi no. p gl. & in l. a sententia. e. ti. idẽ vnius tantum appellauit. Sed alter expresẽ approbauit sententiã: quia tunc habet sibi nocere factum proprium. ut etiam no. Bar. in d. §. fi. idem si tacitẽ approbabit sententiam. ut quia ignorans consocium appellasse non appellauit intra decem dies. nam tunc victoria appellantis non proderit sibi, facit quod no. gloss. in l. iii. ff. eo. Secus si sciebat consocium appellasse: quia tunc non uidetur approbare sententiã. Sed potius esset consisus de appellatione cõsocij, quae ex prouisione iuris hẽt sibi pdesse. ut ẽt no. idem Bar. in d. §. fi. nã tunc sñia lata pro appellãte pderit consocio cõcurrentibus his, quae hic dicunt etiam si appellans dixerat se appellasse

solo respectu sui interesse:qa nihilominus effectus victoriç extendetur ad alinm.per id, quod habeť. in l.si post mortē.§.fi.ff.de contratabu.nec ob.quod hř in l. & per iusiurandū.§.si legatorum.ff.de acceptilatio.& in l.si cum exceptione.§.Labeo.ff.quod me.cau. ubi acceptilatio, quç aliàs extenditur ad alium sui natura non extendetur, si constet de mente opposita: qa ibi loquitur in acceptilatione quæ ex voluntate agētis regulať.secus in snīa, & eius effectu. vt l.non pōt.ff.de fur.& bene facit, quod no.gl.in l.si diuersa.C.de transac.de quo per Bar.in d.§.fi.nunqd aūt concurrentibus his quæ hic dňr snīa lata in principali causa cum vno proderit alteri.glo.in d.l.si quis separatim.ff.eod. dicit,ꝙ non. & sic secus est in appellationis instantia. & ratio esse potest: qa in illa est vna sententia respiciens plures.quod non cōtingit in causa principali.& sententia sui natura reputatur indiuidua.l.in hoc iudicio.ff.fami.berc.Item de maiori præiudicio agiť in causa appellationis:quia per desertionem instātiæ totum ius eneruatur.secus in causa principali.& istā partem tenet Bar.in d.l.si qs separatim.videlicet,ꝙ aliud sit in causa principali, aliud in causa appellationis. licèt gl.tenuerit vtrobiq;.in l.si quis cum vno.ff.de excep.rei iud.& si contradicat glos.in d.l.si quis separatim. Sed vt dixi primam glo.tenet Bar.saluo nisi agať de re incorporali indiuidua:qa tunc ēt in causa principali sententia lata pro vno sociorum habet prodesse alteri.l.loci corpus.§.si fundus.ff.si serui.vend.¶Item aduerte:quia hic loquitur quando plures per vnā sententiam fuerunt condemnati. quid autem econtra si plures vicerunt,& contra vnū appellatur,an proderit quo ad alios.glo.in l.iij.§.j.ff.eo.dicit, ꝙ sic,quod intellige, qñ appellať contra vnum. & non approbatur snīa quo ad alios, & qñ plures per vnam snīam vicerūt,& idē sit negotiū,& eadē causa defensionis.per id quod dř.¶In ea.gl.ibi:victoria minoris prodest maiori.& sic, vult gl.ꝙ licèt de iure spāli obtineať victoria, tñ in re indiuidua habeat prodesse consocio. sed Cy. in l.j.C.si in cōi eadéq; cā restō fuerit postulata,tenet cōtrariū:qa licèt beneficiū ætatis babeat prodesse cōsocio ad conseruandū ius indiuiduum. & ita loquunť iura allegata. ꝑ gl.nō tñ habet ꝓdesse quo ad reintegrādū ius indiuiduū amissum.ꝑ id,quod habetur.in l. per fundum.ff.de serui.rusti.prædio.Bar.in d.l.j.dicit, quòd si ætas allegatur ad impediendam præscriptionem. & sic ad conseruandum rem indiuiduam. tunc ætas vnius prodest alteri etiam maiori.l.si cōmunem. allegata.in gl.idem si allegetur ad seruitutē declarandam.d.l.loci corpus.§.si fundus. idem si allegetur ad impediendam seruitutē, seu seruitutis constitutionē: qa non potest constitui pro parte.l.pro parte.ff.de serui.secus si allegetur ad impediendā obligationem de seruitute constituenda:quia tunc ętas vnius nō ꝓdest alii, vt d.l.per fundū.ff.de serui.rustico.prædio.& ita intelligatur, quod no.Cy.in d.l.j.¶In glo.fi.Io.And. ponit alia exempla.de quibus hic per eum.Sed hic potest esse dubium: an si appellauit vnus in casu huius decre.& demum faciat compositionem cum aduersario: an poterit alter consocius prosequi appellationē. non obstante dicta compositione.dicas,quòd sic. per id,quod habetur. in l.si post mortem.§.fi.ff.de contra tabu.quia eoipso,ꝙ unus appellauit fuit ius quæsitum alteri ex illa appellatione.quod nō potest tolli per dictā cōpositionē per ea,quæ hňr. in d.l.si post mortē.§. fi.& in cle.constitutionem.de elec.& facit, quod no. in Spe.co.tit.§.i.ver.quid si ille. & in tit.de appe.§.in qbus.ver.xxxii. & quod dixi.s̄.eo.interposita.§.ii.nec ob.l.si iudex.ff.de mino. ubi aduersario nō prodest restitutio.si minor illi renuntiet, quia ibi restitutio fundatur super fauore minoris. ideo illi potest renunciare.Sed hic appellatio extenditur ad consortē: non ex fauore appellātis, sed ex iuris dispositione,ideo secus per ea,quæ babentur.in d.l.si post mortem.& in l.petendę.C.de tempo.restitu.in integ.cum ibi no.

*S V M M A R I V M.*

1 *Metus iustus excusat à forma appellandi à iure tradita.*
2 *Surrogatum loco appellationis debet exerceri intra tempus in quo licitum est appellare.*
3 *Protestatio cum expressione causarum grauaminis habet vim appellationis.*
4 *Tempus ad appellandum datum, an currat impedito nisi protesletur.& nume.12.*
5 *Appellare non timens debet coram iudice à quo appellare, si eius copiam habeat si ante eius copiam non habeat appellabit ad quem: & si neutrius copiam babeat appellabit coram viris honestis protestando, quòd non potest babere copiam iudicis. & si per metum non audet appellare quid iuris.*
6 *Appellatio si sit intimata parti vel aliàs babeat ipsius notitiam licèt de illa iudex ignorat non valebit processus.*
7 *Appellatio facta in absentia iudicis à quo causa legitima non subsistente non tenet.*
8 *Appellatio quando interponitur in absentia iudicis si appellatus petat copiam appellationis sibi dari antequam appellans prosequatur debeat cogi appellans ad dandum.*
9 *Causa grauaminis debet exprimi quādo appellatur ab interlocutoria, & etiam quando coram bonis viris interponitur appellatio.*
10 *Metus in appellando qualiter probari debeat.*
11 *Copiam iudicis non habens si vult appellare coram bonis viris sufficit quòd coram tribunali iudicis requirat præsentiam ipsius.*
12 *Tempus datum ad appellandum non currit parti copiam iudicis à quo nec ad quem,coram quibus appellare posit non habenti.*

a I iustus. Non valēs a propter metum coram iudice appellate potest in absentia iudicis causas appellationis exprimere secūdum formam hic descriptam. hoc habebitur pro appellatione.hoc dicit,& nō reci- (Non valēs sic in summario pōe dic d.Abb. & si quęras qs met⁹ vel timor excuset ab appellando, vel protestādo distingue, vt hic secūdū Henri. Boych.)
1 pit commodam diuisionem.¶No.i.ꝙ † iustus metus excusat a forma appellandi a iure tradita.¶Item not.
2 ꝙ † surrogatum loco appellationis debet exerceri intra tempus in quo licitum est appellare.facit.ff.tem ra.ha.in l.bonorum, & quod notatur per gloss.in c.vt circa.de elect.in vj.¶Itē no.ꝙ vt appellatio defendat, debet interponi in ꝑsentia iudicis si fieri potest: aliàs
3 non excusat appellantem.¶Item not.ꝙ † protestatio cum expressione causarū grauaminis habet vim appellationis,quando per metum iudicis non potest appellari. & no.ꝙ si metus concludit ad appellationem, & nō ad ꝓtestationem,debet protestari coram iudice causas exprimēdo si copiam habeat, si autē metus cōcludat ad vtrunq;:tunc sufficit causas grauaminis exprimere,& protestari coram bonis viris, idem si non habeat copiā iudicis: nec obst. si dicať, ꝙ sola protestatio non sufficit per l.metum.& sic loquitur ibi bene oportet aliter ꝓbari: sed bñ sufficit ꝓtestatio de qua hic si postea de metu docetur, qa si ꝓbatio volūtatis coadiuuantis etiā ꝓbationē metus.s̄.qđ met⁹ cau.c.j. cū ibi no.an aūt procedat decre.siue appellās dederit causam metus,vt qa aliquid cōmiserit,propter quod habet timere, siue nō,tangit hic do.Ant.& licèt quidam dicāt,ꝙ tex.debet intelligi, qñ nō dedit causam metui ꝑ l.si mulier.j.respōso.ff.qđ metus cau.tū Io. And.post Host.hic tenet oppositū,qa sufficit, ꝙ metus sit iust⁹,hoc est, talis,ꝙ rationabiliter habeat timere, vt sic non consideretur qualitas grauati, sed æquitas iudicantis,facit,quod habetur.s̄.de excep.cum inter.& j̄.de spon.cum locum,nec obst.ꝙ habetur.in d.

l.si mulier, qa ibi timebat id,qđ de iute poterat infer
ri:ideo talis metus non excusat.hic aũt timebat id,qđ
de iure non poterat inferri : qa licèt pars prouocasset
iudicem: iudex non debet habere molestũ si appellat.
4 facit,qđ hr̃.in l.& iu maioribus.C.de appella.¶ † In
gl.j.in fi.No.bene ex gl.quæ videt̃ velle generaliter,
ꝙ ubi adest impedimentum currat etiã tẽpus : nisi qs
protestetur.idem voluit glos.in c.j.& c.si autem.& c.
plerique.de rescrip.& in c.cupientes.§.quod si p.xx.
de electio.in vj.potes dicere, quòd si impedimentum
ꝓuenit facto iudicis , tunc debeat fieri protestatio.&
ita intelligatur iste tex.cum glo.& sic etiã intelligant̃
gl.præalleg.aut interuenit impedimentum in perso-
na illius qui debet actum agere.puta infirmitatis, vel
absentiæ causa reipublicę.& tunc videtur, ꝙ sufficiat
apparere de impedimento,etiam si de alia protestatio
ne non appareat, cum iura hoc casu nõ videant̃ illam
requirere.facit,quod habet̃.in l.quæsitũ.ff.de re iudi-
ca.& in.l.j.ff.ex qbus cau.maio.& intellige,ꝙ tũc im-
pedimentũ excusat nisi esset casus in quo quis tenere
tur mittere procuratorem,quod quando sit,plenè le-
gitur.& nota.in c.quætelam.s̃.de procura.& per Bart.
in l.j.ff.de diuersis,& tempora.præscrip.Aut interue-
nit impedimentum extrinsecum.puta casus fortuiti.
fortè propter tempestatem tẽporum.& tunc Bartol.
in l.ij.§.quod diximus.ff.si quis cauti.videtur velle,ꝙ
requiratur protestatio per id , quod habetur.in l.qui
commeatus.ff.de re militari.Sed certè hoc ibi nõ pro
batur,quia ibi non dicitur,ꝙ debeat protestari.Sed be
ne dicitur, quòd ita demum ꝓdest impedimentum si
aliquis intra tempus debitum se præparauerat ad fa-
ciendum ita:& tali tempore,quòd si non superuenis-
set impedimentum potuisset actum expedire quasi
secus si impedimentũ interuenitet post q̃ iam tãto tẽ
pore tardasset , quod etiam si nõ fuisset impedimẽtũ,
nõ potuisset actum expedire.qa tunc non iuuaret im
pedimentum,& ista est propria mens illius tex.& sic
videtur ibi probari, quòd vbi impedimentum super-
uenit tali tempore,quòd poterat actus expediri:quòd
tunc iuuet impedimentum si de illo constet etiam si
non fuerit facta protestatio.& pro hoc etiã bene facit,
quod habetur. in dicta.l.ii.per totam.l.ff.si quis cau-
tio.& tene menti prædicta,quia alibi non reperies sic
declaratum. Ad cautelam autem propter opinio.eui-
tandas bonum est semper protestari,quòd per se non
5 stat.¶ †In gloss.ii.in fi.Conclude , quòd si non timet
appellare,& habet copiã iudicis a quo debet corã ip-
so appellare.per id , quod habetur.in tex.isto.& l.ii.§.
dies.ff.quando appellan.sit.canonizata.ii.q.vj.Si aũt
non haberet copiam iudicis a quo,tunc si haberet co
piam iudicis ad quem deberet corã illo appellare di-
cta.l.ij.§.dies,& tangit hic Innoc.Si autem neutrius
ipsorum habet copiam: tunc potest appellare in præ-
sentia bonorum virorum præmissa ꝓtestatione,quòd
non potest habere copiam iudicis corã quo appellet.
Si autem per metum non audet appellare, tunc si nõ
timet protestari coram ipso iudice debet corã eo pro
testari,& causas grauaminis exprimere. vnde dicebat
Inno.ꝙ poterit dicere,domine iudex vos grauatis me
in hoc,& in hoc.nam licèt non dico appello per me-
tũ:tamen ex quo cõtestatus est: ac protestatus causas
grauaminis habebit̃ pro appellante.Si autem timet
contestari seu ꝓtestari de causis grauaminis corã iudi
ce,vel non potest habere ipsius copiam,& tunc suffi-
cit, ꝙ hoc fiat corã bonis viris , vt hic dicit̃,& ex p̃di-
ctis põt decidi,an in absentia iudicis possit appellari,
sup quo fuerũt opi.Nã Gos.dixit , ꝙ sic,dũmodo frau
dulẽter id nõ fiat.de quo.s̃.eo.suggestũ.& idẽ videtur
voluisse Inno.s̃.eo.dilectus.circa fin.Spe.eo.ti.§.qua-
liter.versi.cautius.tenet,ꝙ valet appellatio, tamen vt
impediatur ꝓcessus iudicis a quo debebit sibi intima
ri.& idem videtur voluisse Pau.in cle.causam.de ele.
& Lappus de Caste.in sua alleg.xxxix.& facit,qđ no.
Archi.in c.appellatio.j̃.eo.in vj.sed glo.in d.c.appel-
latio.dicit,ꝙ si habetur copia iudicis a quo,debet co-
ram ipso appellari si non haberet̃ copia illius,vel pro
pter metum non auderet corã ipso appellare,tunc po
test in absentia eius appellari per istũ tex.& ad idem
bene facit,qđ hr̃.in d.l.ii.§.dies.& ii.q.vi.biduũ.& ista
vr̃ verior opi.per tex.præalleg.& per hoc videtur pos
se inferri,ꝙ vbi causa subsistente appellatur in absen-
tia iudicis a quo , ꝙ tunc valeat appellatio.licèt Goff.
Spe.& Paul.sentiant cõtrariũ.Fateor tamen, ꝙ vbi ex
causa appellatur in absentia iudicis non impedietur
processus ipsius iudicis a quo,donec habuerit notitiã
appellationis.per id,quod habetur.in c.si duobus.s̃.e.
& ideo tũc cautũ erit facere intimari iudici ipsam ap
pellationem, an autẽ de necessitate sit intimanda par
te appellante.dic regulariter,ꝙ non,nisi qñ qs inten-
deret finẽ deuolutionis negotii in curia,fortè,qñ ap-
pellatũ esset in cã electionis ſm ea,q̃ habent̃.in c.i.de
elec.in vi.& in cle.causam.de elect.Idẽ si vellet appel
lationẽ habere vim citationis perẽproriæ,qa statutus
esset terminus ad ipsam ꝓsequẽdã.nã deberet tũc in
timari ipsa appellatio,& termini statuitio ipsi appel-
laro,qa tũc causa est tractanda in curia.vt.in c.cũ ap-
pellationibus.de appel.in vi.facit,qđ no.p gl.& doc.
in cle.i.de appel.& vbi dixi debere fieri intimationẽ,
dicas, ꝙ in cã beneficiali debet fieri intra mẽsem ſm
formã cle.cãm.de elec.in aliis aũt causis non reperit̃
bene terminus statutus.vt dixit Lappus in p̃alleg.ta-
men uidetur,ꝙ debeat intimari tali tẽpore , ꝙ possine
tp̃a debita seruari.vt dicit idem Lap.in loco p̃all.& fa
6 cit,qđ no.gl.& Pau.in cle.i.de ap.¶ † Item aduerte,qa
dicit Lappus in prę̃alleg.alleg.xxxix.ꝙ si appellatio sic
intimata parti , vel alias habeat ipsius notitiã,licèt de
illa iudex ignoret, ꝙ nõ valebit processus licèt iudex
ignorauerit, qa ſm eũ dolus partis ꝓcedentis corã iu-
dice putatiuo,seu putãte se iudicẽ.facit ꝓcessum nul
lũ quo ad cõmodũ ipsius dolosi.ꝓ quo alleg.qđ hr̃.s̃.
eo.si duobus,ꝓ ipso etiam allegat do.An.qđ notauit
Ioã. Cal.in c.ad ꝓbãdũ.s̃.de re iud.vbi videtur velle,
ꝙ gesta iudicis putatiui ad commodum scientis eum
non iudicem non valent.ad idẽ alleg.qđ legit̃,& no.
in c.cũ inhibitio.j̃.de clan.despon.Sed certe istud di-
ctũ non videt̃ verũ p ea,q̃ hñt.in d.c.si duobus,vbi pa
tet , ꝙ licèt pars sciat appellatũ esse ad romanũ Ponti-
ficem.Si tamen iudex hoc ignorat tenet ꝓcessus,im-
putet sibi citatus q̃ non comparet ad allegandum ius
suum,vt ibi innuit,vnde nec videtur esse in dolo pars
sciens, quæ non tenetur iura aduersarii allegare in c.
i.s̃.de ꝓba.& dictũ fuit.in d.c.si duobus,nec obst.qđ
notauit Cald.in d.c.ad ꝓbandum,qa in alio casu lo-
quit̃,qñ videlicet quis cõicat scienter excõicato, quo
casu nõ est ęquũ,ꝙ tũc reportet cõmodum ex actu ge
sto, cum id facere non debeat.xi.q.iii.cũ excõicato.&
de except.in c.pia.lib.vj.nec ẽt obstat,qđ hr̃.in d.c.cũ
inhibitio.qa ibi , quo ad alium effectum loqtur , vt
ibi patet, nec trahi debet illud , qđ ibi dicit̃ ad casum
nostrum,qa esset contra ea,q̃ hñt.in d.c.si duobus.&
hoc puto procedere , siue agatur de ꝓcessu punitiuo
cõtumaciæ,siue principali , qa vtroq; casu vr̃ hr̃e lo-
cũ dictũ.c.si duobus.licèt d.Ant.hic aliter videat̃ sen-
7 tire.facit,qđ plenè dictũ fuit.in d.c.si duobus.¶ † Itẽ
aduerte ĩquãtũ dixi.s̃.ꝙ si appellatio fiat ĩ absentia iu
dicis a quo cã lrĩma ñ subsistẽte,ꝙ nõ tenet, vr̃ ẽt hoc
idem

idem tenere hic Inn.licèt aliter videaŕ sensisse.in c.dilectus.ad fi.§.eo.videtur tñ hic velle,ꝙ sufficiat appellare coram iudice a quo,vel coram iudice ad quem,& hoc etiam videtur sequi hic do.Ant.Sed certè hoc nō videtur verum si sic indistinctè intelligatur,qa demū videtur posse appellari corā iudice ad quē,quando nō habetur copia iudicis a quo,vt est text.in l.ij.§.si quis.ff.quando app.sit canonizata.ii.q.vj.biduum.in §.si qs. vbi autem non haberet copiam iudicis a quo,nec iudicis ad quem: tunc præmissa protestatione possit appellari coram bonis viris,per id,quod dicitur.in hoc.c.& notat etiam Archid.in d.§.si quis,& ꝓ ista parte,ꝙ vbi habetur copia iudicis nō valeat appellatio facta in eius absentia.bene facit text.in l.ij.§.dies.ff.qñ app.sit canonizata.ij.q.vj.biduum.vbi dicitur,ꝙ non currit tempus datum ad appellandum quando quis non haber copiā iudicis.Si autem posset fieri in absentia,tunc deberet currere,cuius ɔtrarium ibi dicitur,aduerte tñ,qa potest dici,ꝙ illud ꝓcedat fm illa tēpora fm q̄ nō erat facta ꝓuisio,quòd possit appellari coram bonis viris,hodie vero cum sit prouisum,quòd possit fieri coram eis, vt hic patet, videtur quòd currat tempus.Si nō appellet corā bonis viris si potest,nā secus si nō posset,vt qa forte teneretur in carceribus taliter,quòd non posset hoc facere:quia tunc non currit sibi tempus,vt notauit Cy.in l.ii.C.de his qui per metum iudicis.quòd autem debeat fieri appellatio corā iudice,si hoc fieri potest,bñ probatur ex tex.isto,coniuncta gl.& etiam ex dicto.§.dies.cū seq.& hoc etiā videŕ tenere do.de Rota in sua concl.ccclx.vbi aperte concludunt: quod si appellatio fiat in absentia iudicis: ita demum valeat si facta fuerit causa subsistente,vt quia non potuit fieri coram iudice propter metum: vel quia eius copia haberi non potuit: & hoc casu dicunt, quod sicut legitima causa excusat ab appellando coram iudice:ita etiam excusat a petitione apostolorum.¶†Nunquid autem,quando interponitur appellatio in absentia iudicis: si appellatus petat copiam appellationis sibi dari,anteꝗ appellans prosequitur,debeat cogi appellans ad dandum.tenet hic do. Ant.ꝙ non ex eo,quia instrumentum appellationis ex quo adhuc non est productum non est commune, sed proprium ipsius appellantis q̄ potest appellationi renūtiare.& ideo videŕ,ꝙ cogi non debeat, & sic transit do. Anto.Sed certè istud dictum non videtur verum: qa si appellatus fuit citatus super causa appellationis nō potest appellans renuntiare inuito appellato.per id,quod habetur in auth.qui semel.C.quomodo,& quando iudex.& dixi.s̄.eo.interposita.§.ij.& licèt.instrumentū adhuc non sit productum,tñ videtur,ꝙ debeat produci,vt possit ipse appellatus deliberare.per ea,quæ notātur.in e.i.de proba.ex quo ipse appellatus aliter nō habet notitiam ipsius appellationis.¶†In gloss.fin.in fin. aduerte,quia vltimæ duæ expositiones procedunt,quādo appellādum esset a diffinitiua,sed prima expositio, qñ appellandum esset ab interlocutoria,vel grauamine,nam sicut in appellatione ab interlocutoria,vel gramine deberet exprimi causa grauaminis.sic,quādo coram bonis viris interponitur appellatio.dicebat etiam Hostien.quòd si appellādum esset a diffinitiua pro reparando grauamine illato ante sententiam vbi reparari potest per appellationem a diffinitiua secundum ea, quæ habentur.in c.si.j.eo.li.vi.ꝙ tunc deberet exprimi causa grauaminis.Sed Io.And.tenet contrariutm: quia ex quo appellandum est a diffinitiua:sufficit simpliciter appellare,uel dicere sententiam iniquam.per ea,q̄ habentur.in l.scio.ff.de appella.& quod notatur.s̄.e.in c. cum causam,vbi aūt expressio cāæ,qđ est qñ appellandum esset ab interlocutoria,vel grauamine ante sniam

8

9

